DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## PRAEFATIO

Hoc X volumine *Operum omnium* B. Ioannis Duns Scoti completur editio critica eius commentariorum authenticorum in librum III *Sententiarum*, ad quorum doctrinam speciali attentione – saeculorum decursu – doctorum indagatio et perpensatio impensae sunt.

Id autem contigit, quia praesertim in hisce operibus (nempe in libro III *Lecturae* et *Ordinationis*) Duns Scotus intensam suam meditationem dicavit ad summum Dei propositum, quod personam ac missionem Christi, Verbi incarnati, respicit.

Agitur de christocentrica aeterna Dei visione, biblicis enuntiatis manifestata, cuius culmina «S. Ioannes evangelista et S. Paulus apostolus in Dei salutifero consilio eminentia et prominentia contuiti sunt» (PAULUS VI, Epist. apost. *Alma parens*, 14 iul. 1966), et quam «ardenti contemplativo ingenio usus, Ioannes Duns Scotus ad aethera extulit» (ibid.).

In dictis nempe commentariis (scilicet in nostrae editionis voluminibus IX-X et XX-XXI), Duns Scotus pulchriores suas intuitiones et locupletiores expositiones praebet de aeterno Dei proposito circa personam ac missionem Christi, cui uno eodemque intuitu sociatur persona et cooperatio Deiparae Virginis, quod quidem propositum quamcumque aliam realitatem creationis antecedit. Praedestinatio enim Christi in Dei consilio primum locum occupat: Christus nempe est «summum opus Dei», Ss. Trinitatis ad extra glorificator maximus, primogenitus omnis creaturae, propter quem omnia creata sunt et in quo omnia constant (cf. Col. 1); ille humani generis Redemptor est, in quo ante tempora saecularia gratia nobis data est et per illum nunc manifestata (cf. 2 Tim. 1, 9-10); ille porro naturalis ac supernaturalis ordinis Rex est, super omnia primatum tenens et sua infinita caritate omnia ad se alliciens.

Ex tali primaria ac fundamentali structura profluunt ceterae intuitiones et progressiones doctrinales Scoti circa personam Christi et

opus ab eo peractum. Scotus enim, intensa speculatione utens, ultro se proiecit in exterminatas mysterii Dei dimensiones, in Scriptura adumbratas, ut vel maxime absconditos eius aspectus detegeret et – quantum nisui humanae rationis possibile est – undequaque explicaret, eosque sic capacitati humanae accessibiles redderet, et veluti cogentia motiva proponeret quibus homo credens ad omnimodam laudem et ad summum amorem Deo exhibendum induceretur.

Editio critica nostra, tandem ab innumeris amanuensium ac discipulorum erroribus, interpolationibus, arbitrariis intrusionibus et variationibus liberata, pluribus porro scientificis, historicis et criticis adiumentis ditata, praeter remotionem doctrinalium difficultatum quae viam ad sollemnem agnitionem cultus Ioanni Duns Scoto tribuendum obstruebant, magnam etiam in viris doctis attentionem excitavit et continuo excitat. Intellectualis namque investigatio ac perpensatio doctrinae Scoti, quamvis saepius sit veloci expositione, argumentorum crebra successione, frequentium obiectionum et confutationum cumulatione obruta, hodie tandem – ope accuratissimae nostrae editionis et ingentium critici apparatus divitiarum auxilio – faciliore nisu peragi potest et reapse a multis peragitur.

Scotus enim elucet veluti ulteriorum investigationum fautor, qui nempe viam aperit ad dialogum quemdam interdisciplinarem suscitandum, ad proficuum inter philosophiam ac theologiam colloquium instaurandum, et praesertim ad novam christianam visionem hominis – in optimistica naturae humanae conceptione fundatam – excitandam. Sub hoc aspectu, Scoti doctrina magis tempora futura respicit quam praeterita: prout enim ipse Scotus animadvertit, «in processu generationis humanae semper crevit notitia veritatis» (*Ordinatio* IV d. 1 q. 3 n. 8; ed. VIVÈS XVI 136*a*). Huic igitur incremento, Doctoris Subtilis speculatio – biblica luce sustentata et acclarata – maximum adiumentum suppeditare valet.

Valde displicet talem divitem ac fecundam doctrinam saeculorum cursu aliquando fere cohibitam fuisse, ob aliquorum inutilem, sterilem, infundatam ac praeiudicatam oppositionem, motivis inductam quae nullam cum veritate relationem prae se ferebant. Iure meritoque Duns Scotus viros doctos, qui veritatis sinceri investigatores esse cupiunt, admonet: «Nulli auctori imponenda est sententia falsa, vel multum absurda, nisi habeatur expresse ex dictis eius vel sequatur evidenter ex dictis eius» (*Quodlibet* q. 7 n. 38, ed. VIVÈS XXV 313*b*-314*a*).



Finis humanae investigationis nihil aliud esse debet nisi veritas, immo Veritas quae Deus est et cetera prout in Dei consilio et opere exstant. Sicut porro humana ratio Verum infinitum inquirit, in eoque quiescit, ita etiam humana voluntas in Bonum infinitum tendit, in eoque quiescit, adeo ut si aliud diligat, si nempe proximum diligat, hoc non propter eum facit, sed propter summum Bonum quem diligere vult: amo nempe proximum, ait Scotus, «ut aliquid potens mecum perfecte et ordinate condiligere Dilectum, – et ad hoc eum diligo ut condiligat»; eum nempe diligo «non propter eum, sed propter obiectum [scil. Deum] quod volo ab eo diligi, – et volendo illud ab eo diligi, volo simpliciter sibi [scil. proximo] bonum, quia bonum iustitiae» (cf. infra, d. 28 n. 15, p. 88).

Quae omnia sic perpulchre contrahit et exprimit Paulus VI: «Doctor Subtilis, qui suam construit theodiceam principiis et rationibus Deum spectantibus e Sacris Litteris haustis, 'Ego sum qui sum' (Ex. 3, 14) et 'Deus caritas est' (I Ioan. 4, 16), mire et accommode suam explicat et evolvit doctrinam super Eo qui est Verum infinitum et Bonum infinitum, primum effectivum, primum finitivum, simpliciter Primum secundum eminentiam, pelagus perfectionum et Dilectio per essentiam» (*Alma parens*).

Hisce fundamentis suffulta, «Scoti doctrina aurea fortasse poterit ministrare subtegmina» (ibid.) ad serena colloquia contexenda inter catholicos et fratres seiunctos, inter theologos ac philosophos, inter credentes et non credentes, ut tandem una atque aeterna Veritas et summa Caritas ab omnibus dignoscatur, acceptetur, condiligatur.

Romae, die 8 aprilis 2007, in sollemnitate Paschatis D. N. Iesu Christi.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. BARNABA HECHICH
SOCIIS
PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS
MMVII

## SIGLORUM INTERPRETATIO

### Sigla codicum

A Assisii, bibl. commun., 137

B Oxonii, bibl. coll. Balliol., 208

N Parisiis, bibl. nat., lat. 3062

P Parisiis, bibl. nat., lat. 15361

Q Parisiis, bibl. nat., lat. 15854

S Civitas Vaticana, bibl. apost., vat. lat. 883

Y Parisiis, bibl. nat., lat. 15857

Z Parisiis, bibl. nat., lat. 3114[1]

### Sigla editionum

μ editio Mauritii Hibernici (O'Fihely), Venetiis 1506

υ editio Lucae Waddingi, Lugduni 1639; iterum, cura Patrum Franciscanorum de Observantia, Parisiis 1893-1895, apud Ludovicum Vivès typis impressa.

### Alia sigla

AFH Archivum franciscanum historicum. Ad Claras Aquas et Grottaferrata 1908 sqq.

AL Aristoteles latinus. Corpus philosophorum medii aevi, Academiarum consociatarum auspiciis et consilio editum, 1939 sqq.

AMPh s. 2 Ancient and Medieval Philosophy. De Wulf – Mansion Centre. Series 2. Leuven 1979 sqq.

BAW Bayerische Akademie der Wissenschaften. München 1965 sqq.

BFS Bibliotheca franciscana scholastica medii aevi, cura Patrum Collegii S. Bonaventurae. Ad Claras Aquas et Grottaferrata 1903 sqq.

BGPTM Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters. Begründet von Clemens Baeumker. Münster i. W. 1891 sqq.

CCL Corpus christianorum, series latina. Turnholti 1971 sqq.

CIC Corpus Iuris Canonici, ed. Ae. L. Richter – Ae. Friedberg. Lipsiae 1922.

CLCAG Corpus latinum commentariorum in Aristotelem graecorum. Centre De Wulf – Mansion, Université de Louvain. Louvain 1971 sqq.

CSA Corpus scriptorum augustinianorum. Romae 1968 sqq.

CSEL Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum, ed. Academia Vindobonensis 1866 sqq.

ES Enchiridion Symbolorum, ed. Denzinger-Schönmetzer. Barcinone 1967

FIP t. s. Franciscan Institute Publications. Text series. St. Bonaventure, N. Y., 1951 sqq.

OPh Franciscan Institute Publications, B. Ioannis Duns Scoti Opera philosophica, ed. The Franciscan Institute. St. Bonaventure, N. Y., 1997 sqq.

PG Patrologiae cursus completus, series graeca, accurante J. P. Migne. Parisiis 1857 sqq.

PhB Les Philosophes belges. Textes et études. Collection publiée par l'Institut Supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain. Louvain 1901 sqq.

PhM Philosophes médiévaux. Collection publiée par l'Institut Supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain. Louvain 1948 sqq.

PL Patrologiae cursus completus, series latina, accurante J. P. Migne. Parisiis 1844 sqq.

RThAM Recherches de théologie ancienne et médiévale. Louvain 1929 sqq.

SB Spicilegium Bonaventurianum, cura Patrum Collegii S. Bonaventurae. Ad Claras Aquas et Grottaferrata 1963 sqq.

ST Studies and Text. Pontifical Institute of Mediaeval Studies. Toronto 1955 sqq.

STGM Studien und Texte zur Geistesgeschichte des Mittelalters. Ed. A. Zimmermann, Univ. Köln. Leiden – New York – Köln 1959 sqq.

# SIGNORUM INTERPRETATIO

## In textu

⟦ ⟧ additiones Duns Scoti extra contextum positas, suis locis restitutas, includunt

⟨ ⟩ verba in codicibus non tradita sed ex alio fonte desumpta includunt

⟨...⟩ verba non restituta vel lacunas designant

[ ] titulos ab editoribus in commodum lectoris additos includunt. In margine interiore textus, includunt indicationes distinctionum, quaestionum et numerorum marginalium progressivorum editionis Wadding-Vivès

## In apparatu critico

— (linea) inter duo verba posita, in apparatu critico primo et in apparatu lectionum variantium, lemma intermedium supponit

... (tria puncta) inter duo verba posita, in apparatu lectionum variantium, lemma intermedium excludunt

... (tria puncta) in auctorum allegationibus adhibita, verba intermedia, utpote ad propositum non necessaria, excludunt

... (tria puncta), in apparatu T, posita inter extrema verba alicuius propositionis, generatim ex textu Duns Scoti a nobis allegatae, totam propositonem supponunt

] verba textus delecti (lemma) a lectionibus variantibus distinguit

= lemma a siglis codicum et a lectionibus variantibus in apparatu positivo distinguit

| lemmata ac variantes lectiones eiusdem lineae dividit

¶ notis, signis et adnotationibus criticis praeponitur

+ post sigla codicum, significat lectionem ab ipsomet scriptore ad formam lemmatis correctam vel restitutam esse

* post sigla codicum, significat lectionem alia manu ad formam lemmatis correctam vel restitutam

1 post sigla codicum, significat lectionem vel correctionem manu ipsiusmet scriptoris inductam esse

2 post sigla codicum, significat lectionem vel correctionem alia manu inductam esse

3 post sigla codicum, lectionem vel correctionem ulteriore manu inductam indicat.

Ubi tamen lectio absque ulla adnotatione (*add.*, *om.*, *not.*, *pon.*, etc.) occurrit, numeri 1 2 3 designant lectionem a forma lemmatis eductam esse

Numeri $^{1\,2\,3}$ post verba lemmatum altius positi distinguunt verba in eadem textus linea pluries occurrrentia

‾ (lineola) sub signis $^{+}$ vel $^{*}$ aut sub numeris $^{1\,2\,3}$ posita, indicat correctionem vel restitutionem in margine, non vero in textu inveniri

· (punctum) sub numeris $^{1\,2\,3}$ positum, significat lectionem a prima ($^{1}$), aut secunda ($^{2}$), aut ulteriore ($^{3}$) manu inductam, in codice sub hac sola forma inveniri, absque transitu seu eductione e lemmate

⌈ ⌉ verba vel verborum partes destructa, nunc restituta designant

⌈...⌉ partem verbi vel unum verbum vel pauca verba destructa et non restituta designant

´ post sigla codicum, est signum attentionis, quod remittit ad aliam, correctam lectionem eorumdem codicum, quae legitur immediate post vel ante

(!) raritatem, insolitam scriptionem vel nimiam conceptualem incongruentiam alicuius variantis confirmat

F praeponitur fontibus a Duns Scoto explicite allegatis

T praeponitur testimoniis seu fontibus tum implicite allegatis in textu delecto, tum sive explicite sive implicite allegatis in apparatu critico primo, necnon allegationibus internis ac locis parallelis ceterisque illustrationibus

# ABBREVIATIONUM INTERPRETATIO

| | | | |
|---|---|---|---|
| *a* | prima columna | *not.* | notavit |
| *a.* | articulus | *om.* | omisit |
| *add.* | addidit | *opp.* | oppositum |
| *adnot.* | adnotavit | *p.* | pagina |
| *arg., argg.* | argumentum, argumenta | *pon.* | ponit |
| *b* | secunda columna | *pp.* | paginae |
| *c* | tertia columna | *praedic.* | praedicamentum |
| *c.* | caput (in apparatu critico) | *praem.* | praemisit |
| *cap.* | caput (in textu edito) | *princ.* | principalis articulus |
| *cf.* | conferatur, confer | *prol.* | prologus |
| *cod., codd.* | codex, codices | *prop.* | propositio |
| *col.* | columna | *Ps.-* | Pseudo |
| *com.* | commentum | *ps.* | psalmus |
| *comp.* | compendium ambiguum seu non clare definitum | *q.* | quaestio, quaestiones |
| *corr.* | correxit | *qc.* | quaestiuncula |
| *d* | quarta columna | *r* | facies folii vel paginae recta |
| *d.* | distinctio | *rell.* | reliqui |
| *def.* | definitio | *rep.* | repetivit, repetitum |
| *div.* | divisio | *rescr.* | rescripsit, id est clarius scripsit |
| *dub.* | dubium | *restit.* | restituit |
| *ed., edd.* | editio, edidit, editiones | *s.* | summa |
| *ex. gr.* | exempli gratia | *sign.* | signatur |
| *f., ff.* | folium, folia | *sol.* | solutio |
| *hom.* | homilia | *spat. vac.* | spatium vacuum |
| *ibid.* | ibidem | *sublin.* | sublineavit |
| *in corp.* | in corpore quaestionis | *t.* | textus |
| *in corr.* | in correctione | *text. et mg.* | in textu et margine |
| *in h. l.* | in hunc locum | *tit.* | titulus |
| *in mg.* | in margine | *tr.* | tractatus |
| *in ras.* | in rasura | *transp.* | transposuit |
| *lect.* | lectio | *un.* | unicus, unica |
| *lib.* | liber | *v* | facies folii vel paginae versa |
| *lin.* | linea | *v.* | versus |
| *ms., mss.* | manuscriptum, manuscripta | *vol., voll.* | volumen, volumina |
| *n.* | numerus | | |

# ADNOTATIO

Volumen hoc, instrumento computatorio compositum, aliquas peculiaritates technicas prae se fert:

1) Numeratio linearum progressive pro unaquaque distinctione procedit, usque ad numerum 1000. Si distinctionis lineae talem numerum superant, numeratio ab unitate resumitur.

2) Collocatio fontium (F) ad numeros linearum refertur.

3) Numeratio notarum (T) progressive pro unaquaque distinctione procedit.

4) Textus, in apparatu critico primo impressi, litteris latinis progressivis pro unaquaque distinctione signantur. Horum textuum lineae numeris progressivis asterisco ornatis numerantur (1*, 2*, 3* etc.); notae vero respectivae numeris cum signo + indicantur. Eorumdem demum lectiones variantes post variantes textus principalis, notae vero post notas textus principalis collocatae reperiuntur.

5) Omnes tituli, in textum Scoti a nobis invecti (ex ipso tamen Duns Scoti eloquio elaborati), inter parentheses quadratas [ ] includuntur.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## PROLEGOMENA

Methodum iam pluries adhibitum et comprobatum[1] sequentes, hic quoque, absoluta iam critica restitutione textus libri III *Ordinationis*, onus nobis incumbit studiosis viris praebendi generale et completum examen historico-criticum de eodem. Omnium igitur codicum qui librum III *Ordinationis* ad nos transmiserunt et de quibus nondum in praecedentibus voluminibus sermonem fecimus, accuratam descriptionem praebebimus. Historiam porro textus, scilicet eius originem, authenticitatem, efformationem, transmissionem, discipulorum correctiones, immutationes, transpositiones, integrationes sedulo examini subiciemus. Difficultates etiam, hic illic in textu deprehensas, a nobis nunc solutas, in lucem proferemus. Criteria demum a nobis adhibita ad genuinum Duns Scoti textum dignoscendum, restituendum ac debite fontibus, adnotationibus, ceterisque exterioribus mediis ditandum, memorabimus.

### I. – Elenchus et descriptio codicum libri III Ordinationis[2]

#### A. – Elenchus

Exhibetur hic elenchus – alphabetice dispositus iuxta urbes in quibus asservantur – omnium codicum nobis notorum qui librum III *Ordinationis*, seorsim vel una cum aliis libris, integre vel partialiter vel fragmentarie tradunt. Inter parentheses indicantur sigla illorum codicum quos constanter in restituendo textu adhibuimus, necnon numeri sub quibus in sequente paragrapho eorumdem descriptio praebebitur vel citabitur:

1. Assisii, bibl. commun., cod. 137: *Ord.* I-IV (A, 1)
2. Barcinone (Barcelona), bibl. eccl. cathedr., cod. 19: *Ord.* III (9)
3. Basileae (Basel), bibl. univers., cod. B. I. 20: *Ord.* II-III (10)
4. Berolini (Berlin), bibl. status, cod. theol. lat. fol. 657: *Ord.* I-III (11)
5. Bononiae (Bologna), bibl. commun., cod. A 210: *Ord.* III (12)
6. Caesenae (Cesena), bibl. Malatest., plut. 17 dextr., cod. 3: *Ord.* II-III (13)
7. Cantabrigiae (Cambridge), bibl. coll. Gonville et Caius, cod. 296: *Ord.* II-III (14)
8. Cantabrigiae (Cambridge), bibl. univers., cod. Ff. III. 14 (olim 1222): *Ord.* III (15)
9. Cantuariae (Canterbury), bibl. eccl. cathedr., cod. A. 13: *Ord.* I et III (16)
10. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. urbin. lat. 117: *Ord.* II-III (17)
11. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 880: *Ord.* III (18)
12. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 882: *Ord.* I-IV (19)
13. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 883: *Ord.* I-III (S, 2)

[1] Cf. ed. nostra, VIII 1*, XVII 1*; XIX 1*; XXI 1*.
[2] Cf. *Disquisitio* (I 9* nota 1).

14. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 886: *Ord.* II-III (20)
15. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 887: *Ord.* III-IV (21)
16. Cracoviae (Kraków), bibl. Jagiellońska, cod. 1409: *Ord.* III (22)
17. Cremisiae (Krems), bibl. monast. O.S.B., cod. 214: *Ord.* III (23)
18. Dertusae (Tortosa), bibl. eccl. cathedr., cod. 19: *Ord.* I et III (24)
19. Dertusae (Tortosa), bibl. eccl. cathedr., cod. 49: *Ord.* III (25)
20. Falconarae Maritimae, bibl. franciscana, cod. 11: *Ord.* III, *Quodlibet, De primo principio* (26)
21. Florentiae, bibl. Laurent., cod. Fesul. 149: *Ord.* II-III (27)
22. Florentiae, bibl. Laurent., plut. 31 dextr., cod. 5 (vetus: 343): *Ord.* II, fragmentum *Ord.* III (d. 1-2) (28)
23. Florentiae, bibl. Laurent. plut. 31 dextr., cod. 6: *Ord.* III-IV (29)
24. Lambaci (Lambach), bibl. monasterii O.S.B., cod. 41: *Ord.* III (30)
25. Londini (London), bibl. Britann., cod. Add. 15272: *Ord.* III (31)
26. Lugduni (Lyon), bibl. commun., cod. 460: *Ord.* III (32)
27. Mellici [*seu* Medelci] (Melk), bibl. monast. O.S.B., cod. 418: *Ord.* III (33)
28. Monachii (München), bibl. status, cod. lat. 42: *Ord.* I-III (34)
29. Monachii (München), bibl. status, cod. lat. 18333: *Ord.* II-III (35)
30. Montiscassini, bibl. monast. O.S.B., cod. 452: *Ord.* I et III (36)
31. Oxonii (Oxford), bibl. coll. Balliol., cod. 203: *Ord.* II-III (37)
32. Oxonii (Oxford), bibl. coll. Balliol., cod. 208: *Ord.* II-III (B, 3)
33. Oxonii (Oxford), bibl. coll. Merton., cod. 62: *Ord.* III, *Lectura* III, *Rep.* III A (d. 3-17) (38)
34. Oxonii (Oxford), bibl. coll. Merton, cod. 64: *Ord.* IV; fragmenta prologi et libri III eiusdem *Ord.* (39)
35. Oxonii (Oxford), bibl. coll. Novi, cod. 113: *Ord.* I-III (40)
36. Parisiis, bibl. Arsen. 367: *Ord.* III (41)
37. Parisiis, bibl. Arsen. 525: *Ord.* III (42)
38. Parisiis, bibl. Mazarinea, cod. lat. 881: *Ord.* I-III (43)
39. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 3062: *Ord.* III-IV, *Quodlibet* (N, 4)
40. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 3114-1: *Ord.* I-III (Z, 5)
41. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 14564: *Ord.* II-III (44)
42. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15361: *Ord.* III-IV (P, 6)
43. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15854: *Ord.* I-IV (Q 7)
44. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15855: *Ord.* I et III, *Quodlibet* (45)
45. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15857: *Ord.* I-III (Y, 8)
46. Parisiis, bibl. univers., cod. 38: *Ord.* III-IV, *Quodlibet* (46)
47. Patavii (Padova), bibl. Anton., cod. 173: *Quodlibet, Quaestiones super De anima, Quaestiones super libros Metaphysicorum, Ord.* I-IV (47)
48. Patavii (Padova), bibl. Anton., cod. 175: *Rep.* II B, *Ord.* III (48)
49. Patavii (Padova), bibl. Anton., univers., cod. 1125: *Ord.* II-III, *Quodlibet* (49)
50. Pragae, bibl. univers., cod. 1817: *Ord.* III (50)
51. Rhemis (Reims), bibl. commun., cod. 497: *Ord.* II-III (51)
52. Rottenburgi, bibl. semin., cod. 21: *Ord.* III (52)
53. Senis (Siena), bibl. commun. «degli Intronati», cod. G.IV.4: *Ord.* III (53)
54. Toleti (Toledo), bibl. eccl. cathedr., cod. 19-22: *Ord.* III (54)



55. Venetiis, bibl. Marciana, cod. 2469: *Ord.* I-III (55)
56. Vigornii (Worcester), bibl. eccl. cathedr., cod. F. 39: *Ord.* prol. (initium). II-III (56)
57. Vigornii (Worcester), bibl. eccl. cathedr., cod. F. 60: *Ord.* III-IV, *Quodlibet* (57)
58. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 1560: *Ord.* III (58)
59. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4360: *Ord.* III (59)
60. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4368: *Ord.* III (60)
61. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4629: *Ord.* III (61)

## B. – DESCRIPTIO[3]

### 1. – CODEX A

1. Assisii, bibl. commun., cod. 137. – Praeter ea quae de hoc codice iam diximus in *Disquisitione*[4] et in Prolegomenis ad librum II *Ordinationis*[5], utile erit aliquas ulterius animadversiones addere circa textum libri III in hoc et in praecedente vol. IX editum. Quemadmodum pro parte initiali libri II, id est usque ad d. 2 n. 485, textum codicis A provenire diximus ab eodem antiquo exemplari, quod illius recensor adhibuit pro libro I ope 'libri Scoti' corrigendo, sed deinceps usque ad finem libri II usum fuisse aliquo alio exemplari, cum 'libro Scoti' seu cum 'libro Duns' non correcto[6], ita contigit in libro III, sed ordine inverso: in libro enim III codex A usque ad d. 7 hic illic adnotationes marginales tradit, quibus comparatio instituitur cum 'libro Duns', postea vero – usque ad finem – talis comparatio fit cum 'alio libro' seu 'alio exemplari'[7], ita ut lectiones codicis A in hisce distinctionibus cum maiore circumspectione examini subiciendae sint antequam authenticae retineantur et in textum nostrae editionis criticae gressum faciant. Haec omnia inferius particulatim examini subicientur.

### 2. – ALII CODICES IN APPARATU VARIANTIUM ADHIBITI[8]

2. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 883. (Codex S). – Iam descriptus in *Disquisitio*, 34*-35*; cf. etiam Prolegomena nostra ad *Ordinationem* II (VIII 6*).

3. Oxonii, bibl. coll. Balliol., cod. 208. (Codex B). – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 10*-12*).

---

[3] Magna pars codicum *Ordinationis* III, qui infra describuntur, breviter delineata est a C. BALIĆ, *Ioannis Duns Scoti... theologiae marianae elementa*, Sibenici 1933, p. XIV-XXIV. XXXVI-XLIV.

[4] Cf. *Disquisitio* (I 12*-28*. 176*-210*. 259*-270*. 274*-284* [passim]).

[5] Cf. ed. nostra, VIII 4*-6*.

[6] Cf. ibid.

[7] Cf. *Disquisitio* (I 25*-26*).

[8] De orthographia et de abbreviationum solutione, quas in codicibus describendis adhibemus, cf. *Disquisitio* (I 13* nota 1).

4. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 3062[9]. (Codex N). – Membran., mm. 379 × 235, ineunte saec. XIV, unica manu scriptus littera gothica libraria, eādem ceterum qua exaratus est cod. lat. 3061 (a nobis indicatus siglis $\Gamma^N$ vel N), continens libros I-II *Ordinationis*[10]; ff. 212, manu moderna atramento numerata; coll. 2, lin. 62-71; bina folia insiticia chartacea, non numerata, in initio et in fine posita. Ligatura chartacea moderna cum dorso e corio rubro, in quo litteris aureis impressum legitur: «Ioh. Scotus, in Magistrum Sententiarum», et litterae aureae «L. P.» (quae forsan abbreviatio sunt nominis «Librairie de Paris») cum lineamento coronae regiae. In scheda chartacea, agglutinata, litteris nigris impressa est signatura nova «Lat. 3062». In f. 1*rb*, ad summam paginam, manu moderna inscripta est signatura vetus «Cod. Colb. 1101, Regius 3911» et nova «3062»; ad mg. inf. eiusdem f. 1*rb* et f. 212*vb* appositum est sigillum rubrum rotundum cum regali stemmate domus burbonicae; f. 1*r* variis coloribus depictum est; littera initialis «C» [Circa] ornata, depictum includit Fratrem Minorem (Duns Scotum), habitu indutum castaneo, qui librum legit quem manu tenet; in f. 55*r* littera initialis «S» [Samaritanus] illuminata quidem est, sed non praebet figuras humanas; in f. 173*r* littera initialis «C» [Cunctae] praebet lineamenta Fratris Minoris (Duns Scoti), qui sinistra manu librum clausum tenet, dexteram vero docens levat; ceterae illuminationes per totum codicem factae sunt alternatim coloribus rubro et caeruleo. In foliorum parte versa, in medio margine superiore, stat grandis capitalisque littera «L» [Liber], cui in parte foliorum recta respondet libri numerus romanus. Codex satis bene conservatus est, margines tamen prae humiditate hic illic consumpti sunt, aliqua folia vero a vermiculis perforata sunt (scil. f. 1-12. 208-212).

Continet Ioannis Duns Scoti libros III et IV *Ordinationis*, necnon *Quodlibet* eiusdem.

*Ordinatio* III inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi»; expl. (f. 54*ra*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saecula saeculorum. Et secum in gloria dignetur habere Scotum Ioannem. Amen». Subiungitur tabula quaestionum (f. 54*ra*-54*va*) libri III, post quam (f. 54*va*) legitur: «Finito libro, sit laus et gloria Christo. Amen».

*Ordinatio* IV inc. (f. 55*ra*): «Samaritanus ille piissimus, spoliatum videns hominem et atrociter sauciatum, miserationis affectu compatiens medicinam attulit efficacem... Primo ergo quaeritur in communi an creatura possit habere aliquam actionem respectu termini creationis»; expl. (f. 171*va*): «Unde de perpetuitate et infinitate poenae et gehennae patet secundum Augustinum [*potius* Fulgentium], *De fide ad Petrum* circa vel ante medium, ubi dicit: 'Et permanente in eis malo culpae iniustae aversionis a Deo, sequitur iustae retributionis damnatio perpetua' [c. 33]. Et sequitur ibidem de bonis angelis: 'Sic, inquit, bonos angelos securitate sive in aeterna beatitudine firmavit'. Ad quam nos perducat etc.». Paulo infra in eadem columna subiungitur: «Explicit liber quartus Sententiarum, editus a magistro Ioanne Scoto de Ordine Fratrum Minorum et sacrae theologiae doctore». In altera vero columna (f. 171*vb*) incipit tabula quaestionum *Ordinationis* IV, quae desinit in f. 172*va*.

*Quodlibet* sic inc. (f. 173*ra*): «'Cunctae res difficiles', ait Salomon Eccl. 1; et cur intelligat [eas] esse difficiles, subdit: 'Non potest eas homo explicare sermone'... Est ergo prima quaestio utrum in divinis essentialia sint immediat[ior]a ipsi essentiae divinae vel notionalia. Arguitur quod notionalia»; abrupte expl. (f. 211*ra*): «nullo quidem istorum modorum diceret Philosophus aliquem esse bene fortunatum, sicut nec ratio probabilis persuadet», omissa finali parte quaestionis[11]. Deinde subiungitur: «Explicit Quodlibet magistri Ioannis Scoti, Ordinis Minorum»; in eadem columna (f. 211*ra*) praebetur tabula quaestionum. In f. 211*rb*-212*vb* exhibetur elenchus alphabeticus praecipuarum rerum, extra cuius ordinem ultimo loco ponitur (f. 212*vb*): «Christus quomodo se dicebat esse aequalem Deo Patri»

Notae marginales desunt; hic illic numeri quaestionum antiquiore manu appositi sunt.

5. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 3114-1. (Codex Z). – Iam descriptus in *Disquisitio*, 42*-43*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 12*).

6. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15361. (Codex P). – Membran., mm. 354 × 256, saec. XIV littera cursiva gothica scriptus, eādem ceterum qua exaratus est cod. lat. 15360, continens libros I-II *Ordinationis*[12]; ff. I-II+238+III-IV (sed. f. I et f. IV assibus agglutinata); ff. 1-238 manu moderna atramento numerata; coll. 2, praeter f. 72*r*-72*v*, ubi pro tabula quaestionum columnae sunt tres; lin. generatim 53. Ligatura vetus, lignea, corio castaneo tecta, sine ornamentis, nunc autem partim tempore et per vermiculos consumpta. In dorso, in scheda chartacea, signatura actualis nigro colore impressa «Latin. 15361»; similis schedula agglutinata est folio I*v*, quod adhaeret ad assim anteriorem. In hoc quoque f. I*v* legitur nota a Gayet de Sansalle bibliothecario scripta: «668 tom. 2$^{ds}$: Ce ms. du 14$^e$ siècle contient le Commentaire de Scot sur le 3$^e$ et le 4$^e$ livre des Sentences». In f. II*r* manu saec. XVII scriptus est numerus «277», in foliis autem 1*r* et 238*v* sigillum exhibens monogramma «RF», litteris «Bibliothèque Nationale» circumductum, et sigillum bibliothecae cum inscriptione «Bibliothèque de Sorbonne» (quod in f. 132*v* iteratur). Status conservationis est bonus, sed nonnulla folia ob humiditatem damno affecta sunt. Codex simpliciter quidem, sed eleganter fere ubique illuminatus est coloribus caeruleo et rubro. Titulus currens «L» [Liber] et «D» [Distinctio], cum respectivis numeris romanis eisdem coloribus alternis, fere ubique occurrit. Initiales «C» [Circa] (f. 1*ra*) et «S» [Samaritanus] (f. 73*ra*) sunt maiores et magis ornatae, sed eisdem coloribus et cum linea ornamentali ad marginem sini-

[9] Cf. BIBLIOTHÈQUE NATIONALE, *Catalogue général des manuscrits latins*, IV, Paris 1958, 69-72.
[10] Cf. ed. nostra, I 46*-48*; VIII 12*.

[11] Ed. VIVÈS XXVI 337*a*-345*b*.
[12] Cf. *Disquisitio* (I 32*).

strum. In f. 126*ra*. 129*vb*. 144*ra* parva spatia alba relicta sunt ad Scoti textum complendum.

Continet libros III et IV *Ordinationis*.

Liber III inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Videtur quod non, quia actus purus»; expl. (f. 71*va*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen». Et continuo subiungitur litteris capitalibus: «Explicit tertius liber Doctoris Subtilis, fratris scilicet Ioannis Scoti, magistri Parisius, de Ordine Fratrum Minorum». Deinde sequitur tabula quaestionum (f. 71*vb*-72*vb*) libri III et IV.

Liber IV inc. (f. 73*ra*): «Samaritanus ille piissimus... Primo igitur quaeritur in communi an creatura possit habere aliquam actionem respectu creationis; secundo». In fine (f. 238*vb*) textus est mutilus et expl. (d. 50 q. 3): «Ratio huius propositionis est, quia si ista virtus activa esset respectu huius effectus et sic non esset»[13]. Fortasse ultima codicis folia deperdita sunt.

Notae marginales, duabus manibus exaratae, sunt quidem multae, sed fiunt rariores post *Ord.* III d. 12 (f. 24*vb*). Plerumque tradunt divisionem internam textus, notabilia, auctoritates, additiones, correctiones, textus omissos restitutos (ut in f. 166*r* ad marginem inferiorem). Saepe occurrunt notae criticae, ex. gr.: «Non est in Ioanne» (f. 11*va*. 12*va*. 13*va*. 16*rb*. 16*vb*. 50*va*. 52*rb*. 66*vb*. 67*va*); «Hoc est extra in libro Ioannis» (f. 52*vb*); «Extra est in Ioanne» (f. 53*vab*. 62*va*); «Situm est in Ioanne» (f. 65*rb*); «Istud non est totum in libro Duns» (f. 198*ra*); «Est in Ordinatione» (f. 146*rb*); «Ab *a* ad *b* Duns non habet» (f. 207*va*); «Ab *a* ad *b* habet [Duns...], tamen ad *d* ante v[erba] 'Ista excludendo' etc.» (f. 213*rb*) (*et signantur in mg.* et in textu *a-b-d* [*d* in f. 213*vb*]); «Contra hoc arguit Scotus» (f. 50*vb*); «÷ Usque ad consimile signum non est in libro Ioannis, tamen credo quod debet hic esse sicut est: in libro enim Ioannis est in hoc loco consimile signum» (f. 61*vb*)[14]; «Ab isto loco usque ad tale signum o-|-o reperitur in schedulis Ioannis, et signum est discontinuationis»[15]; «Hic terminatur Ordinatio super primam partem tertii libri et incipit Reportatio» (f. 34*ra*)[16]; in spatio vacuo 5 linearum (f. 129*vb*) adnot. secunda manus: «Nihil ibi deficit»; item, secunda manus in mg. (f. 133*va*): «Hic est defectus». Saepe occurrit «Vacat» (f. 2*ra*. 5*ra*. 15*vb*. 16*ra*. 16*va*. 17*ra*. 17*vb*. 18*vb*. 19*ra*. 20*ra*. 20*vb*. 22*ra*. 24*ra*. *va*. 49*rb*. 57*ra*. 58*ra*. 69*vb*.), vel «Extra» (f. 16*rb*. 24*ra*.*vb*. 54*ra*. 55*ra*; 57*ra*. 58*ra*; 74*va*. 167*rb*) etc.

7. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15854. (Codex Q). – Iam descriptus in *Disquisitio*, 52*-54*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 12*).

8. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15857. (Codex Y). – Iam descriptus in *Disquisitio*, 48*-49*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 13*).

---

[13] Textus differt a textu edito a VIVÈS (XXI 44*ab*), et cohaeret cum textu codicis A (f. 289*rb*), qui *Reportationem* hic tradit (cf. *Disquisitio* [I 28*]).

[14] Cf. infra, p. 188 ad lin. 164-185.

[15] Cf. ed. nostra, IX 111 ad lin. 12-127.

[16] Cf. ibid., p. 534 ad lin. 39.



[3. – CODICES IN APPARATU VARIANTIUM NON ADHIBITI]

9. Barcinone (Barcelona), archivum capitulare eccl. cathedr., cod. 19[17]. – Chartaceus, mm. 395 × 289, littera cursiva gothica saec. XV exaratus, ff. I + 75 + II; post f. 64 fit saltus ad f. 66, textus tamen integer continuat; ff. I et II assibus agglutinata sunt; coll. 2, lin. 58; numeratio moderna. Codex ligatus est assibus corio fusco tectis; claviculae adhuc exstant, sed laminae demptae sunt; in mg. superiore folii 1*r*, manu recentiore adnotatur «Codex 19», quod iteratur in mg. superiore folii 5*r*; in mg. superiore folii 4*v* indicatur codicis donatio: «Ex dono reverendissimi patris domini Petri Garcia, episcopi barcinonensis, de Xativa civitate, in artibus et sacra theologia magistri parisiensis, facto bibliothecae ecclesiae suae barcinonensis, anno millesimo quingentesimo secundo [1502], pontificatus sui anno duodecimo»; ff. 1*v*-4*r* alba sunt in mg. inferiore folii 5*r* prostat stemma eiusdem episcopi, coloribus pulchre ornatum. Littera initialis «C» [Circa] (f. 5*ra*) ornata est coloribus aureo, rubro et caeruleo; litterae autem initiales distinctionum et quaestionum alternatim rubro et caeruleo colore scriptae sunt.

Continet librum III *Ordinationis*, qui sic inc. (f. 5*ra*): «Circa incarnationem Verbi quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non: actus primus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 74*ra*): «ut rectum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen». – Sequitur (f. 74*ra*-74*va*) tabula quaestionum, quae absolvitur verbis (f. 74*va*): «Felix finis. Ioannis Duns quaestiones». Et statim sequitur distichon: «Scoti Subtilis nomen subtilia donat, – quem vestis vilis, pes nudus, corda coronant»; f. 75*rv*, praeter lineas ad textum recipiendum obductas, nihil habet.

Notae marginales illustrativae frequentes prostant usque ad f. 15*ra*, postea vero valde raro occurrunt, eaeque vel respiciunt correctiones textus vel opinionum auctores patefaciunt. Notae criticae desunt, praeter adnotationem «Extra», bis occurrentem: prior in d. 15 (f. 34*rb*-34*va*) ad signandum textum a Duns Scoto extra columnam scriptum [cf. ed. nostra, IX 531-532], altera in d. 36 (f. 67*ra*) ad indicandum textum ab ipso codicis redactore – iuxta monitionem Duns Scoti – ex Henrico Gandavensi introductum [cf. infra, d. 36 n. 54].

10. Basileae (Basel), bibl. univers., cod. B. I. 20. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 13*-15*).

11. Berolini (Berlin), bibl. status, cod. theol. lat. fol. 657. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 60*-61*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 16*).

12. Bononiae (Bologna), bibl. commun. (Archiginnasio), cod. A. 210[18]. –

---

[17] Cf. A. FÁBREGA I GRAU – J. BAUCELLS I REIG, *Catáleg-Inventari general de l'Arxiu Capitular de la Catedral de Barcelona*, IV, Barcelona 2005, 74.

[18] LUCCHESI C., *Inventario dei manoscritti della Biblioteca Comunale dell'Archiginnasio di Bologna* (*Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia*, XXX[1]), Firenze 1924, 94.

Membran., mm. 228 x 160, scriptura semigothica saec. XV duabus manibus exaratus, quarum altera inc. a f. 81*ra*; ff. 130, numetata manu moderna, quorum 1 et 129-130 alba sunt; coll. 2, lin. 47. In dorso scriptio legitur: «Scoti Quaest[iones]»; in mg. inferiore f. 2*r*, stemma Fratrum Servorum B. M. V.; codex provenit ex bibliotheca Magnani. Praeter tegumenta aliquantulum attrita, codex bene conservatus est. Litterae initiales coloribus rubro et caeruleo ornatae.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 2*ra*): «Incipit liber tertius Scoti super Sententias. Quaestio prima de incarnatione: Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit»; expl. (f. 122*ra*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth.: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui laus et gloria per infinita saeculorum saecula». Et statim adiungitur: «Et secum in gloria dignetur habere Scotum. Amen. Explicit tertius Scoti. Deo gratias». Sequuntur index rerum alphabeticus (f. 123*ra*-126*vb*) et tabula quaestionum (f. 126*vb*-128*rb*).

Notae marginales desunt.

13. Caesenae (Cesena), bibl. Malatest., plut. 17 dextr., cod. 3. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 20*-21*).

14. Cantabrigiae (Cambridge), bibl. coll. Gonville et Caius, cod. 296. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 21*-22*).

15. Cantabrigiae (Cambridge), bibl. univers., cod. Ff. 3. 14 (1222) [19]. – Membran., mm. 295 x 200, scriptura semicursiva anglica saec. XV exaratus; ff. 119 plumbo numerata, et singula folia in initio et in fine non numerata. Ligatura recentior corio tecta. In dorso, litteris colore aureo scriptis in fascia rubra, legitur «Ff. 3. 14». In assis anterioris parte interiore: «Ex libris» et variae notae atramento recentiore scriptae. In assis posterioris parte interiore manu saeculi XVIII: «4. 4. 28»; in summa et ima parte f. I*r* legitur numerus «63»; ante assem posteriorem adest quoddam folium insiticium, typis antiquis impressum. Codex coloribus rubro et caeruleo illuminatus est.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero de possibilitate, utrum possibile sit naturam humanam uniri Verbo in unitate personae. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 119*rb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve est'. Cui sit gloria et honor per infinita saecula saeculorum. Amen».

Notae criticae desunt. Saepius autem notantur divisiones internae quaestionum; frequenter porro prostant partes textus restitutae, quas prima manus omiserat.

---

[19] *A Catalogue of the Manuscripts preserved in the Library of the University of Cambridge*, II, Cambridge 1857, 416.



16. Cantuariae (Canterbury), bibl. eccl. cathedr., cod. A. 13. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 30*-31*.

17. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. urbin. lat. 117. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 26*-27*).

18. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 880 [20]. – Membran., mm. 334 x 243, saec. XIV unica manu scriptura gothica exaratus; ff. I + 63; f. I est vacuum; coll. 2, lin. 62-63. Codex bene conservatus, ligatura moderna ex assibus ligneis corio rubro tectis. In codicis initio (f. 1*rb*) et in fine (f. 62*rb* et 63*rb*) sigillum bibliothecae cum inscriptione «Bibliotheca Apostolica Vaticana». Littera initialis «C» [Cum] (f. 3*ra*) pulchre delineata et floribus decorata est, etiam fascia ornamentali addita in mg. sinistro. In medio mg. superiore prostat in foliis versis littera «L» [Liber], in rectis vero numerus «III», excepta pagina initiali (f. 3*r*), ubi scriptum legitur «LI. III SCOTI» et sub numero III scriptura cursiva manuque recentiore subiungitur arabicus numerus «880», qui est codicis proprius in bibliotheca. In f. 1-2, provenientia ex quodam codice saec. XIV, habentur duae particulae de re medica, ubi citantur Galenus et Avicenna. Item, in f. 63-65, ex aliquo libro saec. XII provenientia, traduntur particulae *Codicis Iustiniani*, additis in mg. glossis et allegationibus iuridicis.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 3*ra*); «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Deo in unitate personae. Videtur quod non, quia actus purus»; expl. (f. 62*rb*): «qui autem, praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 10: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum saeculorum [*sic*]. Amen». Paulo infra subiungitur: «Explicit tertius Scoti, magistri Parisius, de Ordine Minorum», sed verba «tertius... Minorum» fere erasa sunt. Sequitur (f. 62*vab*) tabula quaestionum.

Notae marginales, diversis manibus appositae, frequentes sunt, et plerumque indicant textus divisionem internam vel auctoritates; aliae autem textum explicant, vel verba omissa restituunt. Aliquando nota critica «Vacat» (f. 3*ra*. 3*va*. 3*vb*. 4*ra*. 8*rb*), manu secunda scripta, omissionem textuum satis parvorum adesse indicat.

19. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 882. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 36*-37*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 15*).

20. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 886. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 29*-30*).

21. Civitas Vaticana, bibl. apost., cod. vat. lat. 887 [21]. – Membran., mm. 352 x 227, saec. XIV scriptura gothica exaratus; ff. I-II + 234, manu moderna numerata; coll. 2, lin. 61. F. I est album; in f. II*r*, super frustulum corii antiquae ligaturae scriptum legitur «887»; deinde quaedam dicta de Trinitate, fere illegibilia; f. II*v* est album. Codex bene conservatus, ligatura ex assibus

---

[20] Cf. PELZER A., *Codices Vaticani latini*, II pars 1, Città del Vaticano 1931, 265-266.

[21] Cf. ibid., 272.

ligneis corio tectis. In codicis initio (f. 1*rb*) et in fine (f. 233*vb*), in mg. inferiore prostat sigillum bibliothecae cum inscriptione «Bibliotheca Apostolica Vaticana». In marginis superioris utroque extremo indicatur litteris capitalibus divisio interna operis: in foliorum parte versa littera «L» [Liber] cum numero «III» vel «IV», in recta vero littera «D» [Distinctio] cum respectivo numero romano. In medio mg. superiore folii 1*r* signatur manu moderna numerus «887», ibidem vero ad dexteram nomen «Scotus». Codex pulchre ornatus est, litteris initialibus coloribus rubro, caeruleo et violaceo illuminatis, inter quas longe eminent litterae initiales utriusque libri, scilicet «C» [Circa] pro libro III, et «S» [Samaritanus] pro libro IV. In fine folii 78*rb* manu secunda adnotatur: «In Scoti III sunt septuaginta novem folia»; in fine folii 234*r* iterum secunda manu adnotatur: «Centum LVII folia sunt in Scoti quarto libro». Item, in f. 234*r* adnotatur: «Tertius et quartus Scoti»; ibidem porro adsunt manu recentiore scriptae aliquae definitiones ac notulae philosophicae cuiusdam anonymi philosophantis. Alba denique sunt ff. 234*v* et 235*rv*.

Continet libros III et IV *Ordinationis.*

Liber III inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Videtur quod non, quia actus purus»; expl. (f. 78*rb*): «amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen». F. 78*v* album est.

Liber IV inc. (f. 79*ra*): «Samaritanus ille piissimus... Primo ergo quaeritur in communi an creatura possit habere aliquam actionem respectu creationis; secundo»; expl. (f. 233*ra*): «Unde de perpetuitate et infinitate poenae et gehennae patet secundum Augustinum [*potius* Fulgentium] *De fide ad Petrum* circa vel ante medium [c. 33], ubi dicit de malis angelis quod 'permanente in eis malo culpae iniustae aversionis a Deo, sequitur iustae retributionis damnatio perpetua'. Et sequitur ibidem de bonis: 'Sic, inquit, bonos angelos [in] aeternitate sive in aeterna beatitudine firmavit'. Ad quam nos perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen. Explicit». Sequitur index quaestionum (f. 233*ra*-233*vb*), qui absolvitur verbis (f. 233*vb*): «Explicit iste quartus».

Notae marginales in libro III paucissimae sunt, in libro IV frequentes; quae diversis exaratae manibus, plerumque respiciunt internam divisionem textus, explicationes, notabilia, auctoritates a Duns Scoto allegatas (occurrit praesertim nomen Thomae Aquinatis), correctiones, verba omissa et restituta, remissiones, additiones etc.

Adsunt etiam frequentes notae criticae, quae praebent collationem textus cum quodam «originali» sive «exemplari»: una tantum adest in libro III (f. 9*ra*), ubi pro quadam dubitatione, prima manu addita in mg. inferiore, posterior manus adnotat: «Istud fuit in margine exemplaris». Frequentes vero sunt in libro IV: «Originale: in se intensive infinita» (f. 81*rb*); «Sic originale: quam habere naturam, quae propter sui imperfectionem potest produci a natura creata» (f. 81*vb*); «Originale: Ratio» (f. 91*rb*); «Originale: contereretur» (f. 98*ra*); «Originale: vullulam[22] perforatam» (f. 99*rb*); «Originale: Lege antepaenultima»[23] (f. 99*vb*); «Originale: sed eius est primo, totius est per se et non primo» (f. 100*va*); «Originale: data» (f. 102*ra*); «Originale: inhibente» (f. 103*rb*); «Originale: et secundum quod est» (f. 105*ra*); «Originale: famulari» (f. 107*ra*); «Originale: Multo etiam minus valet illa probatio de isto 'qui pro vobis' etc.» (f. 108*va*); «Originale sic: nec ante illud 'qui' intelligeretur oratio completa, et post 'qui' incipiat nova oratio copulata praecedenti, ut 'qui' exponatur per 'iste', secundum Priscianum» (f. 108*va*); «Originale: distinguendo» (f. 109*ra*); «Originale: quaeritur ut tantum est singulare entis, in quo etc.» (f. 109*va*); «Nota, originale habet sic: Probatio, quia in faciendo illud sine modo suo naturali est duplex miraculum, quod non est in faciendo illud sub modo suo naturali. Sed Deus potest sine conversione alicuius in corpus Christi facere corpus eius praesens hic, igitur potest ipsum facere sub modo suo naturali esse, et ita localiter. Probatio minoris, quia conversio alterius in illud non est formalis [ratio] isti essendi hic; quod patet, quia transeunte conversione, manet terminus conversionis hic, ergo sine contradictione potest alicui conferri esse hic sine ulla conversione alterius in ipsum» (f. 114*ra* in mg. inferiore); «Originale: tempus» (f. 115*va*); «Originale: quia illud tertium est illimitatum, quia immensum. Nec sequitur» (f. 116*va*); «Originale: sit illud esse simpliciter eius, quod est incipere» (f. 117*rb*); «Originale: Ita enim vere habet illo modo esse in eucharistia, ubi est» (f. 117*va*); «Ab *a* ad *b* non est in originali [et in textu signatur locus litteris *a* et *b*]» (f. 121*va*); «In originali cotatur [scil. quotatur] 26» (f. 131*rb*); «Originale: illa» f. 139*vb*); «Originale: narrat indistincte» (f. 159*rb*); «Originale: determinata» (f. 168*va*); «Originale: determinatas» (f. 170*vb*); «Extra in originali» (f. 176*rb*); «Haec fuit una glossa in originali: Memorandum de revocante sententiam excommunicationis per violentiam, quia ex hoc ipso incurrit sententiam novam, *Extra*, 'De sententia excommunicationis', et est hodie in Sexto libro» (f. 180*va*); «In originali: 'Crimina: adulterium, homicidium, contractus illicitus; iste fit tripliciter: de facto contrahendo, fidem dando, pronuntiando cum iuramento vel sine iuramento [d. 35]'» (f. 185*rb*); «Originale: propriae» (f. 189*ra*); «Originale: Salomonis» (f. 193*rb*); «Originale: generis» (f. 194*ra*); «Originale: excessive» (f. 195*va*). Item, in mg. occurrunt: «Extra» (f. 81*vb*-82*ra*. 86*ra*. 94*rb*); «Hic deficit» (f. 100*ra*); «Alius liber: modus» (f. 120*va*); etc.

[22] Cod. A habet «vulvam», ed. VIVÈS (XVI 555*b*) «cellulam».



22. Cracoviae (Kraków), bibl. Jagiellońska, cod. 1409. – Chartaceus, mm. 290 × 215; saec. XIV scriptus littera gothica, ff. 182 numerata manu moderna, et singula folia non computata in initio et fine; coll. 2, lin. 41. Ligatus assibus ligneis, quorum anterior restitutus est anno 1934, prout indicatur in eius parte interna, in superiore angulo dextero. In prioris folii insiticii facie recta, in media pagina scriptum legitur: «Scotus in tertium Sententiarum»; paulo infra apposita est signatura «N. Inv. 1409» et sigillum bibliothecae Universitatis Iagellonicae continens eius stemma, scilicet duo sceptra sub corona Polonica, et inscriptione «Bibliotheca Univ. Jagiell. Cracoviensis», quod stemma occurrit denuo in f. 181*vb*. In mg. superiore f. 1*r* prostat antiqua scriptio parum legibilis: «Libraria Universitatis, Scotus super 3°». Ff. 182*v* et II*rv* alba sunt. Codex bene conservatus. Litterae initiales appositae sunt ab alio scriptore in locis vacuis, relictis ab amanuense, sed per inadvertentiam aliqui loci manserunt vacui.

[23] In textu codicis habetur: «lege anteplurima». Cf. ed. VIVÈS (XVI 558*a*): «lege antepaenultima».

Continet Duns Scoti librum III *Ordinationis*, Nicolai de Ockham tractatum *De communicatione idiomatum*, et alias duas tractationes anonymas.

Liber III *Ordinationis* inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fu[erit] naturam humanam uniri Verbo in unitate personae. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 145*vb*): «Amor autem, et praecise finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia opera levia, ut verum sit quod dicit Salvator, Matth. 11: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen»; et in linea proxima subiungitur: «Explicit tertius liber Scoti, de Ordine Fratrum Minorum». Sequitur tabula quaestionum (f. 145*vb*-147*ra*) cum adnotatione finali (f. 147*ra*): «Explicit tabula super tertium librum Sententiarum, editum a fratre Ioanne Scoti [!], sacrae theologiae subtili doctore».

Tractatus *De communicatione idiomatum* inc. (f. 147*rb*): «De communicatione idiomatum in Christo quaedam alias dixi, sed nunc Deo adiuvante propono diffusius»; expl. (f. 157*vb*): «Et ideo cuilibet ea legenti humiliter supplico et rogo quod cum caritate diligenter inspiciat, sed impermisse, ad corrigendum etc.». Et statim subiungitur: «Explicit tractatus magistri Nicolai Ockham [*in cod.*: Okem] De communicatione idiomatum».

Sequitur auctoris anonymi brevis tractatus de sacrificio Christi, qui inc. (f. 157*vb*): «Communiter dicitur et prope compertum est quod ad occisoris adventum»; expl. (f. 158*vb*): «ex semine David secundum evangelium meum».

Sequitur porro, item anonymi auctoris, quaestio iuridico-moralis, quae inc. (f. 158*va*): «Utrum praemissa confessione, ad salutem necessaria, sacerdos ex vi clavium absolvere possit aliquem a poena et culpa»; expl. (f. 175*vb*): «Ad quartum etc., ut prius»; et statim sequitur (f. 175*vb*) synthesis totius quaestionis.

Subsequitur demum quaedam consideratio de vita aeterna ex eucharistia profluente, quae inc. (f. 176*ra*): «Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum»; expl. (f. 181*va*): «De quo hic in praesenti per gratiam, in futuro per gloriam, quam nobis Dominus etc.».

Codex concluditur brevi reflexione super eucharistiam (f. 181*vab*).

In ultima parte codicis, scil. inde a f. 158*v*, adsunt multae notae marginales explicativae.

23. Cremisiae (Krems), bibl. monast. O.S.B., cod. 214. – Chartaceus, mm. 295 x 220, scriptura semicursiva germanica saec. XV exaratus, ff. I + 169, coll. 2, lin. 36; numeratio vetus atramento rubro extenditur usque ad f. 24, deinde ff. 25-169 numerata sunt recenter. Codex ligatus est assibus corio glauco tectis. In dorsi parte superiore, super schedam albam apposita est signatura moderna «214». In assis anterioris parte interiore et in f. I*r*, manu recentiore signatur «I. V. 28, N. 214». Laminae et claviculae demptae sunt. Aliqua folia alba seu vacua prostant, scil. ff. 168. 169; f. 81*v* est vacuum, sed ibi adnotatur: «Nota: ibi nullus est defectus»; item, in f. 150*ra* continuatur textus ex folio praecedente verbis «virtutis... temperantia»[24], post quae totum est album, sed ibidem

[24] Cf. infra, p. 232, 197-198.



adnotatur: «Nota: ibi nullus est defectus»; pariter in f. 150*rb* habentur verba «virtutis... pone enim»[25], post quae totum est album; item, f. 150*v* est totum album; tandem in f. 151*ra* textus ex folio praecedente regulariter prosequitur verbis «virtutis, quod videtur inconveniens»[26] etc. Codex bene conservatus est, verum tegumenta pellicea per vermiculos perforata sunt. Illuminatus est coloribus rubro et viridi.

Continet librum III *Ordinationis*, qui sic inc. (f. 1*ra*): «Cum ergo venit plenitudo temporis etc. Circa istam primam distinctionem tertii libri Sententiarum, ubi Magister incipit determinare de Verbi incarnatione, quaero primo de possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»: expl. (f. 166*vb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille quaeratur in omnibus, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dicit Salvator, Matth. 12: 'Venite ad me'; et sequitur: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen. Deo gratias». Sequitur tabula quaestionum (f. 167*ra*-167*vb*), ad cuius finem notatur: «Scripsit hunc librum religiosus vir fr. Erhardus Paumgartner hic professus».

Notae marginales desunt.

24. Dertusae (Tortosa), bibl. eccl. cathedr., cod. 19. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 44*-45*.

25. Dertusae (Tortosa), bibl. eccl. cathedr., cod. 49[27]. – Membran., mm. 339 x 227, saec. XIV unica manu scriptura gothica exaratus, ff. I + 93 + II-III; ff. I et III sunt chartacea, sed alterum ad assem agglutinatum est; ff. 2-93 manu moderna numerata sunt; coll. 2, lin. 53. Ligatura moderna, facta e tela nigro-cinereo-flava. In dorsi parte inferiore, in alba schedula atramento signatura «49» scripta est, quae iterum adest in assis anterioris parte interna. In f. I*va* in mg. superiore scribitur litteris gothicis cursivis: «Subtile dicitur ex virtute penetrandi, secundum quod potest accipi ex verbis Philosophi II De generatione. 'Doctor Subtilis' nomen subtilia donat, quem vestis vilis, pes nudus, corda coronant»; et paulo infra, in mg. sinistro, scriptura moderna additur: «Ioannis Scoti super III Sententiarum». Initialis littera «C» [Cum] (f. 1*ra*) pulchre delineata est, cui in mg. sinistro additur taenia ornamentalis. Similiter ornatae sunt litterae initiales distinctionum et quaestionum. Per totum librum, in foliorum parte versa, in mg. superiore, inscribitur maiuscula littera «D» [Distinctio], dum symmetrice in foliorum parte recta prostat distinctionis numerus romanus. Codex bene conservatus est. In f. I*rv*, scriptura gothica libraria saec. XIV ineuntis praebetur fragmentum alicuius textus iuridici, normas quasdam summorum Pontificum continens.

[25] Cf. infra, p. 232, 197-198.
[26] Cf. ibid. lin. 197.
[27] Cf. BAYERRI BERTOMEU E., *Los códices medievales de la catedral de Tortosa*, Barcelona 1962, 205-206.

Continet librum III *Ordinationis*, qui sic inc. (f. 1*ra*): «Cum igitur venit plenitudo temporis etc. Circa tertium librum, in quo agitur de Verbi Dei incarnatione, primo quaero de incarnationis possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri Deo in unitate suppositi. Videtur quod non, quia actus purus»: expl. (f. 91*va*): «amor autem, et praecipue finis, sive ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth.: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen». Sequitur tabula quaestionum (f. 91*va*-92*vb*), post quam notatur: «Explicit tabula super tertium Sententiarum, editum a fratre Ioanne Scoto, de Ordine Fratrum Minorum»; in margine eadem manu scriptum est: «Ioannes Skot Duns». In f. 93*ra* scriptura minuscula cursiva coeptum est scribi vocabularium alphabeticum praecipuarum rerum libri III: «Abstractio... Adoratio... Amor... Anima... Assumere... Caritas».

Notae marginales, eadem manu scriptae, paucae sunt et fere omnes respiciunt divisiones internas, parvas correctiones. Usque ad d. 29 (f. 67*rb*) in mg. inferiore amanuensis titulos quaestionum repetit. Notae criticae desunt.

26. Falconarae Maritimae, bibl. franciscana, cod. 11. – Membran., mm. 270 × 228, coll. 2, lin. generatim 54. Scripturis gothica, semicursiva, cursiva, saec. XV pluribus manibus exaratus; ff. 238 plumbo recenter numerata in mg. superiore sinistro, recentissime autem sigillo sponte progrediente signata in mg. inferiore sinistro; in fine, folium chartaceum insiticium non numeratum. Ligatura recens, foliis membranaceis agglutinatis constans; cum quattuor funiculis ex corio resecatis. Status conservationis bonus, praeter aliqua folia ob humiditatem paululum deturpata. Scriptura in altera codicis parte satis decolorata seu pallida prostat. Litterae initiales distinctionum et quaestionum rubro colore scriptae sunt. Prout eruitur ex primaeva sexternorum numeratione (f. 1*r* enim in mg. inferiore signatur «C. 5»), codex in initio mutilus est: desunt nempe folia quae numerabantur A 1-6, B 1-6, C 1-4, id est summatim ff. 32. Ob hanc proinde rationem, primum opus – quod in codice traditur – abrupte incipit.

Codex continet sequentia diversorum auctorum opera:

1) Duns Scotus, *Quodlibet*, quod tamen prostat tantum ab ultima parte quaestionis 8 et deinceps, et sic abrupte inc. (f. 1*ra*): «respicit ipsum productum. Primo modo est ordo auctoritatis et subauctoritatis in proposito»[28]; item abrupte expl. (f. 28*ra*): «sicut nec ratio probabilis persuadet. Tertium membrum»[29]. – Post hoc, littera cursiva subiungitur seu repetitur pars finalis quaestionis 14 et tota quaestio 15, quae in mg. rubro colore signatur «Q. 22»; haec additio sicilicet incipit a verbis quaestionis 14 (f. 28*ra*): «cognoscibile. Per hoc patet ad primum, quia anima, licet sit imago Dei, tamen non est nata esse medium cognoscendi Deum secundo modo, sed tantum primo, sicut potest haberi ex illa auctoritate prius adducta: 'qui vident suam mentem' etc.»[30]; et ultimis verbis quaestionis 15 expl. (f. 30*vb*): «verbum autem non est terminus productus per intellectionem, sed per actionem aliquam productivam de genere actionis»[31]. Et statim sequuntur verba: «Explicit Quodlibet Scoti».

[28] Cf. DUNS SCOTUS, *Quodlibet* q. 8 n. 19 (ed. VIVÈS XXV 361*a*).
[29] Cf. ibid. q. 21 n. 6 (ed. VIVÈS XXVI 337*a*).



2) Duns Scotus, *Ordinatio* III, quae inc. (f. 31*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non: actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; et ibi, in parte centrali mg. superioris, atramento nigro superponitur inscriptio «Tertius Scoti super Sententias», colore autem rubro in parte sinistra adest altera inscriptio «Tertius Scoti»; expl. (f. 100*vb*): «facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth.: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen». Et statim subiungitur: «Explicit liber tertius fratris Ioannis Scoti, fratris minoris». In f. 101*ra* praebetur tabula quaestionum; ff. 101*rb* et 101*vab* alba sunt. Decursu operis, in foliis versis in mg. superiore indicatur numerus distinctionis, in foliis autem rectis numerus quaestionis et liber III.

3) Duns Scotus, tractatus *De primo Principio*, qui inc. (f. 102*ra*): «Primum Principium mihi ea credere, sapere ac proferre concedat», cui superponitur in mg. inscriptio «Tractatus De primo Principio Scoti»; expl. (f. 109*ra*): «ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, qui est benedictus in saecula». Et sequitur adnotatio «Explicit tractatus Scoti [Sc. *super lin.*] De Principio rerum primo. Amen».

4) Hugo de Novocastro, O. F. M., *Super Sententias* II, quod opus sic inc. (f. 109*ra*): «'Mirabilia opera tua et anima mea cognoscit nimis', in Ps. [138, 14]. Dicebatur in principio Sententiarum, prosequendo illud verbum 'Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus' [Eccli. 43, 20], quod in sacra Scriptura est admiranda continentia»; cui superponitur inscriptio «Fratris Hugonis de Castris, Super Sententias»; abrupte expl. (f. 178*rb*); «Ad rationes»; media columna folii 178*rb* et f. 178*vab* alba relicta.

5) Varia *Sophismata*, determinata a magistro Bartholomaeo de Bruges et ab aliis magistris logicae disciplinae saec. XIV (f. 179*ra*-238*vb*).

Notae marginales tantum pro secundo et tertio opere Duns Scoti adsunt, internam divisionem indicantes vel sensum textus explicantes.

27. Florentiae, bibl. Laurent., cod. Fesul. 149. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 34*-36*).

28. Florentiae, bibl. Laurent., plut. 31 dextr., cod. 5. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 33*-34*).

29. Florentiae, bibl. Laurent., plut. 31 dextr., cod. 6[32]. – Membran., mm. 260 × 170, scriptura gothica saec. XIV ineunte exaratus; ff. I + 241 + I; ff. I-II

[30] Cf. DUNS SCOTUS, *Quodlibet* q. 14 n. 26 (ed. VIVÈS XXVI 108*b*).
[31] Cf. ibid. q. 15 n. 24 (ed. VIVÈS XXVI 179*b*).
[32] Cf. BANDINIUS A. M., *Catalogus codicum latinorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae*, IV, Florentiae 1777, col. 705.

alba sunt; coll. 2, lin. 51, exceptis initialibus ff. *1r* et *61r*, ubi sunt 46. Assibus ligneis ligatus. In dorso adnotatur «Scot., III et IV sup. Sent.»; deinde origo indicatur et collocatio: «Bibliotheca S. Crucis, Petri Leopoldi MED. iussu in Laurent. translata die XVI octobris a. 1776. Pluteus 31 dextr., cod. 6». Eadem verba prostant in asse posteriore. In f. *Iv* adnotatur: «Tertius et quartus Scoti super Sententias. Conventus S. Crucis de Florentia, Ordinis Minorum, N. 344». Codex bene conservatus est. Littera initialis «C» [Circa] (f. *1ra*) pulcherrime delineata est et floribus decorata, fascia ornamentali addita in mg. sinistro. Aliquantum similiter ornatae sunt litterae initiales singularum distinctionum et quaestionum. In medio mg. superiore prostat in foliis versis littera «L» [Liber], in rectis numerus «III» (f. *1r-60r*) aut «IV» (f. *62v-241v*). Foliorum numeratio usque ad f. 61 adest in mg. superiore, a f. 62 usque ad finem in mg. inferiore.

Continet libros III et IV *Ordinationis*.

Liber III, praetermissa introductione, inc. (f. *1ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi»; expl. (f. *60va*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth.: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'». Cui sit laus et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen»; et paulo infra subiungitur: «Explicit liber 3us Subtilis Doctoris fratris Ioannis Duns, de Ordine Fratrum Minorum». Sequitur tabula quaestionum (f. *60vab*).

Liber IV inc. (f. *61ra*): «Samaritanus ille piissimus... Primo ergo quaeritur in communi an creatura possit habere aliquam actionem respectu creationis; secundo»; expl. (f. *241va*): «Hoc patet [in] De fide ad Petrum, circa medium, et ideo poena durat, quia peccatum in eis durat: 'Permanente in eis iniustae affectionis malo, permanet in eis iustae retributionis damnatio'. A qua nos custodire dignetur qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen».

Notae marginales satis frequenter occurrunt, et potissimum correctiones textus respiciunt vel opinionum auctores indicant. In primis foliis adsunt etiam aliquae notae criticae: «Ita in Ioanne» (f. *1rb. 2rb*); «Non est in Ioanne» (f. *11rb. 12rb. 13rb*); «Extra» (f. *2va*).

30. Lambaci (Lambach), bibl. monast. O. S. B., cod. chart. 41. – Chartaceus, mm. 310 × 220, scriptura semicursiva germanica saec. XV exaratus, ff. I-IV+150+V, col. unica, lin. 41; numero nigro «154» signatur f. V, ante quod folia vacua excisa sunt perinde atque ante f. 1; numeratio atramento rubro facta est. Ligatus est assibus corio claro-viridi tectis. Claviculae adhuc exstant, sed laminae demptae sunt. In dorsi parte superiore prostant tres signaturae, scriptae saec. XVIII vel XIX: scheda alba cum numero «41»; paulo infra agglutinata est alia scheda cum indicatione «Ms. 60», ubi tamen «60» est cancellatum; rursus infra, in tertia scheda prostat «M. chart. 41». In assis anterioris parte externa, in alto, scheda apposita est, ubi manu saec. XV scriptum legitur: «Scotus super tertium librum Sententiarum». Infra eam adest schedula corrupta, in qua litterae non cernuntur. In insiticio f. *Ir*, in summa pagina, manu saec. XIX scriptus est signaturae numerus «41».



Continet librum III *Ordinationis*, qui sic inc. (f. *1r*): «Cum venit plenitudo temporis etc. Circa istam primam distinctionem tertii libri Sententiarum, ubi Magister incipit determinare de Verbi incarnatione, quaero primo de possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non, quia actus purus»; expl. (f. *150v*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen»; et proxime subiungitur: «Deo gratias». Sequitur tabula quaestionum (f. *150r-150v*).

Notae marginales desunt.

31. Londini, bibl. Britann., cod. Add. 15272[33]. – Membran., mm. 415×265, saec. XV littera humanistica scriptus; ff. I + 223 + II; ff. I-II chartacea insiticia sunt; numeratio plumbea; col. unica, lin. 34. Ligatura recentior, corio tecta castaneo. In dorso legitur: «655. Duns Scotus, in libros IV Sententiarum. D. Thomae Manuscript., tom. III, Mus. Brit. iure emptionis 15272, plut. 277, f. 4». In assis anterioris parte interna prostat «Ex libris» et notae quaedam plumbo moderno factae; in summo f. *Ir* atramento antiquo scriptum legitur: «Collegii Parisiensis Societatis Iesu»; ad sinistram vero apposita est notula: «5 iul. 1763»; in f. *223v* adest parvum sigillum rubrum cum inscriptione «British Museum». Codex bene conservatus est, idemque accurate ac pulchre illuminatus.

Continet librum III *Ordinationis*, qui abrupte sic inc. (f. *4r*): «Totum quod est ibi terminat istam unitatem realem»[34]; expl. (f. *223v*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus... Amen»; et subiungitur: «Laus Deo. Finit». Tabula quaestionum adest in f. *1r-3v*.

Notae marginales desunt.

32. Lugduni (Lyon), bibl. commun., cod. 460[35]. – Chartaceus, mm. 290 × 220, saec. XV littera gothica scriptus; ff. I-II+114+III, manu moderna atramento numerata; ff. I et III assibus agglutinata sunt; coll. 2, lin. 50. Insiticium ac vetustius f. *Iv* praebet quoddam fragmentum philosophicum, columnis nunc positis horizontaliter, inter quas columnas scriptum est nomen «Burelli». In f. *IIv* in mg. superiore prostat textus fere illegibilis, sub quo scriptum legitur «Epigramma Burelli», ibique apponitur personale signum graphicum et quoddam distichon. Paulo infra adnotatur manu recentiore «Ex bibliotheca PP. Carmelitarum Divionensium [Dijon]», sub quibus verbis ad dexteram scripta est signatura «MS 460», in medio autem folio legitur additio moderna: «Volume de 119 feuillets». In folii *1r* medio mg. inferiore delineata est ornataque corona, continens stemma sustentatum a duobus pueris, sub qua scriptum legitur: «Magister Laurentius Burelli, carmelita, Doctor Parisiensis»[36]. In media vero pagina, inter utramque columnam, appositum est bibliothecae sigillum,

---

[33] HERBERT J. A., *Illuminated Manuscripts*, London 1911, 289.
[34] Cf. ed. nostra, IX 4, 54-55.
[35] Cf. MOLINIER A. et DESVERNAY, *Catalogue générale des Bibliothèques publiques de France*, XXX¹, Paris 1900, 460.
[36] Idem magister Burelli etiam alibi memoratur: cf. ed. nostra, VIII 37*.

quod occurrit denuo in eiusdem folii altera pagina (f. 1*v*), hic tamen in medio mg. inferiore. In folii autem 114*r* parte inferiore scriptum est manu moderna: «6 folios blancs». Codex bene conservatus est et pulchre ornatus, praesertim littera initialis «U» [Utrum» (f. 1*ra*) et aliquae initiales litterae singularum distinctionum (dd. 1-3, 11. 16. 24), alibi vero spatium earum internum ornamentis impletum non est; paucae demum distinctiones incipiunt litteris minoribus instar quaestionum: d. 11 (f. 31*rb*), d. 19 (f. 56*vb*), d. 21 (f. 61*ra*), d. 23 (f. 66*vb*). In mediis marginibus superioribus foliorum versorum maiuscula prostat littera «D» [Distinctio], cui in proximo folio recto respondet numerus romanus «III».

Continet librum III *Ordinationis*, qui praetermissa introductione ita inc. (f. 1*ra*): «Utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate personae. Videtur quod non, quia actus purus et infinitus»; expl. (f. 112*vb*): «Amor autem, et praecise (*sic*) finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui laus et gloria per infinita saeculorum saecula». Paulo infra litteris aliquanto maioribus apponitur: «Explicit tertius Sententiarum Scoti». Deinde subiungitur: «Sequitur tabula», scilicet quaestionum, quae tamen incipit in proximo f. 113*ra* et protrahitur ad eius faciem versam (f. 113*va*), ubi declaratur: «Expliciunt tituli quaestionum super tertium librum Sententiarum». Post verba «Sequitur tabula» (f. 112*vb*) legitur sequens declaratio: «Istum tertium Scoti ego fr. Laurentius Burelli, Ordinis Fratrum Sanctae Mariae de Monte Carmeli (*sic*), provinciae Narbonae et conventus Divionis [Dijon], feci scribi Parisius anno Domini millesimo CCCC$^{mo}$ 71° [1471], quo anno obiit reverendissimus pater generalis Ordinis in conventu Andegavensi. M. Io. Soreth»; et proxime infra apponitur subscriptio «f. Burelli L.».

Notae marginales, satis frequentes, respiciunt correctiones textus, verba omissa restituta, notabilia vel schemata rerum expositarum, indicationes divisionis textus etc. In f. 97*vb* in mg. inferiore adnotatur: «Hic est facta transmutatio foliorum»; item, in parte inferiore f. 107*vb* adest admonitio: «Retrocede ad principium quinti folii, in tali signo: 0#», quod signum reapse invenitur in principio f. 103*ra*.

33. Mellici [*seu* Medelci] (Melk), bibl. monast. O. S. B., cod. 418. – Chartaceus, mm. 305 × 218, scriptura semicursiva germanica saec. XV exaratus; ff. 201 plumbo numerata, sed post numerum «169» fit saltus ad numerum «180», post quem reliqui regulariter sequuntur; ff. 199*v*-201*v* alba sunt; f. 202*r* dictis biblicis pulcherrima scriptura gothica scriptis ditatur; coll. 2, lin. 36. Ligatus assibus corio oliveo tectis. In dorsi parte superiore scheda adest laesa, in qua manu saec. XVIII scriptum legitur: «Ioannes Scotus in III Sententiarum»; paulo infra, atramento saec. XIX numerus «445». In assis anterioris parte externa in alto agglutinata est scheda membranacea, in qua manu saec. XV scriptum est: «Scotus super tertium Sententiarum»; infra vero, in parte media, scheda adest chartacea, ubi manu eiusdem saec. XV adnotatur: «F. 105»; in parte autem inferiore ad sinistram numerus «418», post quem typis impressum legitur: «Bibl. Mell. Nr.» et atramento nigro additur: «445 (H. 65)». In eiusdem assis anterioris parte interna, in alto ad sinistram, scheda adest flava,



ubi atramento rubro indicatur «418», typis vero impressum est «Bibliothek des Stiftes Melk Nr.», cui atramento nigro additur «445 (H 65)»; in parte autem media manu saec. XVIII: «Monasterii Mellicensis F. 105». In marginibus inferioribus f. 1*r* et 199*r* prostat sigillum rotundum violaceum: «Bibliothek des Stiftes Melk». Codex est aliquatenus carie laesus. Supersunt duae claviculae, quarum superior laesa est. Assium partes internae teguntur foliis membranaceis, in quibus cernuntur fragmenta cuiusdam directorii pro cantu gregoriano persolvendo. Rubro colore hic illic ornatus est.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Cum venit ergo plenitudo temporis etc. Circa istam primam distinctionem tertii libri Sententiarum, ubi Magister incipit determinare de Verbi incarnatione, quaero primo de possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 197*va*): «Amor autem est (*sic*) praecipue finis; si ille quaeratur in omnibus, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dicit Salvator, Matth. 11: 'Venite ad me', et sequitur: 'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen. Deo gratias». Sequuntur tituli quaestionum (f. 198*ra*-199*rb*); vacant autem ff. 199*v*-201*v*.

Perpaucae sunt notae marginales, quae vel verba erronee scripta corrigunt vel divisionem textus internam indicant.

34. Monachii, bibl. status, cod. lat. 42. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 88*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 38*).

35. Monachii, bibl. status, cod. lat. 18333. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 38*-39*).

36. Montiscassini (Montecassino), bibl. monast. O. S. B., cod. 452. – Iam descriptus in *Disquisitio* 54*-55*.

37. Oxonii, bibl. coll. Balliol., cod. 203. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 39*-40*).

38. Oxonii, bibl. coll. Merton., cod. 62. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Lecturam* III (XXI 1*-3*).

39. Oxonii, bibl. coll. Merton., cod. 64. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 121*-122*. In ff. 4*r*-5*r* adsunt fragmenta d. 15-16 libri III *Ordinationis*.

40. Oxonii, bibl. coll. Novi, cod. 113. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 91*-92*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 15*).

41. Parisiis, bibl. Arsen., cod. 367[37]. – Membran., mm. 246 × 170, saec. XIV scriptura cursiva gothica libraria scriptus; numeratio paginarum 1-180; singula folia insiticia non numerata in initio et in fine; col. unica praeter indices (p. 178-180), ubi sunt binae; lin. 37. Ligatura moderna, corio castaneo

[37] Cf. MARTIN H., *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de l'Arsenal*, I, Paris 1885, 230.

tecta. In dorso maiusculis litteris aureis impressis scriptum legitur: «Scotus[38] in $3^{um}$ Sente[ntiarum] M$^{s}$S»; in scheda vero chartacea inscripta est atramento nigro signatura «367», quae denuo occurrit in assis anterioris parte interna et in f. I*v*, in quo praeterea conspicitur vetus signatura «T. L. 544» et manu moderna scriptum «180 pages, avril 1877»; in p. 1, in mg. superiore, manu saec. XVII scriptum prostat «Liber tertius Scoti», et manu saec. XIX signatura «376» in circulo inclusa; in mg. dextero denuo legitur saec. XVIII scriptio: «Scotus in $3^{m}$ Sentent[iarum]»; demum in mg. inferiore manu saec. XVII vel XVIII inscriptae sunt litterae «B A» [Bibliotheca Augustiniana], quae eadem manu scriptae occurrunt etiam in p. 180. In p. 1 initialis littera «C» [Circa] magnitudine mm. 35 × 39, inter lineas floreales pulchre illuminata continet imaginem Fratris Minoris [Duns Scoti], librum clausum manu sinistra tenentis, dextera autem elevata docentis. In p. 21 manu humanistica scriptum est: «Bibliothecae Augustinianae generalis collegii Parisiensis, fol. 10». In p. 51 appositum est rotundum sigillum nigrum cum stella sex radiorum et verbis: «Bibliothèque de l'Arsenal». In paginarum imparium mg. superiore ad dexteram appositi sunt manu antiqua numeri romani distinctionum. Codex bene conservatus est, praeter p. 1-3. 179-180; paginae autem 1-10. 163-180 vermibus perforatae sunt; alternis coloribus caeruleo et rubro illuminatus est.

Continet librum III *Ordinationis*, qui post introductoriam locutionem rubro atramento scriptam, «Incipit liber tertius magistri Ioannis Scoti, de Ordine Minorum», inc. (p. 1): «'Cum venit igitur plenitudo temporis' etc. Postquam Magister in primo libro determinavit de Deo quantum ad rationem suae naturalis perfectionis, et in secundo determinavit de ipso... Et circa primam distinctionem huius tertii quaeruntur quinque: primo, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi»; expl. (p. 176): «Amor autem, et praecipue finis, si ille quaeratur in omnibus, facit omnia onera levia, ut verum sit quod Dominus Salvator, Matth. [*sequitur spat. vacum 6 mm*]: 'Venite ad me...; iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen»; et subiungitur: «Explicit tertius Scoti». Tabula quaestionum (p. 178*a*-179*a*), incipit quidem sine titulo, sed ad finem absolvitur verbis: «Expliciunt tituli tertii Sententiarum magistri Ioannis Scoti». Demum (p. 179*a*-180*b*) ponitur index rerum alphabeticus, qui his verbis introducitur: «Nota quod in sequenti tabula primus numerus cotat distinctionem, secundus vero cotat paginam; littera vero *a* principium paginae, *b* medium, *c* autem finem».

Notae marginales multae sunt, quae correctiones textus, divisionem internam, auctoritates allegatas, notabilia indicant.

42. Parisiis, bibl. Arsen., cod. 525[39]. – Membran., mm. 291 × 210, saec. XV scriptura cursiva gothica exaratus; ff. I-II+147+III, quorum ff. I et III

[38] Reapse ibi prostat «Scota»!
[39] Cf. MARTIN, op. cit., 576.



chartacea sunt; numeratio plumbea; coll. 2, lin. 44. Ligatura moderna, corio castaneo tecta. In dorso maiusculis litteris aureis impressis scriptum legitur: «Scotus[40] de Incarn. M$^{s}$S»; in scheda vero chartacea atramento nigro inscripta est signatura «525». Ad mg. inferiorem f. I*r* appositum est nigrum sigillum rotundum cum aquila coronata et litteris «Bibliothèque de l'Arsenal», quod denuo occurrit in f. 145*vb*. In f. II*r* manu recentiore: «147 feuillets (miniat.). Juin 1887»; in ff. II*v* et 147*r* prostant litterae «B. B.» tardiore manu scriptae; in f. 1*rb*, ad mg. superiorem, manu saec. XV vel XVI indicatur: «Tertius Scoti»; prope autem manu tardiore «Liber tertius Doctoris Subtilis, seu liber de incarnatione»; ac demum atramento saec. XIX scriptus est numerus «525» circulo inclusus. Ad mg. inferiorem f. II*r* pulchris litteris saec. forsan XVIII scriptum legitur: «Bibliothecae Augustinianae generalis collegii Parisiensis, fol. 10». Demum ad mg. inferiorem f. 41*r* appositum est sigillum nigrum cum stella sex radiorum et verbis: «Bibliothèque de l'Arsenal». Codex satis bene conservatus est, quamquam margines prae humiditate obscuriores facti sunt; in ff. autem II, 1-2, 142-147 vermiculorum foramina abundant. Intus codex pulchre illuminatus est; in f. 1*ra* initialis littera «U» [Utrum] sicut et litterae initiales distinctionum pulchre illuminatae sunt variis coloribus incluso aureo; in mg. autem superiore initialis litterae ad sinistram (f. 1*ra*) prostat Annuntiationis imago floribus ornata. Similiter, titulus currens, videlicet littera «D» [Distinctio] in foliis versis et distinctionum numerus in rectis, ornatus est alternis coloribus rubro et caeruleo.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Videtur quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 145*ra*): «Amor autem et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 21: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria in saecula saeculorum. Amen». Et sequitur adnotatio «Explicit liber tertius Doctoris Subtilis, Ordinis Fratrum Minorum, Ioannis de Downs, natione Scoti». In f. 145*rb*-145*vb* traditur tabula quaestionum, cui subiungitur: «Amen. Explicit»; f. 146*rv* album est.

Notae marginales, diversis manibus a f. 1*r* ad f. 10*r* scriptae, correctiones, internas divisiones, explicationes tradunt; deinde desunt usque ad f. 147*ra*, ubi quaedam longa inquisitio praebetur de materia incarnationis.

43. Parisiis, bibl. Mazarinea, cod. lat. 881. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 92*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 41*).

44. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 14564. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 44*-45*).

45. Parisiis, bibl. nat., cod. lat. 15855. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 94*-96*.

[40] Reapse ibi prostat «Soctus»!

46. Parisiis, bibl. univers., cod. lat. 38[41]. – Membran., mm. 376 × 248, exeunte saec. XIV scriptus littera gothica libraria, verisimiliter in Gallia, quod videtur apparere ex nitore codicis; ff. I-III + 312 + IV-VI, numeratio moderna plumbea, ff. I-III. IV-V chartacea sunt, f. 266 album, f. 267 deperditum; coll. 2, lin. 61. Ligatura chartacea moderna cum dorso membraneo et assibus charta opertis. Dorso adhaeret scheda e corio nigro, ubi litteris aureis scriptum legitur: « Scotus in III et IV Sententiarum quaestiones »; super ipsam vero dorsi membranam: «Bibliothèque de l'Université, Henri Besche rel.»; in chartacea scheda ovali: «Bibl. de l'Université», MS. 38»; ac demum in altera scheda chartacea: «MS. 38». In assis anterioris parte interna super chartaceam schedam ovalem denuo legitur: «Bibl. de l'Université, MS. 38» ad deinde numeri plumbei «266-267». In superiore parte f. 1*r* manu saec. XVIII adiungiur: «Scotus in Sent. et Quodlibeta», in ima vero pagina, item manu saec. XVIII: «N. 120»; proxime infra prostat sigillum rubrum «Bibliothèque de l'Université de France», quod repetitur in f. 312*va*; in f. 2*ra* in ima pagina, manu saec. XIX «189. 6. 10» et sigillum nigrum cum corona et stemmate regali Burbonico litterisque «Collegium Ludovici Magni»; in f. 2*rb*, item in ima pagina, manu saec. XVIII: «N. 120 ». Status conservationis est satis bonus, quamquam margines usu et humiditate consumpti sunt et codex prae se fert signa ustionis, quo explicatur illic deesse initium *Ordinationis* III et mutilum prostrare *Quodlibet*. Litterae initiales pulchrae illuminatae sunt coloribus caeruleo et rubro, praesertim littera «S» [Samaritanus] (f. 62*ra*) libri IV *Ordinationis*, intra cuius limites patet figura Iesu Christi resuscitati, qui e calice sanguinem suum fundit super Samaritanum sauciatum in terra iacentem. Tituli currentes in mg. superiore coloribus caeruleo et rubro alternis scripti sunt, ita ut in foliis versis prostet littera «L» [Liber], in rectis vero numerus «III» vel «IV», pro *Quodlibet* autem in versis adsit «Quodlibet» et in rectis «Sco[ti]».

Continet libros III et IV *Ordinationis* et *Quodlibet* Ioannis Duns Scoti.

Liber III, mutilus in parte initiali, incipit verbis (f. 1*ra*): «Per hoc ad argumenta contra illam viam de negatione. Patet ad primum»[42]; expl. (f. 61*rb*): «ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen»; et continuo subiungitur: «Explicit liber tertius fratris Ioannis Duns, cuius animae propitietur Deus».

Liber IV inc. (f. 62*ra*): «Samaritanus ille piissimus, spoliatum videns hominem ab Hierusalem in Iericho descendentem in latrones pessimos[43] incidisse et atrociter sauciatum, miserationis affectu compatiens medicinam attulit efficacem... Primo igitur quaeritur in communi an creatura possit habere aliquam actionem respectu termini creationis»; expl. (f. 204*vb*): «Et sequitur ibidem de bonis angelis: 'Sic, inquit, bonos angelos aeternitate sive in aeterna beatitudine firmavit'. Ad quam nos perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen»; et paulo infra in eadem columna adiungitur litteris maioribus: «Explicit liber quartus de Ordinatione fratris Ioannis Duns, de Ordine Fratrum Minorum, cuius animae propitietur Deus». Interiecto autem spatio duarum linearum, incipiunt «Tituli quaestionum super quartum Sententiarum de Ordinatione Duns» (f. 204*vb*-205*vb*); in quorum fine, item litteris maioribus, adnotatur (f. 204*vb*): «Expliciunt tituli super quartum Sententiarum de Ordinatione Duns».

*Quodlibet* autem, qui utrimque mutilus est, incipit verbis (f. 268*ra*): «aliquam comparationem ad extra. Probatio minoris: comparatio cuiuscumque intrinseci in Deo...»[44]; et abrumpitur verbis (f. 312*vb*): «nullo quidem istorum modorum diceret Philosophus aliquem esse bene fortunatum, sed nec ratio probabilis persuadet. Tertium membrum»[45].

Notae marginales respiciunt correctiones, additiones, notabilia, auctoritates. Desunt notae criticae.

47. Patavii (Padova), bibl. Anton., cod. 173. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 98*-104*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 48*). – Desunt in codice dd. 10-12. 14. 16-21; ergo, ex distinctionibus 17-25 interpolatis, adsunt tantum dd. 22-25.

48. Patavii (Padova), bibl. Anton., cod. 175. – Membran., mm. 334 × 228, saec. XIV littera gothica scriptus, ff. 106, manu posteriore atramento numerata; singula folia (ff. I et II), protectiva assibus agglutinata sunt; coll. 2, lin. 58. In mg. inferiore folii 1*r* appositum est sigillum cum inscriptione «Biblioteca della veneranda Arca di S. Antonio». In mediis autem mg. superioribus foliorum versorum prostat littera «L» [Liber], cui in foliis rectis respondet numerus romanus «II» vel «III». Codex bene conservatus; initia librorum pulchre illuminata.

Continet librum II *Reportationis* B[46] et librum III *Ordinationis*.

*Reportatio* II B inc. (f. 1*ra*): «'Circa creationem rerum insinuans Scriptura'. Utrum primaria causalitas respectu omnium creabilium de necessitate insit tribus personis. Videtur quod non: Richardus III De Trinitate cap. 18: 'Non repugnat'»; expl. (f. 58*ra*): «sicut et Deus propter hoc dicitur independens, qui nostrorum dignatur quietare depositum languorum, ut ipso noster appetitus beatifice quietetur ac satietur. Qui vivit et regnat benedictus per infinita saeculorum saecula. Amen»; et statim subiungitur: «Explicit». Deinde, intermissa una linea, incipit sine titulo index quaestionum (f. 58*rab*), quae numero sunt 78; f. 58*r* album est.

*Ordinatio* III inc. (f. 59*ra*): «Cira incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non: actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl.

[41] Cf. *Catalogue général des manuscrits des bibliotèques publiques de France. Université de Paris et universités des Departements*, Paris 1918, 10-11.

[42] Cf. ed. nostra, IX 21.

[43] Hic occurrit error amanuensis paene incredibilis, qui scripsit «piissimos».

[44] Cf. ed. VIVÈS (XXV 20*b*). – Pars initialis deest ob f. 267 deperditum.

[45] Cf. ibid. (XXVI 337*a*).

[46] Cf. ed. nostra, VII 5*.

(f. 105*vb*): «Cui sit laus et gloria per infinita saecula saeculorum, et secum in gloria dignetur habere Scotum Ioannem Duns [*alia manu add.* dictum]». Sequitur tabula quaestionum.

Notae marginales valde paucae sunt; in marginibus f. 1*v*-2*r*, secunda manu scripta, traditur ex *Ordinatione* II d. 1 q. 2; item, in f. 8*v* q. 6; alibi quoque adsunt breves textus ex *Ordinatione* II.

49. Patavii (Padova), bibl. univers., cod. 1125. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 48*-49*).

50. Pragae, bibl. univers., cod. X. A. 14[47]. – Chartaceus, saec. XIV exeunte unica manu scriptura gothica cursiva exaratus; ff. 142 recenter numerata, mm. 300 x 220, coll. 2. Ligatus assibus corio gilvo coopertis. In dorso, inscriptio: «Scotus super III, A 14». In assis anterioris parte externa legitur: «S. s. 3. S. Liber Mag. Iohannis Elye». Vetus signatura «Y. II. 1, n. 14». Codex provenit ex Collegio Soc. Iesu Pragensi ad S. Clementem. Bene conservatus.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile sit naturam humanam»; expl. (f. 141*rb*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen». Et statim additur: «Explicit tertius liber Scoti, de Ordine Fratrum Minorum». Sequitur tabula quaestionum (f. 141*a*-142*a*).

Notae criticae desunt.

51. Rhemis (Reims), bibl. commun., cod. 497. – Iam descriptus in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 51*-52*).

52. Rottenburgi ad flumen Neckar, bibl. semin., cod. 21. – Chartaceus, mm. 290 x 210, saec. XV scriptura gothica semicursiva exaratus; ff. I + 143, manu moderna plumbo numerata; ff. 1-5 et 136*v*-143 alba sunt; coll. 2, lin. 60. Ligatus assibus corio fusco tectis. In dorsi parte superiore agglutinata est scheda vacua, sed in parte inferiore altera prostat, in qua legitur recens signatura «H. 21». In mg. superiore folii 6*r* scriptum est manu saec. XVIII: «Collegii S. Mauritii in Ehingen», et in mg. inferiore appositum est sigillum ovale caeruleum: «Seminarbibliothek Rottenburg». Folia bene conservata sunt, sed corium operimenti causa vermium detrimenta passum est; praeterea, posterior assis valde attritus est. Laminae, claviculae et catenula claudens demptae sunt. Codex rubro colore ornatus est.

Continet plura diversorum auctorum opera, quae sunt:

1) Hugo de S. Victore, *Didascalicon de studio legendi*, quod inc. (f. 6*ra*): «Omnium expetendorum prima est sapientia», et ibi superponitur inscriptio «Incipit Didascalicon de studio legendi, a magistro Hugone de S. Victore...»; expl. (f. 20*vb*): «primum a Persis venit. Deo gratias»; et ibi continuo subiungitur: «Explicit Didascalicon, a venerabili magistro Hugone de S. Victore prope Parisius compositum, scriptum Parisius A. D. 1463 per M. Iacobum Ruoff, in theologia ibidem pro tunc studentem»[48].

[47] Cf. TRUHLÁŘ J., *Catalogus codicum manu scriptorum latinorum qui in C. R. Bibliotheca publica atque universitatis Pragensis asservantur*, II, Pragae 1906, p. 37, sub progressivo numero 1817.



2) Ioannes de Gersono, tractatus *De potestate ecclesiastica et de origine iuris et legum*, qui inc. (f. 21*ra*): «Potestas ecclesiastica debet ab ecclesiasticis quid et qualis», et ibidem superponitur inscriptio «Incipit tractatus mag. Ioannis de Gersono, quondam Cancellarii Parisiensis, De potestate ecclesiastia et de origine iuris et legum...»; expl. (f. 37*rb*): «omnis homo. Amen»; ibique additur: «Explicit tractatus magistri Ioannis de Gersono, quondam Parisiensis Cancellarii, et finitus Parisius A. D. 1463, die 6 octobris per Iacobum Ruoff, in artibus magistrum, theologiae scholarem»; et statim in eadem pagina aliquae notae sequuntur.

3) Ioannes de Gersono, *Declaratio quorumdam credendorum*, quae sic inc. (f. 37*va*): «Primus gradus virtutum», cui praemittitur superscriptio «Declaratio compendiosa quae veritates sint de necessitate salutis...»; expl. (f. 38*vb*): «non sit de fide»; et continuo subiungitur: «Explicit Declaratio quorumdam credendorum, per Cancellarium Parisiensem Ioannem de Gerson». In eadem columna prostat delineatio librorum Bibliae, et deinde in f. 39*r* ordo potentiarum animae; f. 39*v* vacat.

4) Duns Scotus, *Ordinatio* III, quae inc. (f. 40*ra*): «Circa tertium Sententiarum quaero primo utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi aut personae. Quod non: actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; et ibi superponitur inscriptio «Tertius Sententiarum Scoti, Doctoris Subtilis»; expl. (f. 121*va*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen»; et statim subiungitur: «Explicit sententia Doctoris Subtilis super tertio libro Sententiarum. A. D. 1461, in die [S.] Luciae, Parisius, per magistrum Iacobum Ruoff de Rottenburgo, sacrae theologiae scholarem». Et sequitur (f. 121*va*-122*ra*) tabula quaestionum.

5) Franciscus de Mayronis, fragmentum *Conflati* I (dd. 17-19), quod sic inc. (f. 122*ra*): «Circa distinctionem 17 quaeritur utrum necesse sit ponere caritatem creatam in anima nostra. Quod non: Apostolus»; et ibi praeponitur superscriptio «Ex conflatu Francisci de Mayronis sunt haec»; expl. (f. 136*rb*): «Et tantum de materia relationum ex Francisco»; et continuo adnotatur: «Per Iacobum Ruoff, Parisius».

Notae marginales paucae sunt et sine valore critico.

53. Senis (Siena), bibl. commun. «degli Intronati», cod. G. IV. 4. – Membran., mm. 370 x 250, ineunte saec. XV scriptus littera humanistica cursiva, praeter f. 1*rv*, ubi scriptura gothica regularis adhibita est; ff. I-II + 86 + III-IV, manu posteriore atramento numerata; ff. I et IV agglutinata sunt assibus; coll. 2, lin. 50. Ad dorsi partem superiorem agglutinata est scheda pellicea, in qua scribitur: «Scot[us] in ter[tium] Sent[entiarum]»; in imo autem dorso adiunc-

[48] De Iacobo Ruoff cf. ed. nostra, VIII 54* nota 93.

ta est scheda chartacea, in qua cernitur: «7. H. 3. G IV». In medio folio I*v* agglutinata est chartula cum inscriptione: «Iesus, Maria. In XII bancho ex parte orientis. Codex hic emptus fuit pecuniis eximii doctoris domini Ludovici Int[...]», et manu recentiore sequuntur aliqua alia verba sic abbreviata ut lectu difficilia evadant. In mg. autem superiore, manu item recentiore, plumbo scriptum est «n° 69». In medio mg. inferiore f. 1*r* appositum est sigillum cum inscriptione «Biblioteca Pubblica di Siena»; inter quam et textum *Ordinationis* legitur atramento scriptum: «Ad bibliothecam publicam civitatis Senensis transfertur die 18 Octobris 1810, 6. X, Aloysio Detogali bibliothecario». Codex bene est conservatus, sed corium in assium partibus externis parum est attritum, in internis vero, quibus folia protectiva agglutinata sunt, parvum detrimentum habet a vermiculis. Pulcherrime illuminata est littera initialis «C» [Circa]; bene etiam ornatae sunt litterae initiales singularum distinctionum et quaestionum. Pro dd. 16-22 tamen relicta sunt spatia ad inserendas initiales litteras, sed vacua manserunt.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate supposti. Videtur quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 85*vb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 2° [!]: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen»; et statim subiungitur: «Explicit liber tertius fratris Ioannis Duns, de Ordine Fratrum Minorum». Sequitur tabula quaestionum (ff. 85*vb*-86*rb*), ad cuius finem, in media columna, adnotatur «Finis», cum sigla $.

Notae marginales, perpaucae, divisiones textus vel aliquas eius correctiones respiciunt.

54. Toleti (Toledo), bibl. eccl. cathedr., cod. 19-22. – Membran., mm. 247 × 181, littera gothica scriptus saec. XIV, ff. 110, coll. 2, lin. 41. Ligatus assibus corio flavo tectis. In dorso habet schedam albam chartaceam, in qua legitur: «Scotus, Super 3° Sententiarum, Ms. 19-22». In assis anterioris parte interna signatur «19-22. Tertius Scoti. XX reales»; in angulo superiore f. 1*r* adnotatur: «Tertius Scoti», in inferiore autem appositum est sigillum cum inscriptione «Biblioteca del Cabildo Primado de Toledo», quod iteratur in f. 109*v*. Codex, bene conservatus, ditatur lamina ex corio et ferro pro clausura.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non, actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 109*rb*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen»; et continuo subiungitur: «Et secum in gloria dignetur habere Scotum». In f. 109*va*-110*rb* tabula quaestionum traditur.

Notae marginales, satis frequentes, potissimum respiciunt explicationes vel correctiones textus; aliquando occurrit etiam nota critica «Alius liber».



55. Venetiis, bibl. Marciana, cod. 2469. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 112*-113*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 59*).

56. Vigornii (Worcester), bibl. eccl. cathedr., cod. F. 39. – Iam descriptus in *Disquisitio*, 124*; cf. etiam Prolegomena ad *Ordinationem* II (VIII 16*). – Initium prologi *Ordinationis*, quod primo loco in codice prostat quodque inc. (f. 1*ra*) verbis «Utrum homini pro statu isto», sic abrupte expl. (f. 1*rb*): «errabant philosophi, ponentes omnia quae sunt a Deo» [49]. Post librum II *Ordinationis*, sequitur (f. 89*ra*-106*vb*) *Reportatio* II A d. 1-17 [50], de quibus distinctionibus dicitur in tabula quaestionum toti libro III praemissa (f. 88*a*): «Hucusque de alio Scripto» [51]; deinde in f. 106*vb*-137*vb* traditur *Ordinatio* III d. 16-40, inclusis dd. 18-25 interpolatis.

57. Vigornii (Worcester), bibl. eccl. cathedr., cod. F. 60 [52]. – Membran., mm. 370 × 250, saec. XIV scriptura gothica pluribus manibus exaratus; ff. I-III + 214 + IV-VII, cum numeratione moderna atramento apposita; coll. 2, lin. generatim 70. Ligatura recentior. Codex satis bene conservatus, pars tamen inferior humiditatem passa est. In dorso praebetur index operum, quae intus continentur. In assis anterioris parte interna, in f. I agglutinato, inscriptio moderna atramento facta: «Worchester, Cathedral Library, Ms. F. 60». In assis posterioris parte interna, scriptum item modernum atramento factum: «Rebound and leaves damaged by damp, repaired by F. Vaughan, May 1944». In f. II*r*, praeter aliquas considerationes de sacramentis, in summa pagina ad sinistram legitur: «In primis Quodlibeta Doctoris Subtilis. Item, idem super tertium Sententiarum. Item, idem super quartum Sententiarum. Item, Bonaventura super secundum Sententiarum, sed incomplete». Idem repetitur in media fere pagina, manu posteriore: «Quodlibeta Doctoris Subtilis. Idem super 3 et 4 Sententiarum. Bonaventura, super 2 Sententiarum imperfectum». Folia II*v*-VII*v* alba sunt.

Continet Ioannis Duns Scoti *Quodlibet* et libros III-IV *Ordinationis*.

*Quodlibet* sic inc. (f. 1*ra*): «'Cunctae res difficiles', ait Salomon, Eccl. 1; et cur eas intelligat esse difficiles, subdit»; expl. (f. 42*ra*): «Nihil novum ponimus in Deo, ut dictum est. Et sic patet ad rationes». Et sequitur adnotatio: «Quodlibet expletur, Duns Scoto gloria detur». Deinde (f. 42*rab*) dantur «Tituli quaestionum de Quolibet Duns Ioannis». Per totum librum, in marginibus superioribus, prostat nomen «Quodlibet» in versa foliorum facie, et numerus progressivus quaestionum in facie recta.

Libro III *Ordinationis* anteponitur (f. 42*va*) tabula quaestionum usque ad

---

[49] Cf. ed. nostra (I 13, 1-2).

[50] Cum in hac tabula titulis quaestionum praemittantur numeri distinctionum, et ibidem bis habeantur numeri dist. 16 et 17, ideo prior numeratio erasa est, ita ut praedictae adnotationis adverbium «Hucusque» videatur referri ad d. 15, cum reapse referatur ad dist. 17 *Reportationis*.

[51] Cf. ed. VIVÈS (XXIII 234*a*-378*b*).

[52] Cf. FLOYER J. K., *Catalogue of Manuscripts in the Chapter Library of Worcester Cathedral*, Oxford 1906, 28-29.

d. 14, cum hac inscriptione: «Tituli quaestionum sequentis libri». Ipse vero liber III, praemissa inscriptione (f. 43*ra*) «Quaestiones Doctoris Subtilis Scoti super 3^m Sententiarum», sic inc. (ibid.): «Circa incarnationem quaero primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Deo in unitate personae. Quod non, quia actus purus»; expl. (f. 106*rb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen». Sequitur adnotatio: «Explicit tertius liber subtilis fratris Ioannis Scoti, magistri Parisius, de Ordine Fratrum Minorum».

Liber IV *Ordinationis* abrupte verbis ex d. 1 sic inc. (f. 107*ra*): «... non possit in virtute Dei attingere terminum creationis»[53]; abrupte pariter verbis ex d. 48 sic expl. (f. 214*vb*): «Sed in ista instantia proceditur ex aequivocatione finis. Uno»[54]. Hic quoque liber titulis currentibus ditatur: in versa enim foliorum facie ponitur «L» [Liber], in recta autem facie tituli progressivi distinctionum et quaestionum.

Codex in fine evidenter mutilus est, deest scilicet saltem unus sexternus: hic enim enuntiatur in ima parte folii 214*vb* verbis textum Duns Scoti continuantibus, nempe «enim modo»[55], quae indicant prima verba quibus sequens sexternus incepturus erat. Fortasse desunt quoque alia sexterna, quae proferre debebant textum Bonaventurae, enuntiatum supra in f. II*r*.

Notae marginales consuetae sunt; adsunt tamen aliquae adnotationes criticae, ex. gr.: «Nota, in aliquibus libris habetur sic...» (f. 4*va*); «Hic deficit multum» (f. 28*vb*); «Vacat» (f. 41*ra*), «Extra in Ioanne» (f. 57*rb*); «In Ioanne» (f. 64*va*).

58. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 1560[56]. – Membran., exceptis foliis 90-101, quae chartacea sunt; mm. 267 × 200, saec. XV scriptura semicursiva anglica scriptus; ff. 128, cum numeratione moderna plumbo facta, quae usque ad f. 67 coincidit cum vetere saec. XV apposita; ff. 89-102 vacua sunt; coll. 2, lin. 46. Asses ligaturae operti sunt corio fusco, quod signa ostendit actionis vermiculorum. In dorsi parte inferiore scheda agglutinata est, in qua legitur saec. XIX signatura vetus: «Cod. Nr. 434». In assis anterioris parte externa, superius, indicatur in scheda saec. XV: «Scotus super tertio Sententiarum. Tractatus De virtutibus Francisci Mayronis». In eiusdem assis parte interna, in alto ad sinistram, legitur in scheda scriptus atramento moderno numerus «1560», qui est signatura nova, ibidemque additur index eorum qui codicem inspexerunt. In assis posterioris parte interna, superius ad sinistram, habetur quaedam nota saec. XV. In f. 1*r*, in alto ad sinistram, plumbo moderno scriptus est numerus «1560», iuxta quem legitur: «Tertius Scoti et Francisci de Mayronis. Quaestio prima». In imo f. 1*v* impressum est violaceum sigillum rotundum cum inscriptione «Bibliotheca Palatina Vindobonensis», quod denuo occurrit in f. 128*v*. Assium claviculae, laminae catenaeque demptae sunt. In parte superiore codex ob humiditatem damna passus est. Intus moderate colore rubro ornatus est.

Continet plura opera, quae sunt:

1) Ioannes Duns Scotus, *Ordinatio* III, quae sic inc. (f. 1*ra*): «Circa incarnationem Domini [quaero] primo de possibilitate, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Deo in unitate personae. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 87*rb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dixit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit honor et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen». Et subiungitur: «Deo gratias. Sancta Maria, ora pro nobis». Demum: «Explicit tertius Ordinarii super Sententias, editus a venerabili fratre Ioanne Scoto, sacrae theologiae doctore». Pro hoc libro, in parte inferiore singulorum foliorum numeri progressivi distinctionum praebentur.

2) Anonymus, quaestio *De communicatione idiomatum*, quae inc. (f. 87*rb*): «Utrum ex unione humanae naturae ad Verbum innascatur generalis communicatio idiomatum. Quod non, quia maior»; expl. (f. 87*vb*): «spiratio activa cum ipsis formaliter, ut alibi patuit». Hac quaestione redactor voluit amplius illustrare quod iam Duns Scotus dixerat antea, praesertim in d. 7 q. 1[57].

3) Duns Scotus, *Ordinatio* III d. 6 q. 1, quae inc. (f. 88*ra*): «Circa distinctionem sextam quaeritur utrum in Christo sit aliquod esse, aliud ab esse increato. Quod non, quia esse»; expl. (f. 88*vb*): «de duplici exsistentia etc. (quaere supra)». Supra namque, in *Ordinatione* III d. 6, quaestio ista brevissimis verbis tradita est, adeo ut redactor vel amanuensis in mg. ibi adnotaverit (f. 17*rb*): «Nota quod ista quaestio est hic truncata, et ideo eam require post titulos in fine libri III, hic infra [scil. in f. 88*ra*-88*vb*]».

4) Anonymus, quaestio *De ratione incarnationis*, quae sic inc. (f. 88*vb*): «Quaeritur, si Adam non peccasset, [an] Christus incarnatus fuisset»; explicit mutila seu incompleta, quia alba relicta sunt ff. 89*r*-102*v*.

5) Franciscus de Mayronis, quaestio *De possibilitate defendendi articulum fidei*, quae inc. (f. 103*ra*): «Utrum theologus catholicus, in theologicis sufficienter instructus, possit articulum Trinitatis defendere contra aemulum veritatis. Quod non: ad Col. 2, 'Nemo'»; expl. (f. 104*vb*): «patet ad rationem in principio quaestionis». Ante initium quaestionis adest suprascriptio (f. 103*ra*): «Franciscus Maronis».

6) Franciscus de Mayronis, tractatus *De virtutibus moralibus*, qui inc. (f. 105*ra*): «'Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te', Iob ultimo, quia auditio»; expl. (f. 110*vb*): «per Christi crucem redimeretur. Amen». Ante initium tractatus adest superscriptio (f. 105*ra*): «Tractatus Francisci de Maronis, De virtutibus moralibus».

7) Anonymus, *De virtutibus intellectualibus* (f. 110*vb*-113*va*).

[53] Cf. ed. VIVÈS (XVI 20*a*).
[54] Cf. ibid. (XX 524*a*).
[55] Cf. ibid.
[56] Cf. *Tabulae codicum manuscriptorum praeter graecos et orientales in Bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum*, I, Vindobonae 1864, 252.



[57] Cf. ed. nostra, IX 349-364.

8) Anonymus, *De virtutibus cardinalibus* (f. 113*va*-115*va*).
9) Anonymus, *De virtutibus theologicis* (f. 115*va*-119*ra*).
10) Anonymus, tractatus *De voluntario et involuntario* (f. 119*ra*-121*va*).
11) Anonymus, tractatus *De circumstantiis virtutum* (f. 121*va*-123*va*).
12) Anonymus, tractatus *De regulis S. Scripturae* (f. 123*va*-125*va*).
13) Anonymus, Quaestio «Utrum in humanitate Christi sit aliqua perfectior entitas eius anima rationali» (f. 126*ra*-127*va*).
14) Anonymus, Quaestio «Utrum corpus Christi, quod fuit formatum ex purissimis sanguinibus B. Virginis, fuerit semper a Verbo assumptum» (f. 127*vb*).
15) Anonymus, Quaestio «Utrum anima Christi intelligat omnia in Verbo quae intelligit Verbum» (f. 128*rab*).

Notae marginales, sat frequentes, respiciunt divisionem internam textus, correctiones, explicationes; notae criticae desunt, praeter monitionem (f. 17*rb*) supra relatam, quae refertur ad quaestionem primam d. 6, integre in fine traditam (f. 88*ra*-88*vb*).

59. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4360[58]. – Chartaceus, mm. 305 × 215, saec. XV littera semicursiva gothica scriptus; ff. 240 cum numeratione plumbea, necnon duo folia in initio et duodecim in fine non numerata; coll. 2, lin. 34. Asses corio fusco operti sunt. In dorsi parte inferiore agglutinata est scheda, in qua manu saec. XV notatur signatura vetus «Cod. Univ. Nr. 430». In assis anterioris parte externa, in scheda membranea scriptum est manu saec. XV: «Scotus in tertio»; subter autem in alia parva scheda inscripta est littera «O» manu saec. XV. In eiusdem assis parte interna, ad mg. superiorem scheda prostat, in qua manu saec. XIX notatur numerus «4360», prope autem plumbo moderno scriptum est: «Restauriert im November 1933. Ebd. Tgb. 5165». Ibi quoque apponitur elenchus eorum qui codicem inspexerunt. F. I*r*, ad mg. superiorem ad sinistram, plumbo moderno scriptus est numerus «4360», supra quem, in medio, notatur manu saec. XV: «In isto volumine continetur Scotus super III Sententiarum, quod ad librariam domus dedit olim s. theologiae professor magister Petrus de Pirchenwart[59], cui detur requies aeterna». In mediis autem marginibus superioribus foliorum versorum prostat littera «d'» [distinctio], in rectis autem respondens numerus arabicus. Assium claviculae, laminae et catena demptae sunt. Intus codex coloribus rubro et caeruleo illuminatus est.

Continet librum III *Ordinationis*, qui inc. (f. 1*ra*): «Cum venit ergo plenitudo temporis etc. Circa istam primam distinctionem tertii libri Sententiarum... quaero primo de possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 227*rb*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille quaeratur in omnibus, facit omnia onera levia, ut verum sit quod dicit Salvator, Matth. 11: 'Venite ad me'; et sequitur: 'Iugum enim meum suave est

[58] Cf. *Tabulae*, III, Vindobonae 1869, 251.

[59] De Petro de Pirchenwart cf. ASCHBACH J., *Geschichte der Wiener Universität*, I, Wien 1865, 443-445.



et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen». Et subiungitur: «Explicit Scriptum tertii libri Scoti, venerabilis fratris Ioannis, Ordinis Fratrum Minorum, magistri s. theologiae eximii atque subtilis; finitum feria IV proxima post festum Corporis Christi, A. D. 1433». Sequitur tabula quaestionum (f. 227*va*-228*rb*).

Notae marginales desunt, praeter duas, respective in f. 1*ra* et f. 61*ra*, quae textus omissos restituunt.

60. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4368[60]. – Chartaceus, mm. 315 × 215, saec. XV scriptura semicursiva gothica exaratus; ff. I-IV + 149 + V-VI, cum numeratione plumbea; coll. 2, lin. 39. Asses ligaturae corio fusco operti sunt, bene recenter reparati. Assium claviculae, laminae et catena demptae sunt. Codex colore rubro ornatus est. In assis anterioris parte interna, ad mg. superiorem sinistrum, scheda prostat, in qua legitur signatura «4368» scripta atramento moderno; praeterea ibi prostat elenchus eorum qui codicem inspexerunt. In f. I*r* notatur: «Dorsum voluminis restauratum, quaterniones soluti denuo revincti sunt, mense maio a. 1913. Bick. Beer.»; ff. I*v* et II necnon III*v* et IV alba sunt; in f. III*r* prostat haec nota de codicis donatione, scripta manu saec. XV: «Librum hunc praesentem suo in testamento legavit ad Collegium B. M. V. domus Rubeae Rosae apud Fratres Praedicatores in Wienna pro studio theologiae egregius ac venerabilis vir et dominus, olim magister, Thomas de Haselbach[61], artium et theologiae professor eximius, in Perchtoldsdorf plebanus famosus atque ecclesiae ad S. Stephanum canonicus praemeritus, pater ac superintendens Collegii praefati. Sit itaque hoc, ut praefertur, utentes volumine studendo, eiusdem animam Deo precibus recommendent devotius. Magister Thomas obiit mortem anno etc. 1464». In medio mg. superiore foliorum faciei rectae inscriptus est numerus distinctionis currentis.

Continet librum III *Ordinationis*, qui sic abrupte inc. (f. 1*ra*): «respectu accidentis. Huic simillima est ista habitudo, quae est dependentia naturae humanae ad personam divinam»[62]; abrupte etiam expl. (f. 149*vb*): «ex natura sua sunt signa alicuius. Alius potest facere»[63]. Exstat lacuna etiam inter f. 74*vb* et 75*ra*: in priore enim folio textus desinit verbis: «Dico quod appetitus naturalis, in qualibet re, generali nomine accipitur pro inclinatione»[64]; in folio autem sequente textus incipit verbis: «et fuit ergo simpliciter necessarius, et non meritorius actus; ergo etc.»[65]. – Praeter hanc partem distinctionis 18, reliqua eius pars et dd. 19-25 interpolatae suis locis traduntur.

Notae marginales, satis frequentes, textum correctum, explicationes et internam divisionem respiciunt. In f. 149*vb* longa adnotatio explicativa traditur, quae mendacia

[60] Cf. *Tabulae*, III, 252.

[61] De Thoma Ebendorfer de Haselbach cf. ASCHBACH, op. cit., I, 493-525.

[62] Cf. ed. nostra, IX 7.

[63] Cf. infra, d. 38 n. 49 (p. 318).

[64] Cf. ed. nostra, IX 566.

[65] Cf. d. 18 n. [2] (ed. VIVÈS XIV 662*b*).

ac fallacias, in S. Scriptura memorata et a Duns Scoto paulo antea perpensata, examini subicit.

61. Vindobonae (Wien), bibl. nat., cod. lat. 4629[66]. – Chartaceus, mm. 290 × 215, saec. XV scriptura semicursiva germanica exaratus; ff. I-II + 165 + III-IV cum numeratione plumbea, cui respondet numeratio vetus, posita in medio mg. superiore, sed pertingit ad f. 140 tantum; ff. I et IV sunt membranacea, quibus insunt quaedam fragmenta commentarii in Vetus Testamentum hebraice scripta; coll. 2 usque ad f. 10, deinde unica; lin. 41. Asses ligaturae corio rubro-cerasino opertae sunt ac nuper reparatae. In dorsi parte superiore agglutinata est scheda, in qua manu saec. XIX notatur signatura vetus: «Cod. Univ. Nr. 431». In assis anterioris parte externa, ad mg. superiorem, scheda adest membran., ubi manu saec. XV scriptum legitur: «Scotus super tertium Sententiarum». Eiusdem assis parti internae adhaeret elenchus eorum qui codicem inspexerunt. In f. I*v*, in mg. superiore ad sinistram, atramento moderno in scheda notatur signatura nova «4629», quae denuo prope scribitur plumbo moderno, sed etiam in folii II*r* mg. superiore ad sinistram. In hoc f. II*r* prostant quaedam fragmenta sermonum, subter autem sic indicatur donatio: «Hunc librum, cum quibusdam aliis insignibus voluminibus numero 17, liberali ac magnifica donatione inter vivos donavit ad librariam Collegii Ducalis Wiennae venerabilis et eximius pater magister Andreas de Weytra[67], s. theologiae professor egregius necnon canonicus ecclesiae S. Stephani in Wienna, ad honorem omnipotentis Dei animaeque eius salutem atque ad incrementum et usum omnium in eo legere ac studere volentium. Cui Deus, omnium bonorum retributor, et retribuere dignetur hic in praesenti gratiam et in futuro gloriam. Amen. Pro gratitudine vero ac recompensatione tam liberalissimi ac magnifici doni, praetactum venerabile Collegium ingentes ac humiles refert praedicto venerabili Patri grates, offerensque se ad orationes devotissimas, commendans insuper supradicti Domini Doctoris vitam in praesenti et animam eiusdem in futuro omnium, isto libro aut aliis per praefatum Patrem ac Doctorem datis utentium, orationibus, ut his adiutus tandem in Libro scribatur vitae aeternae. Amen». Infra hanc inscriptionem, in imo folio, adnotatur plumbo moderno: «Restauriert im Jänner 1931». F. 1*r* ad mg. superiorem, manu saec. XV scriptum est «D. W.», quo videtur indicari [Collegium] Ducale Wiennae (ut occurrit supra). In foliorum facie recta, in mg. superiore dextero praebetur numerus distinctionis currentis. Satis bene quidem codex conservatus est, sed assium claviculae, laminae, catena demptae sunt, folia vero ob aquam parvum detrimentum passa sunt. Intus codex rubro colore ornatus est.

Continet librum III *Ordinationis*, qui sic inc. (f. 1*ra*): «Cum venerit... Circa istam primam distinctionem tertii libri Sententiarum, ubi Magister..., quaero primo de possibilitate, utrum scilicet possibile fuerit naturam humanam uniri

[66] Cf. *Tabulae*, III, 332.

[67] Andream de Weytra magistrum regentem fuisse facultatis artium anno 1454 indicat ASCHBACH, op. cit., I, 613.



Verbo in unitate suppositi. Quod non: actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 161*v*): «Amor autem, et praecipue finis, si ille in omnibus quaeratur, facit omnia onera esse levia, ut verum sit quod dicit Salvator, Matth. 11: 'Iugum meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen». Ff. 162-165 alba sunt.

Notae marginales, satis numerosae, ad textus correctiones, explicationes, divisionem referuntur.

## II. – ELENCHUS EDITIONUM ET PRAECIPUARUM DESCRIPTIO

### A. – ELENCHUS

1. Patavii 1477, iuxta emendationem Thomae Penketh; ed. Albertus de Stendal
2. Venetiis 1477-1478, iuxta emendationem Thomae Penketh; ed. Ioannes de Colonia et Ioannes Manthen de Gherretzen
3. Norimbergae 1481, iuxta emendationem Thomae Penketh et Bartholomaei Bellati, sumptibus Antonii Koberger
4. Venetiis 1481, iuxta emendationem Thomae Penketh et revisionem Bartholomaei Bellati; ed. Ioannes de Colonia, Nicolaus Ienson sociique
5. Venetiis 1490, iuxta emendationem Gratiani Brixiani; ed. Bernardinus de Novaria (γ)[68]
6. Venetiis 1497, iuxta emendationem Philippi de Bagnacavallo; typis Boneti Locatelli
7. Venetiis 1503, iuxta emendationem Philippi de Bagnacavallo; ed. Bernardinus Vercellensis
8. Venetiis 1505, iuxta emendationem Philippi de Bagnacavallo; ed. Gregorius de Gregoriis, sumptu Bernardini de Tridino
9. Venetiis 1506, iuxta emendationem Mauritii Hibernici [O'Fihely]; ed. Simon de Luere (μ)
10. Venetiis 1516, iuxta emendationem Antonii de Fantis; ed. Petrus de Quarengiis, sumptibus Bartholomaei de Gabiano
11. Papiae 1517, iuxta emendationem Antonii de Fantis; ed. Iacobus de Burgofranco
12. Parisiis 1519; sumptibus Iadoci Badii Ascensii
13. Lugduni 1520, iuxta emendationem Antonii de Fantis; ed. sumptu Iacobi de Giunta
14. Venetiis 1522, iuxta novam emendationem Mauritii Hibernici; ed. haeredes Octaviani Scoti eorumque socii
15. Lugduni 1530, iuxta emendationem Antonii de Fantis
16. Venetiis 1598; ed. heredes Melchioris Sessae
17. Parisiis 1617, iuxta emendationem Paulini Berti

[68] Hanc editionem γ in apparatu variantium positivo non amplius adhibemus, quia in adducendo textus interpolatos, immo etiam in referendo additiones ab ipso Duns Scoto extra columnam scriptas, nullam notam criticam praebet, ac proinde ad dignoscendos textus Duns Scoti authenticos nullius utilitatis est.

18. Antverpiae 1620, iuxta emendationem Hugonis Cavelli; ed. Ioannes Keerberg
19. Lugduni 1639, Lucas Wadding. Opera omnia; ed. sumptibus Laurentii Durand (υ)
20. Venetiis 1680, iuxta emendationem Salvatoris Bartolucci; ed. Stephanus Curtius
21. Venetiis 1680, iuxta emendationem Salvatoris Bartolucci; ed. Nicolaus Pezzana
22. Parisiis 1893-1895, Opera omnia, reimpressio editionis Lucae Wadding, cura Patrum Franciscanorum de Observantia, apud Ludovicum Vivès (υ)
23. Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1914, iuxta recensionem Mariani Fernández García; ed. Collegium S. Bonaventurae
24. Hildesiae (Hildesheim) 1968-1969, Opera omnia, reimpressio anastatica editionis Lucae Wadding, cura Georgii Olms
25. Farnborough (Anglia) 1969, Opera omnia, reimpressio anastatica editionis Ludovici Vivès, cura societatis «Gregg International»

### B. – DESCRIPTIO EDITIONUM A NOBIS ADHIBITARUM

1. Editio μ. Mauritii Hibernici [O'Fihely], OFM, Venetiis 1506, *Ordinatio* I-IV. – Praeter ea quae in nostra *Disquisitione* (I 135*-137*) et in Prolegomenis ad *Ordinationem* II (VIII 62*-63*) dicta sunt, haec ulterius notanda sunt quoad librum III:

Totum volumen componitur ex ff. 113 numeratis et f. I in fine non numerato; mm. 300 × 210, binis columnis exaratum. Litteris gothicis inscribitur (f. 1*r*): «Tertius Scripti Oxoniensis Ioannis Duns Scoti, Ordinis Minorum, super Sententias». Ad quod sequuntur aliqua verba laudatoria Mauritii et Francisci de comitibus Vincentini. Incipit (f. 2*ra*): «Incipit Scriptum super tertio Sententiarum, editum a fratre Ioanne Duns, Ordinis Fratrum Minorum doctore subtilissimo et omnium theologorum principe. – 'Cum venit igitur plenitudo temporis' etc. Distinctio prima. Postquam Magister in primo libro determinavit de Deo..., in hoc tertio determinat de Deo in quantum eius perfectio relucet in operibus restaurationis. Et circa primam distinctionem huius tertii quaeruntur quinque: primo, utrum possibile fuit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi... Circa primum arguitur quod non, quia actus purus et infinitus non est alicui componibilis»; expl. (f. 72*ra*): «'Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Cui sit laus, honor et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen». Et sequitur adnotatio: «Explicit Scriptum super tertio Sententiarum, editum a fratre Ioanne Duns, Ordinis Fratrum Minorum, doctore subtilissimo et omnium theologorum principe. Per excellentissimum sacrae theologiae doctorem magistrum Mauritium Hibernicum, eiusdem Ordinis Fratrum Minorum, in famosissimo Studio Patavino ordinarie legentem, maxima cum diligentia emendatum». Sequitur (f. 72*rb*-72*vb*) tabula quaestionum; deinde sequuntur duo folia non numerata, quae continent «Propositiones tertii Sententiarum Ioannis Duns Scoti», seu tabulam alphabeticam rerum, per modum quaestionum concinnatam. Post haec, adnectitur (f. 73*ra*-



111*rb*) «Textus tertii Sententiarum [Petri Lombardi] cum conclusionibus magistri Henrici [de] Gorichem et concordantiis Bibliae ac Canonum, necnon in principio singularum distinctionum utilissimis summariis, diligentissime iam primum appositis»; in fine adnotatur (f. 111*rb*): «Explicit liber tertius Sententiarum [Petri Lombardi]»; traduntur deinde (f. 111*va*-112*rb*) «Rubricae tertii libri» et registrum rerum secundum ordinem alphabeticum (f. 112*rb*-113*vb*). Tandem totum absolvitur hisce verbis (f. 113*vb*): «Laus Christo et Mariae Virgini. Venetiis, per Simonem de Luere, pro domino Andrea de Torresanis de Asula, 16 octobris 1506», adiecto eiusdem Andreae symbolo, nempe turri et litteris «A. T.» [*scilicet* Andreas Torresani].

Decursu totius libri adsunt multae notae marginales, quae opinionem auctoris patefaciunt vel divisionem textus indicant. Frequentissime porro recurrit nota critica «Alius liber», qua diversae lectiones textus praebentur. Non raro adhibetur in mg. linea anfractuosa, qua vel textus extra a Duns Scoto scriptos, vel textus interpolatos, vel etiam textus ab aliquo codice omissos ostendunt. Aliae notae criticae sequentes sunt: «Ponitur primus articulus prolixe in aliquibus originalibus» (f. 6*va*)[69]; «Hic sequitur longa littera in aliquibus originalibus, sed non necessaria» (f. 6*vb*)[70]; «Alia argumenta facile solvuntur ex dictis» (f. 13*rb*)[71]; «In aliquibus originalibus ponuntur tria exempla in forma, in littera, horum trium quae tangit» (f. 15*rb*)[72], «In aliquibus originalibus ponitur unum longum ex^m^ [*reapse*: longum Extra] hic» (f. 52*va*)[73].

2. Editio υ. Liber III *Ordinationis* continetur in editione Wadding, tomo VII parte I (dist. 1-15, pp. 1-622) et parte II (d. 16-40, pp. 623-1038), in editione Vivès tomis XIV-XV. – Rationes criticae, quas Cavellus in sua editione adhibuit, quibus ipse Wadding usus est et quas nos – editionem describendo – in *Disquisitione* (I 136*) adduximus, valent (uti patet) pro omnibus quattuor libris *Ordinationis*.

## III. – DE LIBRI III ORDINATIONIS AUTHENTICITATE ET EX FONTIBUS ELABORATIONE

De scotiana authenticitate libri III *Ordinationis* nullum dubium oriri potest: maxima enim pars codicum, qui illum tradunt quosque descripsimus, tale opus attribuunt Ioanni Duns Scoto, de Ordine Fratrum Minorum, qui 'Doctor Subtilis' appellatur; item, omnia argumenta interna (allegationes, doctrinalis ac verbalis consonantia cum aliis operibus Duns Scoti, dependentia a fontibus

[69] Agitur de textu ex d. 1 libri III in d. 26 libri I a multis codicibus translato (cf. ed. nostra, VI 1*-10*).

[70] Cf. ibid.

[71] Ibi de facto Duns Scotus non respondet ad duo argumenta prius posita (cf. ed. nostra, IX 223 nota 59).

[72] Exempla reapse prostant in textu authentico, quae tamen ab aliquibus codicibus et ab editione μ omittuntur (cf. ed. nostra, IX 254-255, ad lin. 376-378. 379-381. 382-384).

[73] Agitur de textu 'Extra', quem editio μ una cum aliquibus codicibus omittit (cf. infra, p. 17-26, lin. 280-494).

scoticis, explicitae attributiones antiquorum auctorum qui illum allegant etc.) praedictam authenticitatem penitus confirmant.

Prout iam alias animadvertimus[74], *Ordinationem* suam Duns Scotus scripsit vel dictavit, ultimis annis vitae suae, tamquam definitivam suae doctrinae 'Summam', quam undequaque completam et perpolitam viris studiosis ac posteris traderet. Ob improvisam tamen mortem, opus complere non potuit; quo factum est ut in multis locis lacunas reliquerit, ex. gr. verbum «quaere» adhibendo, praevisam expositionem vix enuntiando vel per summa capita indicando, argumenta principalia vel responsiones ad eadem hic illic praetereundo, pro opinionibus allegandis ad respectiva auctorum opera simpliciter remittendo, integras quaestiones, immo et distinctiones, ad opportuniora tempora procrastinando etc.

In hoc III libro conficiendo, eosdem fontes suos Duns Scotus adhibuit quibus in praecedentibus libris usus est, videlicet suas praelectiones Oxonii ac Parisiis habitas, quarum priores in *Lectura* ab ipsomet conscripta habentur, alterae autem in discipulorum *Reportationibus* ad nos pervenerunt. Maxima tamen ex parte Doctor Subtilis iuxta suam *Lecturam* procedit, tam quoad ordinem et numerationem quaestionum quam etiam quoad materiae substantiam ac dispositionem, quatenus nempe ex Parisiensibus praelectionibus ea tantum hausit quae Oxonii non tractaverat.

Ex sequenti conspectu tota res clare patefiet:

CONSPECTUS COMPARATUS ORDINIS ET NUMERATIONIS ALIQUARUM QUAESTIONUM IN LIBRO III *Lecturae, Reportationum* et *Ordinationis*

| Distinctio | *Lectura* | *Reportationes* | *Ordinatio* |
|---|---|---|---|
| 1 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3<br>q. 4<br>q. 5 | qq. 1-2<br><br>qq. 3-5<br><br>– | pars 1 q. 1<br>q. 2<br>q. 3<br>q. 4<br>pars 2 q. un. |
| 4 | q. un. | qq. 1-2 | q. un. |
| 5 | qq. 1-2 | q. un. | qq. 1-2 |
| 6 | q. 1<br>q. 2<br>– | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 |
| 7 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 | q. 1<br>qq. 2-3<br>q. 4 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 |
| 8 | q. un. | qq. 1-2 | q. un. |
| 11 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 | qq. 1-2 | q. 1<br>q. 2<br>q. 3 |
| 13 | qq. 1-4 | qq. 1-3 | qq. 1-4 |
| 14 | qq. 1-2<br>q. 3<br>q. 4 | qq. 1-2<br>q. 3 | q. 1-2<br>q. 3<br>q. 4 |
| 17 | q. 1<br>q. 2 | qq. 1-2 | q. un.<br>– |
| 28 | q. 1<br>q. 2 | q. 1<br>q. 2 | q. un. |

[74] Cf. *Disquisitio* I 157*-172*; ed. nostra VIII 64*.



*Lecturam* pedetentim sequitur, libere suam expositionem evolvendo, aliquando quaedam addendo vel inverso ordine disponendo vel aliqua eliminando. Multa nova introducit in illis quaestionibus quae magis suo tempore agitabantur, videlicet in d. 1 quoad constitutivum divinarum personarum, in d. 3 quoad B. M. V. exemptionem ab originali peccato, in d. 4 quoad vim activam Deiparae in formatione corporis Christi, in d. 15 de tristitia et dolore in Christo, in d. 26 de spe, in d. 34 de virtutibus et donis, in d. 37 de praeceptis decalogi, in d. 39 de periurio. In d. 17, quaestionem 2, de libertate voluntatis Christi, quae in *Lectura* et in *Reportationibus* habetur, Duns Scotus in *Ordinatione* praeterivit, quia de re iam fuse egerat in d. 15.

*Ordinationis* dependentia a *Lectura* patet in illis locis in quibus Duns Scotus ad argumenta aliqua respondet quae antea non adduxerat, quaeque tamen in *Lectura* prostant: tales casus adsunt in d. 1 n. 63 (cf. IX 30[74]); n. 78 (cf. IX 37[94]); n. 79 (cf. IX 37[98]); d. 33 n. 63 (cf. X 170[80]).

Hoc idem patet in locis ubi sermo vix inchoatur, sed integre evolvitur in *Lectura*, ex. gr. in d. 1 n. 132 (cf. IX 59[168]); d. 2 n. 60 (cf. IX 143[78]); d. 3 n. 4 (cf. IX 170[3]); n. 66 (cf. IX 196[58]); d. 5 n. 15 (cf. IX 228[16]); d. 6 n. 28 (cf. IX 241[17]); d. 7 n. 23 (cf. IX 270[27]); d. 13 n. 46 (cf. IX 402[48]); d. 14 n. 8 (cf. IX 425[4]).

Hoc demum patet ex alia comparatione: licet enim ad modum agendi Duns Scoti non pertineat iisdem verbis uti in aliqua doctrina iterum exponenda, nihilominus quaedam verba – et praesertim maiores syllogismorum – non raro ad litteram ex *Lectura* in *Ordinationem* transtulit, prout in sequenti schemate indicatur:

| ALIQUI LOCI IN QUIBUS BREVES ENUNTIATIONES DUNS SCOTUS AD LITTERAM TRANSTULIT EX LECTURA IN ORDINATIONEM | | |
|---|---|---|
| VOL. | LECTURA III | ORDINATIO III |
| IX | d. 1 n. 2. 6. 99. 136. 145 | d. 1 n. 2. 5. 91. 124. 134 |
| | d. 2 n. 58 | d. 2 n. 56 |
| | d. 3 n. 36 | d. 3 n. 35 |
| | d. 5 n. 5 | d. 5 n. 4 |
| | d. 6 n. 43 | d. 6 n. 44 |
| | d. 8 n. 29 | d. 8 n. 21 |
| | d. 9 n. 4 | d. 9 n. 4 |
| | d. 11 n. 5. 8. 9. 56. 57 | d. 11 n. 5. 8. 9. 58. 59 |
| | d. 15 n. 70 | d. 15 n. 110 |
| | d. 16 n. 55 | d. 16 n. 43 |
| | d. 17 n. 11 | d. 17 n. 15 |
| X | d. 26 n. 4. 19. 26 | d. 26 n. 4. 22. 28 |
| | d. 29 n. 8 | d. 29 n. 4 |
| | d. 36 n. 2 | d. 36 n. 2 |
| | d. 37 n. 6 | d. 37 n. 9 |

## IV. – DE TEXTUS SCOTI TRANSMISSIONE

Codices qui librum III *Ordinationis* ad nos trasmiserunt, sepositis interpolationibus, substantialiter concordant tam quoad doctrinam quam etiam quoad ipsius textus fidelitatem et integritatem. Discrepantiae frequenter oriuntur ex amanuensium inadvertentia, negligentia et imperitia; aliquando etiam ex desiderio perpoliendi linguam latinam Duns Scoti, immo etiam eius stilum et modum dicendi. Omnia singulatim illustrare utile erit, attentionem prius ad codicem A, deinde ad ceteros codices ponendo.

### A. – DE TEXTU SCOTI IN CODICE A

Ex comparatione cum ceteris libris *Ordinationis* liquido apparet amanuensem codicis A adhibuisse et textum Scoti transcripsisse ex aliquo exemplari qui apographo vicinior erat, proindeque – in Scoti textu transmittendo – maiore quam ceteros codices auctoritate ac fidelitate pollere[75].

Quod ad fidelitatem et authenticitatem textus Scoti attinet, in primis septem distinctionibus (prout iam supra monuimus) redactor illius exemplaris textum a se transcriptum haud raro cum 'libro Duns' comparare potuit et differentias indicavit; deinde vero talis comparatio cum aliquo alio codice facta est, qui codex vel «alius liber» vel «aliud exemplar» appellatur.

[75] Cf. *Disquisitio* (I 262*-268*).



Notae criticae, quibus redactor – Duns Scoti librum adeundo – utitur, sequentes sunt, in vol. IX, usque ad dist. 7 inclusive: «Extra in Ioanne» (242,156-164); «Extra in Scoto» (23,406-413); «Ista ratio non est in aliis libris» (110,5-10); «Ab isto loco usque ad tale signum o+o est in cedulis in libro Ioannis, et signum est discontinuitatis» (111,12-127); «Non Duns» (13,15*-17*; 18,22*-23*); «Non in Duns» (19,24*); «Non in libro Duns» (70,50*-51*); «In Ioanne Duns: Vacat» (63,36*-39*); «Non est in Ioanne» (157,9*-14*; 168,15*-16*; 173,7*-13*; 249,14*-15*; 270,11*-16*; 287,20*-23*; 288,24*-25*); «Vacat in Ioanne» (186,17*-20*, 189,27*-29*; 239,6*-10*), «Non in Ioanne» (251,16*-24*); «Vacat» (22,25*-26*; 173,7*-13*; 239,6*-10*); 243,11*-13*; 249,14*-15*; 268,8*-10*); «Extra» (239,104-107).

Notae vero criticae alterius generis, scil. invectae absque auxilio 'libri Duns', tam in vol. IX, a dist. 8 usque ad dist. 17, quam in toto hoc vol. X, sequentes sunt: «Alius liber» (IX 433,189-190; 482,84; 526,897; X 160,269; 224,80; 315,349; 316,364-365); «Alius liber: 'picis' [*loco* porcis], et male» (X 291,342); «Extra in alio libro» (X 196,294-325); «Extra in alio» (X 197,310-320); «Extra in exemplari» (X 188,164-185); «Vacat. Non est in alio» (IX 565,35-38); «Non est in alio» (IX 565,35-38; X 279,133-136); «Non in alio» (X 225,90-95); «Vacat» (IX 294,19; 304,4*; 308,5*-6*); «*a*, Extra usque *b*» (X 17,280-494); «*b*, Extra usque huc» (X 26,494); «Hic falsum habetur in exemplari» (IX 564,33).

Certitudine absentis 'libri Duns' destitutus, redactor vel amanuensis – distinctiones 8-17 et 26-40 transcribens – frequentius quam antea anceps est in lectionibus ac verbis interpretandis et seligendis, ita ut haesitationem suam sive in margine sive in ipso textu saepius manifestet. Sufficiat aliqua exempla afferre:

quantitatem] q. vel aequalitatem A (IX 297,71)
restitutus] r. sive resuscitatus A (IX 333,248)
diligibilitatis] dilectionis sive dilig. A (IX 340,371)
primum] proprium vel p. A (IX 359,189)
necessarius] n. vel necessitans A (IX 440,317)
necessarius] necessitans vel n. A (IX 440,318)
passionis in passivo] p. in p. vel passi in passivo A (IX 492,253)
utibili] utili alias u. A (X 30,570)
in habito] in h. vel in habitu A (X 116,29)
In secunda] In prima vel in tertia (X 211,384)
mala] malitia vel m. A (X 300,112)
salvari] $sca^{ri}$ vel s. A (X 316,367)
iudicandum] iurandum vel videndum A (X 338,296)
aggravat] aggregantur vel aggravantur A (X 353,147)

fuerunt] sunt A´ *not.* vel: fuerunt $A^1$ (IX 314,391-392)
reparatione] operatione A´ *not.* vel: reparatione $A^1$ (IX 336,299)
quaestionem = A´ *not.* vel: conclusionem $A^1$ (IX 361,215)
una] *not.* vel: unum $A^1$ (IX 361,221)
album] albedo A´ *not.* vel: album $A^1$ (IX 364,278)
ad quascumque] ad quaslibet A´ *not.* vel: ad quascumque $A^1$ (X 331,170)
consequenter] consentire A´ *not.* consequenter, credo $A^1$

Amanuensis incertitudo et aliquantulum minor eiusdem fidelitas in textu non cum 'libro Scoti' sed cum aliquo alio exemplari comparato tradendo ap-

paret etiam ex frequentioribus erroribus vel incongruentiis, prouti sunt ex. gr. verborum omissiones, mutationes, additiones, substitutiones, clarificationes, repetitiones, erroneae abbreviationum interpretationes etc., ut facile ex apparatu variantium conspici potest.

Quidquid est, codex A, ob suam originem et auctoritatem, semper manet in textu Scoti detegendo praecipuus dux et manuductor.

### B. – DE TEXTU SCOTI IN ALIIS CODICIBUS

Praeprimis animadvertimus, interminabilem congeriem lectionum variantium – in omnibus codicibus praesentem – ortum habuisse ex erronea compendiorum interpretatione, quae tam doctrinali amanuensium paupertati quam etiam abbreviationum ignorantiae tribuenda est. Huiusmodi lectiones variantes in unaquaque pagina editionis nostrae pluries ac pluries occurrunt.

Aliud genus variantium ortum est ex incertitudine amanuensium in compendiis nimis brevibus ac proinde ambiguis interpretandis, ita ut, ne in errorem inciderent, compendia duobus – immo aliquando etiam tribus – modis legerint.

Tertia variantium series datur ex multis omissionibus (immo et repetitionibus) ob homoioteleuton factis, seu ob aequalem vel similem verborum terminationem in eadem linea vel in diversis lineis praesentem; tales omissiones in omnibus codicibus adsunt, et in singulis fere paginis semel vel pluries occurrunt. Multae repetitiones etiam ob distractionem vel defatigationem fiunt, ex saltu ab una ad aliam lineam, ita ut aliquando integrae lineae vel omittantur vel repetantur.

Quartam variantium seriem constituunt omnes illae voluntariae mutationes, quas in Scoti textum invexerunt aliqui redactores, et praesertim redactor textus quem codex Q aliique cum illo tradunt. Hoc quidem eo fine fecerunt, ut dicta quaedam difficilia redderent intellectu faciliora, ut modum dicendi hic illic rudem elegantius exhiberent, ut stili et grammaticae errores vel ineptas formas corrigerent, ut obscuriorem sensum explicarent, vel tandem ut aliquas expressiones complerent.

Tandem, redactor textus codicis Q, exemplum aliorum medii aevi doctorum sequens (ut Bonaventurae ac Thomae), qui cuilibet distinctioni introductionem praemittunt (quae quidem introductio, ex textu Lombardi inchoans, evolvitur in indicando materias tractandas et absolvitur enuntiatione singularum quaestionum), ipse quoque huiusmodi introductiones singulis distinctionibus earumque partibus (si quae exstent) in textu Scoti praemittit. Iam satis ostensum est tales introductiones extraneas esse textui Duns Scoti[76], etiamsi intentioni eius respondeant: ipsemet enim aliquibus distinctionibus similia praeambula praemisit (ut ex. gr. in *Ordinatione* II d. 1. 2. 3. 4-5. 9. 11).

[76] Cf. *Disquisitio* (I 216*-217*). Post initialem indecisionem, ob quam talia praeambula aliquando in appar. lect. var., aliquando in corpore typographico minore (post textum principalem) seorsum praebuimus, nunc semper seorsum in dicto corpore ea proferimus.



## V. – DE LOCIS IN TEXTU SCOTI NON COMPLETE ELABORATIS

Duns Scotus *Ordinationem* suam ex praecedentibus lectionibus Oxonii et Parisiis habitis elaborando, in pluribus locis sermonem suum non complevit[77], immo haud semel spatia alba reliquit: hoc quidem fecit vel quia numerum libri aut capituli operum allegatorum in illo instanti non memorabat, vel quia verba et opiniones allegatas ex toto transcribendi tempus ei non suppeditabat, vel quia exactum ac definitivum iudicium in problematibus difficilioribus prae mente nondum habebat, vel quia integras quaestiones immo etiam distinctiones – nondum undequaque paratas – ad futurum tempus remittebat, vel denique quia, immatura morte e vivis sublatus, opus suum in singulis locis perficere et expolire non valuit.

*Ordinatio,* prout eam Duns Scotus nobis reliquit, apparet igitur non ut opus finitum atque expolitum, sed potius veluti domus structuraliter quidem aedificata, sed cui sub variis aspectibus complendae opifex assidue attendebat et cui ultimam manum apponere non pervenit.

Sat frequenter ipsemet Scotus locos incompletos relictos postea complevit, vel revisionibus, correctionibus atque additionibus ea quae primitus exaraverat mutavit vel integravit. Textus, a Duns Scoto «extra» vel in cedulis scripti, apparent veluti adnotationes, animadversiones, ulteriores delucidationes, correctiones materiae iam expositae, item novae rerum formulationes et reordinationes, amplioris futurae expositionis delineationes.

Tales revisiones et completiones, ab ipso Scoto in libro III factae, exstant in vol. IX, d. 1 n. 50 (p. 23,406-24,413); n. 181 (p. 82,52* et p. 110,5-10); n. 190 (p. 83,53* et p. 111,12-116,127); d. 5 n. 9-10 (p. 227); d. 6 n. 21-22 (p. 239); n. 32-35 (p. 242); d. 11 n. 49-50 (p. 368-370); d. 12 n. 9 (p. 381); n. 17 (p. 384); d. 15 n. 78 (p. 512-513); n. 129-133 (p. 531-532); d. 17 n. 7 (p. 565); – in hoc vol. X: d. 26 n. 41-88 (p. 17-26); d. 27 n. 47 (p. 69); d. 34 n. 28-29 (p. 188-189); n. 39-44 (p. 196-197); d. 36 n. 68 (p. 247-248); d. 37 n. 17 (p. 279-280).

Multos alios locos incomplete elaboratos Duns Scotus ob improvisam mortem perficere non valuit. Potiores hi sunt: in vol. IX, d. 1 n. 48 (p. 21); n. 132 (p. 59); n. 157 (p. 70); n. 225 (p. 100); d. 2 n. 97 (p. 160); d. 3 n. 6-11 (p. 170-171); n. 66 (p. 196); d. 5 n. 15 (p. 228); d. 12 n. 17 (p. 384); d. 14 n. 106 (p. 464); d. 15 post n. 141, ubi deest responsio ad argg. principalia (p. 534)[78]; – in hoc vol. X, d. 26 n. 129 (p. 43); d. 27 n. 12 (p. 51); n. 26 (p. 57); d. 29 n. 7 (p. 95); d. 30 n. 5 (p. 98); n. 37 (p. 112); d. 33 n. 4 (p. 142); n. 19 (p. 151); d. 34 n. 2 (p. 177); n. 36 (p. 194); d. 35 n. 2 (p. 215); d. 36 n. 20-21 (p. 227); n. 44 (p. 239); n. 46-48 (p. 240); n. 54 (p. 242); n. 93-95 (p. 258); d. 37 n. 7 (p. 273); d. 38 n. 11 (p. 297); d. 39 n. 5 (p. 322).

Ex pluribus locis eruitur Duns Scotum intentionem habuisse opus suum ante divulgationem complendi. Id enim patet ex allegatione illarum distinctionum quas nondum exaraverat et ad quas exarandas non pervenit: illas nempe allegat prout in *Lectura* exstabant, quas nihilominus in *Ordinatione* exa-

[77] Cf. *Disquisitio* (I 172*-173*).

[78] Notae criticae, hunc defectum explicantes, praebentur in ed. nostra, IX 534.

rare intendebat. Fortasse etiam materiam nondum in *Ordinatione* elaboratam, iam in schedulis paraverat.

Probabiliter igitur ex hoc rerum statu et ex hac procedendi ratione discipuli Scoti inducti sunt textum Scoti revisere et lacunas operis eius complere.

## VI. – DE DISCIPULORUM REVISIONIBUS ET COMPLEMENTIS IN ORDINATIONE III EFFECTIS

In libro III *Ordinationis* complendo, discipuli aut longiores textus aliunde sumptos – immo etiam integras quaestiones ac distinctiones – intromiserunt, aut aliqua proprio marte confecta addiderunt.

Prout iam olim ostendimus[79], primus qui manus apposuit ad textum Scoti complendum, est quidam recensor anonymus, qui non solum Scoti textum revisit ac redegit, sed plures lacunas implevit, quae postea in omnes subsequentes codices plus minusve intrarunt. Inter has impletas lacunas, exstat ex. gr. d. 39 libri I, pro qua Duns Scotus spatium album reliquerat, quam ille primus recensor ex iisdem fontibus quibus ipse Duns Scotus in sua *Ordinatione* paranda usus erat, hausit et composuit, quamque postea omnes codices ex illa recensoris redactione transcribentes, resumpserunt.

Hoc idem evenit in libro III *Ordinationis* pro d. 18-25: eae quidem omnes in codicibus *Ordinationis* prostant[80], sed ex Duns Scoti *Lectura* fere de verbo ad verbum transcriptae sunt, quod ad modum agendi Duns Scoti non pertinet; ipse enim, ut supra monuimus, se repetere non amat: praeter aliquas breves et maioris momenti enuntiationes, quas interdum ad verbum repetit, ille praefert in suis iteratis expositionibus doctrinalibus noviter seu aliis verbis et locupletioribus explicationibus eandem rem proponere, quod ceterum signum et fructus subtilis eius ingenii est. Praedictas igitur distinctiones Duns Scotus in *Ordinatione* sua paranda exponere praeterivit seu ad futurum tempus conficiendas distulit. Exinde eruendum est eas ab illo primaevo recensore anonymo ex *Lectura* in *Ordinationem* translatas esse, ne gravis lacuna ibi esset, et ab eius exemplari postea in omnes codices gressum fecisse.

In codice P, absoluta d. 15, ubi tamen Duns Scotus praeterivit respondere ad argumenta principalia, in mg. adnotatur: «Hic terminatur *Ordinatio* super primam partem tertii libri, et incipit *Reportatio*»[81]. Valde difficile esset cogitare talem adnotationem referri ad defectum responsionis ad argumenta; facilius et probabilius est retinere illam provenire ab aliqua alia adnotatione, in mg. tabulae distinctionum et quaestionum posita, et erronee a d. 17 ad d. 15 relata, prout nempe constat evenisse in margine tabulae codicis Vigorniensis, bibl. eccl. cathedr. F 39, ubi adverbium «Hucusque», scil. 'usque ad d. 17', erasis nu-

[79] Cf. *Disquisitio* (I 177*-178*); ed. nostra, VI 26*-30*.

[80] Cf. tamen ea quae diximus supra, in descriptione codicum sub n. 47 et n. 60.

[81] Cf. editio nostra, IX 534. – De prima et secunda parte libri III Sententiarum, cf. THOMAS, *Sent.* III prol. (ed. Parmen. VII 5*b*): «Et sic patet materia tertii libri, in cuius prima parte agitur de incarnatione [d. 1-22], in secunda [d. 23-40] de virtutibus et donis nobis per Christum collatis».



meris «d. 16» et «d. 17» videtur falso referri ad d. 15[82]. Adnotatio nempe codicis P intelligenda est referri ad d. 17, licet in falsum locum inserta sit.

Huic concordat adnotatio quae legitur in codice Barcinonensi, arch. Coronae Aragon., Ripoll 53, in quo traditur Duns Scoti *Reportatio* III B, seu rectius – ut in fine (f. 69*va*) dicitur – «Reportorium post fratrem Ioannem Duns Scotum, Ordinis Fratrum Minorum, super tertium librum Sententiarum»: ibi nempe, post d. 17, in ipso textu adnotatur (f. 43*rb*): «Usque huc legit frater Ioannes Duns Parisius; aliud de Anglia»; aliis verbis, ea quae sequuntur (nempe dist. 18-40), proveniunt ex praelectionibus in Anglia factis, et quidem vel Duns Scoto legente reportata vel satis libere eruta ex *Ordinatione* prout in codicibus ad nos transmissa est, inclusis scilicet dist. 18-25 ab illo primo redactore ad lacunam Duns Scoti implendam introductis.

Quoad fidelitatem transcriptionis haec notanda sunt:

Dist. 18-25, prout exstant in *Ordinatione* a codicibus melioris notae ad nos transmissae, directe ex *Lectura* III proveniunt. Fere integraliter ad litteram transcriptae sunt, praeter parvas variantes lectiones, partim illi primo transcriptori tribuendas, partim a subsequentibus transcriptoribus invectas. Aliquae tamen differentiae notantur, quatenus nempe hic illic argumenta amplificantur vel satis libere traduntur vel aliqui textus omittuntur. Sic ex. gr. in d. 18 argumenta principalia (n. 2-13) eorumque solutiones (n. 56-70) satis libere – et quidem cum aliqua confusione – a recensore elaborata sunt; pariter tria quaesita in fine dist. 25 n. 40-54 a recensore ad duo reducta sunt, omisso scil. tertio (n. 54), et satis brevius sunt elaborata; quo factum est ut in hisce locis dependentia conceptualis a *Lectura* integra maneat, consonantia tamen verbalis desit.

Utile erit tria exempla comparativa inter utrumque opus afferre, ut consonantia respective verbalis, semiverbalis, conceptualis, inter ea conspiciatur:

| *Lectura* III d. 23 n. 13-14 (XXI 100-101) | *Ordinatio* III Supplementum d. 23 (cod. A, f. 165*rab*; ed. VIVÈS XV 7*ab*) |
|---|---|
| «De primo, hoc certum est quod credibilium revelatorum habemus fidem acquisitam. | «De primo, certum est hoc, quod credibilium revelatorum habemus fidem acquisitam. |
| Quod patet per Augustinum in *Epistola contra Fundamentum*, qui dicit quod 'non crederet Evangelio, nisi crederet Ecclesiae catholicae'; patet igitur, per eum, quod libris Canonis et Scripturae non est credendum nisi quia credendum est primo Ecclesiae approbanti et authentificanti libros illos et contenta in illis. Hoc etiam patet in *Canone*, distinctione 9 cap. 'Ego solis'. Quamvis autem aliqui libri auctoritatem habeant ex auctoribus suis, tamen firmiter non adhaere- | Quod patet [per Augustinum] in *Epistola contra Fundamentum*, qui dicit quod 'non crederet Evangelio nisi crederet Ecclesiae catholicae'; patet igitur, per eum, quod libris Canonis et sacrae Scripturae non est credendum nisi quia credendum est primo Ecclesiae approbanti et testificanti veraces esse libros illos et contenta in illis. Hoc etiam patet in *Canone* distinctione 9 cap. 'Ego solis'. Quamvis autem aliqui libri auctoritatem habeant ex auctoribus suis, tamen firmiter non adhaereretur eis |

[82] Cf. supra p. 27*.

tur eis nisi quia creditur Ecclesiae approbanti et testificanti veraces esse eorum auctores. Unde dicit Augustinus, ibidem, quod 'Evangelium nazaraeorum non admittam, quia non admittitur ab Ecclesia'. Sed tunc, si nulla esset fides infusa, crederem tamen fide acquisita historiis librorum Canonis, propter auctoritatem Ecclesiae: sic credo, quemadmodum aliis historiis a viris famosis scriptis et narratis. Credo igitur fide acquisita Evangelio, quia Ecclesia tenet scriptores veraces esse, – quod ego audiens, acquiro mihi habitum credendi eorum dictis».

nisi quia creditur Ecclesiae approbanti et testificanti veraces esse eorum auctores. Unde dicit Augustinus, ibidem, quod 'Evangelium nazaraeorum non admittam, quia non admittitur ab Ecclesia'. Si tunc nulla esset fides infusa [in me], crederem tamen, et credendum esset firma fide acquisita historiis librorum Canonis propter auctoritatem Ecclesiae hoc testificantis. Sicut fide acquisita credo aliis historiis a viris famosis scriptis et narratis, credo etiam fide acquisita Evangelio, quia Ecclesia tenet scriptores Evangelii veraces esse, – quod ego audiens, acquiro mihi habitum credendi eorum dictis sufficientem mihi».

Lectura III d. 18 n. 70
(XXI 23)

«*Ad* ultimum, *cum* arguitur *quod in primo instanti fuit in angelo motus naturalis rectissimus, dico quod* si supposita ratio concluderet *de instanti primo*, concluderet similiter de *quolibet* alio instanti, *quia in quolibet instanti motus naturalis est prior ipso actu libere elicito*, prius naturā, *et* – *ut sic* prior – *est rectissimus*. Quia ergo prior non cogitur per liberum velle, *ergo non potest* 'esse' simul *in eodem instanti* deminui vel deordinari *per actum* obliquum *liberae voluntatis* (*et in nullo instanti peccabit* si non potuit peccare cum actu obliquo); unde – eadem ratione – contraria non possunt simul esse in eodem in primo instanti, nec in aliquo alio sequente».

*Ordinatio* III Supplementum d. 18
(cod. A, f. 161*va*; ed VIVÈS XIV 703*a*)

«*Ad* sextum, *cum* dicitur *quod fuit in angelo motus naturalis in primo instanti rectissimus, dico quod* sicut concludit in *primo instanti*, ita in *quolibet, quia in quolibet instanti motus naturalis est prior actu libere elicito, et* est – *ut sic prius naturā* – *rectissimus; ergo non potest in eodem instanti per actum liberae [voluntatis]* obliquari et deordinari, *et ita in nullo instanti peccabit*».

*Lectura* III d. 18 n. 6
(XXI 2)

«Praeterea, quinto: quando sunt duae *mutationes quarum* una praesupponit aliam, et terminus *praesupponit terminum* et e contra; sed terminus meriti praesupponit terminum creationis, ergo et meritum praesupponit creationem; ergo prius fuit conceptus, factus et formatus, quam meruit».

*Ordinatio* III Supplementum d. 18
(cod. A, f. 160*rb*; ed. VIVÈS XIV 662*b*)

«Quarto sic: *mutationes* ordinatae, *quarum terminus* unius necessario *praesupponit terminum* alterius, non sunt simul duratione; sed creatio voluntatis in esse primo et motio voluntatis ad proprium actum sunt duae mutationes, et terminus unius, scilicet creationis, ut esse voluntatis, praesupponitur termino alterius, ut ipsi actui; ergo non possunt simul esse primo et operari. Igitur non potuit mereri in primo instanti, ex quo tunc primo accepit esse primum».



136 sumpta] sine illa Y | respicit] *add.* et N *add.* etiam Y | indistincte] indeterminate *ante* respicit Q indifferenter Y | et] *add.* omnia Q 138 Ista via] V. i. Q | quia] *add.* non Y 138-139 sanctorum] *add.* scilicet PZ 139 innitentibus] et intentionibus B in intentibus Q^i | dicti B | sancti] beati BNY *om.* Q | I] *om.* APZ *add.* ad NYQ | 13] quaere NQ *add.* quaere Y 141 posset] potest S *comp.* A | dici *om.* N | excessive] successive S⁺ 142 quod] sicut PZBNYQ | apparet] patet Q | praesumente PNYQ 142-143 sicut apparet] ut patet Q 143 desperantibus = A desperatis B desperate (!) S desperante *rell.* μυ | spes] *ante* est B *post* futuri Y passio N | futuri boni] b. f. P *om.* Q 144 moderatione P | habitus ille] h. iste Y i. (iste N) h. NQ 145 coaeterni S | consequetur S 146 per *om.* Y 147 moderans passionem] m. passiones vel moderativus passionum Y | aliquis = A scil. Y quis *rell.* μυ | futurum] aeternum PZBQ 148-149 quilibet — excessive *post* moralis (152) PBQμυ 148-152 quilibet — moralis *rep.* [*et statim post, tertio rep. textum* quilibet (148) — excessive (149)] Y 148 moraliter *om. in textibus prima et tertia vice repetitis* Y | indiget] indidit (!) S | habitibus = A omnibus h. (*ubique* Y) *rell.* μυ 148-149 respectu — natae] qui nati *in textu primo vice rep.* Y 149 deminute vel excessive] ex. et d. *in textu primo ac secundo* [d. v. deminute (!) *in tertio textu*] Y 151 Primo *om.* Q | quia *om. in textu rep.* Y | spes] fides *in textu rep.* Y | acquisita] *ante* moralis PB *om.* Q 151-152 theologica et infusa] et i. th. P i. th. B th. Q 152 passionum *om.* Z | est moralis] m. e. (*utrobique* Y) NYQ e. virtus m. PB

T [14] Cf. supra n. 7-8. [15] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI³ 170-171; B c. 5, 1106*b* 14-1107*a* 2).

26 Secundo, quia tunc esset aliquis timor infusus; sed ille non esset virtus theologica: non enim est respectu obiecti boni increati, sed tantum respectu mali, – habitus theologicus est respectu boni increati.

[C. – TERTIA VIA
QUAE EST HENRICI GANDAVENSIS
1. – EIUS EXPOSITIO]

27 Alio ergo modo d i c i t u r quod spes dintinguitur a caritate, quamvis perficiat eandem potentiam, scilicet voluntatem, quia spes est in irascibili, caritas in concupiscibili[16], – et hoc non solum in appetitu sensitivo, sed etiam in voluntate distinguuntur. [6]

28 Quod probatur quadrupliciter:

P r i m o sic, per obiecta: nam obiectum concupiscibilis est bonum delectabile, obiectum irascibilis est bonum arduum; 'delectabi-

APSZBNYQ(μυ)

153 Secundo, quia] Et Q | sed ille] s. haec NY quod tamen Q *om.* B | esset$^2$] est N 154 non enim] nam n. NY quia n. Q | est] esset Q | obiecti *om.* Q | boni = AQμυ | sed *rep. post* increati (155) B$^+$ 155 respectu$^1$ *om.* A | habitus] *add.* autem Q | est] *add.* huiusmodi Y 159 *adnot.* Opinio Henrici, Quodlibet VIII quaestione 15 A$^1$ | ergo = A | dicitur = A d., quare Henricum, Quodlibet VIII (H. Q. VIII] VIII Q. Henrici NYQμυ) quaestione 15 (15] 5 B) *rell.* μυ | spes distinguitur] d. s. Q 160 quamvis] licet Q | perficiat = AY habeant perficere Qμυ perficiant *rell.* 161 est *om.* Y | hoc] ita Q 162 etiam] et SZ *om.* B | in *rep. ante* etiam S$^+$ | distinguuntur] distinguentur A distinguitur PS 164 sic = A 165 delectabile] d. vel concupiscibile N concupiscibile ASZB | obiectum] *praem.* et PNY *add.* autem Q

F *159* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 326 O-327Q); THOMAS, *Sent.* III d. 26 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VII 279*b*): «Ex his ergo iam planum est videre quae passio sit in irascibili et quae in concupiscibili. Omnis enim passio de cuius intellectu est appetitus in bonum vel conveniens simpliciter, est in concupiscibili, sicut amor... Omnis autem passio de cuius intellectu est appetitus in bonum cum circumstantia difficultatis, est in irascibili... Spes autem importat motum appetitus in aliquod bonum commensuratum appetenti..., quod est possibile haberi, et tamen est difficile ad habendum; propter quod dicitur arduum. Unde patet quod spes, secundum quod est passio, est in irascibili»; a. 5 in corp. (p. 283*ab*). *164* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 326Q): «Cum appetitus sensibilis dividitur in concupiscibilem et irascibilem, istud non est penes diversitatem boni sensibilis obiecti: non est enim aliud bonum obiectum concupiscibilis et irascibilis, sed unum et idem penitus, differens solum penes diversas rationes et condiciones obiecti. Bonum enim quod est obiectum concupiscibilis ut placitum et delectabile, id ipsum est obiectum irascibilis ut arduum et appretiabile»; ibid. (f. 327T-V): «Cum omne aliud a Deo, appetens appetitu cognitivo..., appetat bonum aliud a se, idcirco in omnibus aliis a Deo... necesse est ponere vim concupiscibilem, aut non esset in eis voluntas omnino...; ergo... et vim irascibilem, defensivam eius.

T [16] Hanc appetitivae virtutis divisionem in irascibilem et concupiscibilem primus invexit PLATO, *Civitas* (seu *De republica*) IV (II 74-78).



le' dicitur bonum aliquod a concupiscente concupitum propter commodum eius, 'arduum' dicitur appretiabile aliquod vel appetibile propter quod voluntas appetit superare omnia sibi contraria. Istae duae condiciones, quae sunt eiusdem obiecti non sub eadem ratione obiecti, non tantum sunt boni condicionaliter ut nunc, sed boni simpliciter; ergo non tantum sunt boni ut bonum est appetitus sensitivi, quod est bonum ut nunc, sed ut est obiectum voluntatis. Sic ergo istae condiciones duae accidentales distinguunt irascibilem et concupiscibilem non tantum in appetitu sensitivo, sed in voluntate.

S e c u n d o patet idem per actus, quia 'irasci' est actus solius ira- 29

APSZBNYQ(μυ)

166 dicitur] *in ras.* P$^1$ est Q | bonum *rep. ante* delectabile (165-166) Q | aliquod *om.* Q | a concupiscente] *post* concupitum Q *om.* N 167 commodum] bonum Y | arduum] *praem.* bonum Q 167-168 appretiabile aliquod vel appetibile = A bonum al. appr. (a.] appetibile P$^2$) P appr. SB bonum appr. (a.] appetitum Qμ) Qμυ appet. ZNY 168 propter] eo P$^2$ *om.* P´ZQμυ | quod] quo Qμυ | Istae] Illae Y *praem.* Sed Q 169 duae *om.* N | quae sunt eiusdem *rep. ante* ut (170) Z$^+$ | obiecti] boni PBQ | non *om.* PQ 169-170 sub eadem ratione] *rep.* P$^+$ sunt eaedem r. N 170 sed] *add.* etiam Q 171 simpliciter *rep. post* boni Q | bonum = A | est] sunt Z 171-172 sensitivus Y 172 quod] *praem.* vel P | quod — sed] s. etiam Q | est$^1$ *om.* N | est obiectum] o. primum P 173 istae] illae Y | condiciones duae = A d. c. *rell.* μυ | accidentales] actuales Y 173-174 et concupiscibilem *om.* N 174 sed] *add.* etiam NYQ 175 patet] probatur PZBN *add.* hoc Y | patet — quia] sic Q

Quae in hoc ex parte obiecti differunt: quod concupiscibilis dicitur esse circa bonum ut est delectabile..., irascibilis vero dicitur esse circa bonum arduum, quia appetit in ipso superare omnia contraria... Unde sicut in parte sensitiva passiones irascibilis oriuntur a passionibus concupiscibilis et terminantur in eis..., sic et omnes actiones irascibilis oriuntur ex actionibus concupiscibilis et in ipsas terminantur, tam ex parte intellectivae quam ex parte sensitivae. Et sic sicut in sensitiva necesse est ponere appetitum alium quam intellectivum, et intellectivum alium quam sensitivum, ita quod in homine oporteat ponere utrumque appetitum, et hoc quia diversimode movet appetitus intellectivus ad universale bonum, et sensitivus ad bonum particulare... Unde sicut appetitus sensibilis vere dicitur irascibilis in appetendo impugnare malum ex impetu passionis, sic appetitus intellectivus vere dicitur irascibilis in appetendo impugnare malum ex iudicio rationis vel ex determinatione liberae electionis; et sicut similiter appetitus sensibilis proprie dicitur concupiscibilis in concupiscendo delectari in bono ex impetu passionis, sic appetitus intellectivus proprie dicitur concupiscibilis in appetendo adhaerere bono ex iudicio rationis vel ex determinatione liberae electionis, – ut in intellectivo concupiscibili ponamus caritatem et amorem, in irascibili spem».

F *175* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 327T): «Si autem in omni appetitu necesse est ponere vim concupiscibilem, ergo... et vim irascibilem defensivam eius, – quae in hoc ex parte obiecti differunt, quod concupiscibilis dicitur esse circa bonum ut est delectabile, quia semper appetit in ipso bono delectari, irascibilis vero dicitur esse circa bonum arduum, quia appetit in ipso superare omnia contraria: est enim irascibilis vindex concupiscibilis..., ut secundum hoc concupiscibilis sit ipsa principalis potentia et irascibilis sit quaedam vis in ipsa et ex ipsa orta».

scibilis; contingit autem irasci non tantum ex passione quae est in appetitu sensitivo, sed etiam ex passione quae est in voluntate (*Irascimini et nolite peccare*, in Ps.); ergo iste actus est respectu voluntatis, et ita erit irascibilis[17].

30 Tertio probatur hoc idem ex comparatione actuum diversorum ad invicem, quia concupiscibili quiescente in contemplatione alicuius, quandoque consurgit voluntas etiam ad impugnandum vitia impedientia contemplationem, et sic impugnando impedit contemplationem; nulla autem eadem vis habet per se actum impeditivum sui ipsius in actu principali; ergo vis concupiscibilis, quae quaerit delectari, non insurgit expugnando, per quam expugnationem impediatur a sua delectatione; igitur est alia vis.

31 Quarto declaratur hoc per actus diversos pertinentes ad irascibilem in appetitu sensitivo, qui omnes actus videntur aeque necessarii in voluntate; ergo qua ratione ponitur irascibilis in sensitiva, eadem ratione debet poni in voluntate.

APSZBNYQ(μυ)

176 autem] enim Z | quae est *om.* Z 177 etiam ex passione *om.* Q | ex *om.* A | passione quae] appetitu qui PZ 178 in *om.* N | in Ps. *om.* PZ | iste] *post* actus Q ille Y | est] *ante* iste N *om.* Y 179 erit] erat Y *add.* ibi PN | erit irascibilis] i. e. in voluntate Q *add.* in voluntate NY 180 idem *om.* Q | comparatione] *comp.* Y 180-181 actuum diversorum] d. a. Q 181 concupiscibili] contulit (!) S *praem.* parti Z *add.* parti PB *add.* volentis Q | quiescente] volenti quiescere PZB quiescere quiescere (!) S quiescere *post* contemplatione NYQ 182 alicuius *om.* NYQ | consurgit = A insurgit *rell.* μυ | etiam = A | ad impugnandum] in aliud impurgandum S 183-184 et — contemplationem *om.* AN 183 et] etiam B et in PSZ 184 per se *om.* Q 185 vis *om.* Q 186 insurgit] egit Z | impugnationem NY 187 impediatur] *comp.* Z impeditur ASB 188-189 pertinentes ad irascibilem *rep. post* actus (189) N 189 in — actus *om.* Y | sensitivo = A s., quaere in Henrico (H.] *spat. vac.* S) *rell.* μυ | qui] quia PZN *om.* B | videntur aeque] aeq. v. Z aeq. v. esse PBNY 190 in] a $Z^{1}$ | voluntate] ratione Q | voluntate — in *om.* $P^{+}$ 190-191 ergo — voluntate *om.* N 190 poneretur Q 190-191 irascibilis — poni *om.* S 190 sensitiva] parte s. ZB appetitu sensitivo PQ sensitvo Y 190-191 eadem] pari PYQ 191 debet poni = A ponetur PB poneretur ZY et Qμυ

F *177-178* Ps. 4, 5. *180* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 327V): «Quod autem isti duo appetitus sunt in intellectiva parte, etiam experientia docet. Nam saepe concupiscibili et voluntate rationali volente quiescere in delectatione contemplationis circa bonum gratiae et gloriae, insurgit per odium ad impugnandum actionem aliorum vitiosam et disturbat quietem concupiscibilis contra eius inclinationem; quod non posset esse si ad unam simplicem rationem movendi aut appetendi pertineret. Unde et sicut in sensitiva, sic et in intellectiva, concupiscentia intensa mitigat irascibilem et a suo proposito revocat saepius, et e converso, licet in appetitu frequenter concordet, quia irascibilis non est... nisi propugnatrix et defensatrix concupiscibilis». *188* Ibid. (f. 326Q. 327R-S.V). – Amplissimam Henrici 'narrationem' paucis verbis clare contrahit DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 26 n. 29-30 (XXI 185).

T [17] id est: et ita in voluntate erit vis irascibilis.



Additur etiam quod «concupiscibilis est potentia principalis, irascibilis autem est quaedam vis eius»: «sicut quippe in sensitiva omnes passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis et finiuntur ad eas», ita et in voluntate, cum ibi etiam «irascibilis sit propugnatrix ipsius concupiscibilis». 32

## [2. – EIUS IMPROBATIO]

[7] Contra istam opinionem arguitur. 33

Et primo contra primam rationem, quae procedit de obiecto[18]:

Quia illud de 'bono arduo' posset bene et male intelligi, quaero quid intelligis per 'bonum arduum': aut bonum absens, aut non solum hoc sed excedens facultatem ipsius potentiae cui dicitur arduum, aut tertio modo bonum appretiabile – id est amabile – ut excedens omnia alia sibi contraria? Si primo modo, non erit irascibilis in patria, et per consequens spei non succedet tentio[19], quia oporteret quod tentio esset in eadem potentia et vi cum spe, si succederet sibi, et ita haberet pro obiecto suo arduum quod est absens, si ita esset quod hoc intelligeretur per nomen 'ardui', – quod

APSZBNYQ(μυ)

192 etiam = A | principalis] *ante* potentia Q *add.* et (et] vel N *om.* Y) principaliter SBNY 193 autem] quod Y | quippe] apparet N *om.* Q 194 concupiscibilibus SB 195 finiuntur] terminantur Q | ita] sic Q | et *om.* Z | cum ibi etiam] c. i. Z *om.* Q | sit] est Q 196 ipsius *om.* Q 198 arguo Q 199 Et *om.* NY 200 Quia] Et quod S Et $P^{1}$Z *praem.* Et BNQ *om.* $P^{\prime}$ | bono] obiecto Y | bene et male] b. vel m. B et m. et b. P m. Q 201 intelligis = A intelligatur BNY intelligitur *rell.* μυ 202 ipsius *om.* Q 202-203 cui dicitur arduum] c. additur a. Y *om.* Q 203 tertio modo] t. Q *om.* NY | appretiabile = Pμυ apprehensibile S appetibile *rell.* μ | id est] et PZB | ut] et Q 204 sibi] sit Z | Si] Et si A | modo] *om.* Y *add.* igitur Q | non] sic N | erit] est Q 204-205 irascibilis *ante* non (204) Q 205 succedit SZBQ 206 quod] *add.* eadem Y 206-207 succederet] succedet N succedit Q 207-209 et — ibi] in patria enim non est Q 207 haberet] *add.* ibi N | quod est] e. q. $P^{+}$ 208 si ita esset *om.* S | hoc — quod *om.* A

F *192* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 327T.V): «... ut secundum hoc concupiscibilis sit ipsa principalis potentia, et irascibilis sit quaedam vis in ipsa... Unde sicut in parte sensitiva passiones irascibilis oriuntur a passionibus concupiscibilis et terminantur in eis..., sic et omnes actiones irascibilis oriuntur ex actionibus concupiscibilis et in ipsas terminantur tam ex parte intellectivae quam ex parte sensitivae..., ita quod in homine oporteat ponere utrumque appetitum, et hoc quia diversimode movet appetitus intellectivus ad universale bonum, et sensitivus ad bonum particulare... Irascibilis non est... nisi propugnatrix et defensatrix concupiscibilis».

T [18] Cf. supra n. 28. [19] De tentione cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 49 pars 1 q. 6 [n. 24].

falsum est, quia non erit ibi bonum desiderabile absens. Si secundo modo, ergo in Deo non esset irascibilis[20], quia nullum est obiectum excedens respectu eius; consequens falsum, quia si – in habentibus spem – spes est habitus partis irascibilis, ergo tentio est respectu eiusdem; non videtur autem negandum Deum habere tentionem respectu sui ipsius. Si tertio modo, male ponitur 'arduum' obiectum spei distinctum contra obiectum caritatis: caritas enim inter omnes virtutes maxime respicit Deum sub ratione appretiabilis, quia sub ratione Boni infiniti (XV *Trinitatis*).

34 Praeterea, aut intelligitur appretiabilitas illa in obiecto actualiter vel aptitudinaliter. Si aptitudinaliter, quia aptum natum est sic appretiari, hoc maxime videtur pertinere ad obiectum caritatis, quia – sicut dictum est[21] – caritas potissime respicit suum obiectum sub ratione Boni infiniti in se. Si actualiter, hoc est quia voluntas illud sic appretiatur, male assignatur illa appretiatio ratio obiecti potentiae vel vis, nam ista appretiatio actualis est quia voluntas per suum actum appretiatur obiectum; tantum haec igitur appretiatio actualis passiva sequitur in obiecto, formalis autem ratio obiecti alicuius potentiae vel vis necessario praecedit naturaliter actum po-

APSZBNYQ(μυ)

209 falsum est] e. f. A | erit] est P 210-211 quia — excedens *rep. post* irascibilis (212) $S^{+}$(¶ *sign.* Vacat) 210 est *om.* S 211 eius] *add.* igitur nec tentio Q | falsum] *praem.* est YQ *add.* est N 211-214 si — ipsius] non videtur negandum quod in Deo sit tentio respectu sui ipsius, igitur et antecedens, scilicet quod in habentibus spes sit habitus irascibilis Qμυ 213 eiusdem = A solius e. ZB e. solius *rell.* 214 Si] Sed A *praem.* Sed NY | modo] *add.* sic Q | ponitur] *add.* bonum Q 215-216 caritas enim] quia c. Q 216-217 appretiabilis] appetibilis NYQ 217 quia — ratione *om.* A | finiti N | XV Trinitatis = AS XV Tr. 18 Z 18 et 5 Tr. (*pon.* 15 Tr. et 18 $P^{2}$) P 25 De Trinitate 18 B 218 aut intelligitur *om.* S | appretiabilitas illa] i. a. SB appetibilitas ista Q ista appetibilitas NY | obiecto] subiecto S 218-219 actualiter vel aptitudinaliter] apt. vel (v.] aut NQ) act. PZNQ *praem.* habitualiter (h. *om.* $B^{2}$) vel SB act. Y 219 quia] *add.* scilicet PQ | est *ante* aptum Q 220 appretiari] appeti Q | videtur pertinere] pertinet Q 221 quia] et SZ *add.* et B | sicut] ut Q | potissime *om.* Q | respicit] *add.* Deum vel Q | suum obiectum] o. s. NYQ 222 Boni *om.* Q | est *om.* Y | quia] quod Z 223 illud] *post* sic N idem $P^{2}$Z *om.* $P^{2}$Q | male] *praem.* tunc Q | illa appretiatio] ista a. PSZBN a. ista esse Q | ratione Y 223-224 ratio — appretiatio *om.* N 224 nam] quia Q | appretiatio] *add.* passiva Q 225 suum actum] a. s. BQ | obiectum; tantum] t. o. Q | igitur] autem Q 226 actualis] *post* passiva Q talis Z | obiecto] *add.* rationem formalem obiecti Q 227 vis] visus S | necessario = A 227-229 praecedit — vis *om.* S 227 actum] *add.* illius Q

F *217* AUGUST., *De Trin.* XV c. 18 n. 32 (CCL 50A, 507-508; PL 42, 1082-1083).

T [20] scil. vis irascibilis. [21] Cf. supra n. 33 (in fine).



tentiae vel vis; appretiatio autem naturaliter non potest esse ratio obiecti potentiae vel vis.

Praeterea, actus adaequatus vi irascibili est 'irasci', sicut actus adaequatus intellectui est 'intelligere'; 'irasci' autem non potest respicere pro obiecto bonum arduum, – et hoc etiam nullo dictorum modorum[22], quia secundum Philosophum II *Rhetoricae* suae: «Irasci autem est appetere vindictam sive punitionem». Hoc 'appetere' respicit pro obiecto vel ipsam punitionem vel ipsum punibile; neutrum est appretiabile; ergo irascibilis non respicit pro obiecto arduum. – Haec ratio improbat secundam rationem pro opinione praedicta[23], quia si 'irasci' est actus irascibilis[24], ex hoc arguitur quod non distinguitur a vi concupiscibili per rationem boni ardui distincti a bono delectabili. 35

[8] Contra tertiam rationem[25] arguitur, quia etsi 'illud quod natum est impedire delectationem alicuius potentiae per aliquem actum positivum' expugnandum sit per aliquem actum ad hoc ut potentia quiete delectetur, tamen quod non est natum impedire nisi tantum privative, non oportet expugnare positive, sed privative tantum, scili- 36

APSZBNYQ(μυ)

228-229 appretiatio — vis *om.* ZBN 228 appretiatio autem] igitur (*add.* talis Q) a. PQ igitur appretiare tale Y | naturaliter] *add.* talis P | esse *rep. ante* potest A 229 obiecti] formalis o. talis Q 230 actus adaequatus = AQμυ tertio (secundo Z) ac. ad. PZB tertio (tertia NY) ratio ac. ad. (adaequati NY) SNY | vi irascibili] irascibilis Q 231 intellectui] inte. (!) Q | intelligere] intelligibile A | irasci autem] sed i. Q 232 et — dictorum] aliquo praedictorum Q 233 secundum — suae] ut dicitur II Rhetoricae *post* punitionem (234) Q | II] III A I NY | Rhetoricorum N | suae = A 234 Irasci *ante* secundum (233) NY | autem = A | vindictam] vi non causam (!) Q | sive] vel Y | Hoc] Nullum autem Q 234-235 Hoc — punitionem *om.* B 235 pro obiecto *om.* Z 236 neutrum] *praem.* et P *praem.* quia NQ *praem.* in Z | appretiabile] appetibile NYQ 236-237 pro obiecto arduum = A a. p. o. *rell.* a. μυ 237 Haec] Et haec NYQ 238 praedicta] dicta P | arguitur] concluditur P sequitur NYQ 239 distinguitur] *add.* irascibile Y | vi *om.* YQ 239-240 rationem — distincti] bonum arduum distinctum Y 241 tertiam] *post* rationem N secundam AY | quia] quod N | quod] *add.* non Y 242 delectationem] dilectionem S | aliquem = $AS^{1}B$ 243 positum B 243-244 expugnandum — delectetur *rep. post* oportet (245) $S^{+}$(¶ *sign.* Vacat) 243 expugnandum — actum] expugnando A | sit] *ante* expugnandum Q sicut Y | sit — actum *om.* S | aliquem actum] ac. al. P 244 quiete *om.* Y | non *om.* Q | est natum] n. e. NYQ | nisi *om.* Y 245 repugnare Y | tantum] *ante* privative$^{2}$ Q *rep. ante* privative$^{2}$ P *om.* Z

F *233* ARISTOT., *Rhetorica* II c. 2 (AL XXXI$^{2}$ 221; B c. 2, 1378*a* 31): «Sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis».

T [22] Cf. supra n. 33. [23] Cf. supra n. 29. [24] Cf. ibid. [25] Cf. supra n. 30.

cet fugiendo; actus autem vitiosus non expugnat positive delectationem concupiscibilis ordinatam, quia non simul insurgit ille actus quasi impediens istum actum ordinatum concupiscibilis; ergo non oportet illum actum expugnari nisi tantum privative, scilicet fugiendo vel impediendo ne talis actus insit. Sed cuius est concupiscere honestum, eius est fugere inhonestum; ergo concupiscibilis expugnat. – Praeterea, ponitur concupiscibilis non repugnare vel non [9] propugnare, quia illa repugnatio impedit delectationem[26], – et tamen postea, narrando, d i c i t u r quod concupiscibilis defenditur per irascibilem, ne in sua delectatione perturbetur: ista duo videntur opposita, scilicet quod potentia propugnans impediat concupiscibilem, et quod non impediat sed salvet eam in delectando.

37 Ex isto etiam improbatur quarta ratio, quae assignat istos diversos actus vi illi irascibili[27]. Posset etiam argui quod aliqui illorum actuum non conveniant irascibili, saltem in parte sensitiva, quae non habet actum circa futurum ut futurum.

38 Quod additur in prima ratione, quod 'concupiscibilis appetit bo-

APSZBNYQ(μυ)

246 actus autem] sed act. Q | vitiosos $S^+$ | expugnat] impugnat nec impedit Q | positive *om.* A 246-247 delectationem] dilectionem S 247 ordinatam] *ante* concupiscibilis Q ordinata (!) Z ortam Y | ille] iste N talis Q 248 quasi] quia (*add.* est Z) ZN | istum] illum PZB *om.* Q | ordinatum *om.* Q 248-249 ordinatum — oportet *om.* N | ordinatum — actum *rep.* B 248 concupiscibilis *om.* Y 249 actum] *ante* illum YQ *om.* N | expugnari] expugnare Q repugnare NY | tantum privative] p. t. NY | scilicet] *om.* P *add.* tantum N 249-250 fugiendo — actus] ne Q 250 cuius] tantum Y | concupiscere] *add.* obiectum Q 251 est] enim Y *add.* et PBNY | fugere] *add.* obiectum Q | ergo] ideo Y 251-252 expugnat] repugnat Y 252 Praeterea] Primo $B^1$ *add.* primo SNY | ponitur] *add.* quod Qμυ | concupiscibilis] concupiscibile APS concupiscibilem ZN | non *om.* S 252-253 repugnare vel non propugnare = A repugnare PB´ repugnat Q propugnat μυ propugnare $B^1$ *rell.* 253 illa] ista PZNQ | repugnatio = ASB´ propugnantia Z pugna Qμυ propugnatio $B^2$ *rell.* 253-254 tamen *om.* Q 254 narrando] variando (!) Y | quod *om.* $P^±$ 255-256 duo videntur] v. d. Q 256 scilicet] *post* quod NY *om.* Q | propugnans] repugnans $B^+$ 256-257 impediat concupiscibilem] i. concupiscentem BY *om.* S 257 salvat Z | eam] *rep. ante* sed PSZB *om.* Y | delectando] dimicando Z 258 etiam improbatur] impeditur Z | quarta *om.* Y 258-259 quae — diversos] qua assignantur illi diversi Q 259 vi illi = A i. S in μυ ipsi *rell.* | irascibili] irascibilis Y articuli (!) B | etiam] enim NY | illorum] istorum Y 260 conveniunt Q 261 futurum²] *add.* est NYQ 262 prima] ipsa Q 262-263 bonum aliquod = AS a. b. NY b. aliud PZ a. aliud b. B aliquid Qμυ

F *254* HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 15 in corp. (f. 326Q): «Sicut concupiscilis in illud [scil. in bonum] movetur ut ipsum apprehendat et in eo quiescat, sic irascibilis in idem movetur ut ipsum defendendo custodiat ne quies concupiscibilis circa ipsum disturbetur».

T [26] Cf. supra n. 30. [27] Cf. supra n. 31.



num aliquod a concupiscente concupitum ut commodum sibi'[28], videtur improbabile, quia in Deo non negatur concupiscibilis, sicut nec delectatio perfectissima, et tamen non concupiscit aliquid tamquam sibi commodum, quia nihil aliorum est commodum sibi.

Quantum igitur ad istud, potest dimitti dubium 'an in voluntate sit irascibilis et concupiscibilis' usque ad distinctionem 34[29]; et si debeant poni in voluntate, videntur poni propter distinctionem virtutum moralium perficientium voluntatem[30], non autem propter distinctionem virtutum theologicarum (scilicet spei et caritatis) sicut ponit ista opinio[31]. 39

Praeterea, sicut vis praesupponit potentiam, ita obiectum praesupponit obiectum; ergo actus ipsius vis includit actum potentiae circa obiectum eius et aliquid additum[32]; sed tale addens est universaliter nobilius (apparet hoc in omnibus actibus addentibus ad se invicem); ergo si irascibilis est vis et concupiscibilis est potentia, actus spei esset simpliciter nobilior actu caritatis, – quod falsum est. 40

[3. – QUID DICENDUM DE TERTIAE VIAE IMPROBATIONE]

⟦Prima ratio contra G a n d a v u m, de arduo[33], confirmatur: si excedens illud est condicio obiecti cuiuscumque virtutis supernatura- 41

APSZBNYQ(μυ)

263 concupitum *ante* a Q | ut = Qμυ 263-264 videtur improbabile] non v. probabile Q 264 non *om.* $S^+$ 265 aliquid] *add.* aliud ab eo B 266 sibi commodum = A c. ZN c. s. *rell.* μυ | quia — sibi² *om.* BNY 267 istud] illud ASZ hoc Q | potest dimitti dubium *post* concupiscibilis (268) Q 268 sit] *ante* in (267) N sint Y | 34] *ante* distinctionem PZ 24 Q | et²] ut A 268-269 debeat B 269 videntur poni] p. v. Q 270-271 moralium — virtutum *om.* PY 271 theologicarum *rep. ante* moralium (270) $B^+$ | scilicet = A 272 ponit] posuit Q | ista opinio] illa o. Y in i. opinione Z 273 supponit B | ita] *add.* et Q 273-274 praesupponit obiectum] eius Q *om.* N 274-275 ergo — obiectum *om.* S 274 actum] *add.* ipsius NY 275 sed] et Z | sed tale addens] s. t. (t.] illud N) additum NQ *om.* Y 275-276 est universaliter] u. e. Q 276 hoc = A | actibus *om.* Q | addentibus] antecedentibus NY | ad se] ad NY sibi Q 277 si *om.* Q 278 esset] erit Q | quod falsum est] q. e. f. SZB *om.* NYQ 280-494 Prima — magnum = APSZB [*post* moralibus (910) P]; ¶ *text. sign.*: a, Extra usque b (*cf. ad* 494) $A^1$ Hoc est extra in libro Ioannis $P^2$ Extra *et lin. anfractuosa* $S^1$; *adnot.* In aliquibus originalibus ponitur unum longum exemplum [*reapse*: longum Extra] hic (*sed textus non affertur*) μ *et similiter in* υ 280 Prima] *praem.* Praeterea SZB | contra] supra $S^+$ | Gandavum] Henricum PSZ

T [28] Cf. supra n. 28. [29] Cf. infra d. 34 n. 48-50. [30] Cf. ibid. n. 51. [31] Cf. supra n. 27, et verba Henrici ibid. sub n. 28. [32] De huiusmodi additionibus, obiectum diversimode circumstantionatum ostendentibus, cf. infra n. 90-99. [33] Cf. supra n. 33-34.

lis, ergo nullius specificativum; si appretiabile, aut actu aut habitu, ita quod secunda ratio est pars primae.

42 Item, secunda ratio, de 'irasci'[34], pro ipso valet ad distinctionem virium, et non solvitur dicendo 'irasci est quoddam nolle respectu impediendis'[35], quia summe nolens – utpote sciens 'impediens non posse amoveri' – summe tristatur, nec irascitur tamen.

43 Respondeo: sicut velle entis ad finem non est efficax nisi sequens cognitionem de possibilitate attingendi finem, ita nolle impediens est quoddam velle privationem entis ad finem, – nec est efficax nisi sequatur cognitionem possibilitatis attingendi; tamen velle efficax et non-efficax non variantur specie, sed tantum formaliter (quantum forte ad intentionem, vel quantum ad cognitionem primam possibilitatis attingendi vel non).

44 Contra: irascens non tantum vult – efficaci volitione – impediens amoveri a se, sed vult impediens puniri, ita quod non quiescit impediente cessante quousque impediens puniatur. Patet in brutis: si prius impediens delectationem *a*, recedit, *a* non quiescit nisi vindicet; si contra[36] impediens *a*, fuit iratus contra aliquod impediens, *a* non fuit iratus, et tunc – illo recedente – *a* non prosequitur ad vindicandum (puta cornix cornix, cornix tertium). Quod autem accipitur de 'adaequatione'[37], videtur falsum, quia in irascibili est timor et spes 'passiones'; ergo non omnis passio eius est ira.

45 Respondeo: quattuor illae passiones primae[38] possunt esse circa

APSZB

282 nullius specificativum] n. specificativa PB n. (nulla Z) specifica SZ 283 primae] *add.* Similiter, arduum illud dicit relationem rationis; ergo non est formalis ratio obiectiva habitus realis P 284 irascibili B 284-285 pro — irasci *om.* $S^{\pm}$ 284 ipso] eo B 285 est] esse P | nolle] velle Z 287 tamen] *ante* irascitur B *om.* PSZ 288 efficax *om.* SZ 290 privationem entis] privative e. PB praevenientis SZ 291 nisi sequatur] nec sequetur SZ 292 variant speciem B | formaliter *om.* P 293 forte] *ante* quantum P *om.* SZB 294 pertingendi PSZB 296-297 impedimento PB 297 Patet] *add.* enim B 298 recedit] non recessit Z *praem.* non $P^2$ | $a^2$] id est Z 299 si] sed P | iratus] *add.* si autem B | $a^2$ = AB 300 persequitur PSZB 301 $cornix^2$ — tertium] cornus PB | Quod autem] Q. tamen S Quantum A Quod B 302 falsum *om.* SB | quia] quod Z 304 passiones primae] pr. pas. PSZB

T [34] scil. secunda ratio Henrici, cf. supra n. 29. [35] Cf. supra n. 35. [36] scil. 'Si e contra' seu 'Si vero'. [37] Cf. supra n. 25. [38] Cf. THOMAS, *De veritate* q. 26 a. 5 in corp. (XXII[3] 764*a*): «Quattuor sunt principales animi passiones, scilicet tristitia, gaudium, spes et timor. Cuius ratio est quia 'principales passiones' dicuntur quae aliis priores sunt et earum



delectabile concupiscibile et circa offendens vindicandum; primae sunt in concupiscibili et omnes aliae in irascibili. Et sicut quattuor primae sunt circa obiectum adaequatum concupiscibilis, scilicet delectabile, tamen 'diversimode apprehensum haberi' carere praesentialiter in futuro, ita quattuor aliae[39] sunt circa offendens vindicabile, apprehensum ut nunc vel post vindicandum, vel non irascendum. Ergo quod intenditur ibi de obiecto primo, verum est.

Sed praemissa ibi de actu adaequato[40] non est vera, quia licet 46
'sperare' sit quoddam irasci, quia est quasi velle efficax vindicandi, tamen 'timere non vindicare' non est irasci, quia retrahit a vindicta.

Respondeo: 'timere non vindicare' est quasi quoddam 'nolle 47
non vindicare', sicut 'sperare' est quoddam 'velle vindictam' et quidam dolor de non-vindicta. Dic quod dolere istud et illud de praesenti non est formaliter irasci, sed alia passio, consequens tamen irasci; sicut timere et tumere[41] in concupiscibili non est formaliter concupiscere, sed[42] passiones aliae ortae a concupiscibili. Ergo utraque vis – tam irascibilis quam concupiscibilis – non nominatur a passione adaequata, sed a principalissima. Patet de timore, quia apprehenso nocivo ut quodam futuro, concupiscibilis timet, et ex hoc dolore quodam irascitur contra nocivum inferens et praecipit expugnare,

APSZB

305 et] *add.* etiam PSZB | circa] quattuor contra $P^{+}$ | offendens] *add.* per Z 306 et = A 307 obiectum] *add.* primum B 308-310 tamen — vindicabile *om.* Z 309 sunt *om.* $S^{\pm}$ | circa] contra $P^{+}$ 310 post] primo P 310-311 irascendum] vindicandum P 311 intenditur] intelligitur $B^1$ 312 ibi = A 313 quia] *add.* (= *rep.*) retrahit ad vindictam (*cf.* 314) B 314 a vindicta] vindictam B ad vindictam S 315-317 Respondeo — vindicta *om.* Z 315 timere *om.* S 315-316 quoddam — est *om.* $B^{\pm}$ 316-317 non — -vindicta] eveniens, id est quodammodo dolere de non-vindicando P 316 est *ante* sperare $S^{+}$ 319 tumere] t. vel currere A timere $PS^1B$ timore $S'$ concurrere Z | in concupiscibili *rep. post* formaliter $S^{+}$ 320 concupiscibili] concupiscere PSZB 321 non] *post* a SZ *om.* B | nominatur *ante* tam P 323 quodam = A | concupiscibilis — dolore] et ex hoc doles et c. timet et ex hoc Z 324 quodam] quod SZ | nocivum] *add.* vel PSZB | et] ille Z

origo; cum autem passiones animae sint in parte appetitiva sensitiva, illae passiones priores erunt quae immediate ex obiecto appetitivae oriuntur, quod quidem obiectum est bonum et malum. Hae autem erunt quasi secundariae quae mediantibus aliis oriuntur»; *Summa theol.* I-II q. 25 a. 4 in corp. (VI 187*a*).

T [39] Cf. THOMAS, *De veritate* q. 26 a. 5 in corp. (XXII[3] 765*a*): «Aliae vero passiones concupiscibilis, ut amor et desiderium, odium et fuga, etsi sint per se ex bono vel malo, non sunt tamen primae in suo genere, cum praesupponant alias in eadem potentia exsistentes». [40] Cf. supra n. 35. [41] seu inflari. [42] supple: sunt.

et sic praevenit dolorem de nocivo praesente et praeservat ab isto. Quod si irascibilis timeat expugnare, si multum timeat, non expugnat, et evenit dolor, quia nocivum occurrit.

48 Consimiliter spes prima potest esse sine spe secunda, si nihil apprehendatur impeditivum primi sperati.

49 Nota: spes irascibilis minuit timorem et dolorem concupiscibilis; timor autem perfectus irascibilis – vel dolor eius – auget dolorem concupiscibilis. Unde summe dolet appetitus patiens summum nocivum praesens et desperans posse illud nocivum repellere.

50 Istius nota: prima pars forte vera est, secunda falsa, quia licet animal vel appetitus forte plus doleat quando secundum utramque vim dolet, tamen una minuit aliam, cum sint compossibiles.

51 Secunda oritur ex prima; effectus non minuit causam; ergo utraque pars non est falsa, loquendo proprie quoad intensionem de viribus, – vera de appetitu quoad extensionem.

52 Contra tertiam rationem Henrici non bene supra arguitur[43], quia sicut pugnamus ut pacem habeamus, ita voluntas pugnat contra motus inordinatos insurgentes tunc, ut post convenientius et quietius vacet contemplationi; ergo pro tunc, quando irascibilis pugnat, impedit delectationem concupiscibilis, sed intenditur quies secutura. Non igitur contradicit sibi ipsi Henricus quando dicit quod[44] impedit concupiscibilem a delectatione et quod pugnat ut delectetur quiete[45] (supple: postea, habita victoria).

---

APSZB

326 si] etsi PZB si et S | timeat$^2$] timeatur Z 327 occurrit *om.* Z 328-329 apprehendatur] a. (apprehensum Z) vindicabile PSZB 329 primi sperati] prosperati P 330 Nota] *add.* quod B 331 autem = A 332 concupiscibilem P$^+$ 332-333 nocivum *om.* Z 333 posse *om.* Z 334 Istius *om.* Z | fortiter Z 335 forte = A 336 una] unus PZB unde unus S | minuit aliam] non dolet (d. *om.* B$^1$) m. alium simpliciter B alium simpliciter non (n.] unde S) m. PSZ 337 Secunda] Immo sec. (*add.* si B) PSZB | oriatur SB | effectus] *praem.* et PSZB 338 pars] *add.* illius intensionis (int. *om.* B$^1$) B | non *om.* PB | quoad] quantum ad PZ 340 non] unde P$^+$ 341 quia] quod B | sicut *om.* SB | repugnamus Z 342 convenientius et = A 343 quietius] *add.* post B | pro] per S | irascibilis] *ante* pro P *ante* quando SZB 344 delectationem] electionem AS 344-345 secutura] *comp. illegibile* B 345 ipsi = A | Henricus] scilicet Z | quando *om.* P 345-346 dicit quod] dicendo q. P *om.* SZ 346 propugnat PSZB

T [43] Cf. supra n. 36. [44] supple: irascibilis. [45] Cf. supra ad lin. *254*.



Quod dicit opinio Henrici etc. de potentia et vi[46], non bene improbatur[47], quia exponatur sic: concupiscibilis est principalior, irascibilis autem minus principalis, quia semper circa ens ad finem respectu concupiscibilis, – ergo propter principalitatem dicitur potentia (supple: magis quam alia), licet utraque sit eiusdem potentiae. 53

Contra: ergo potentia in nullum actum potest immediate, unde potentia, sed tantum per vim aliquam. 54

Item, non omne habens concupiscibilem potest in actum irascibilis, sed e converso; ergo irascibilis nobilior, iuxta ultimum argumentum improbans opinionem quod obiectum addit super obiectum ut actus super actum[48]. 55

Hic respondeo: ubi[49] est, est propter nobilitatem concupiscibilis, cuius quietem natura principaliter intendebat; ubi non est, non curavit natura. Ita de quiete illius concupiscibilis, ideo[50] negavit irascibilem. 56

Arguitur pro opinione: spes est 'passio' in irascibili sensitivo; ergo spes 'virtus' in irascibili voluntatis. 57

Respondeo: consequentia non valet, quia spes est passio ipsa quasi quoddam initium fortitudinis, quae est in irascibili. Spes virtus est ad actum istum, ad quoddam 'desiderium' efficax commodi, consequens apprehensionem eius sub ratione praemiabilis ab aliquo pro meritis, quod 'desiderare' dicitur 'expectare'; ergo est in concupiscibili voluntatis. Illud autem quo voluntas expugnat non est spes, quia tunc non haberet Deum pro obiecto, sed expugnabile, – sed ille habitus correspondens spei secundae passioni est virtus fortitudinis. 58

---

APSZB

348 dicit] *add.* etiam B | opinio — etc.] Henricus PSB *om.* Z 349 quia *om.* Z | exponitur PB 350 autem = A | circa ens] trahens P 351 dicitur] *add.* una B 352 magis] *praem.* scilicet B | eiusdem potentiae] p. e. B 353 nullum actum] a. n. Z$^+$ 353-354 immediate, unde potentia] u. i. Z 355 omne] esse B$^+$ | concupiscibile A 355-356 irascibilem P 357 opinionem] Henricum PSZB | addet AS 358 ut] et PSZB 359 Hic] Haec P | respondeo] *add.* (= *rep.*) ubi est opinio quod obiectum addet (*cf.* 357) A$^+$(¶ *sign.* Vacat) | est$^2$ *om.* B 360 natura] non Z 361 curat P 361-363 curavit — Arguitur *rep. ante* est$^1$ (359) Z$^+$(¶ *sign.* Vacat) 363 Arguitur] Aliter (*etiam in textu rep.* Z) PZ | opinione] Henrico PSZB 365 spes] *add.* secunda PB | est passio ipsa] p. e. PSZB 365-366 quasi *om.* Z 367 istum] *add.* quasi PB 368 praemiabilis ab *rep.* B$^+$ | aliquo] alio PSZ 371 pro] in P | ille] iste PZ 372 spei] spes P *om.* SZ

T [46] Cf. supra n. 31. [47] Cf. supra n. 40. [48] Cf. ibid. [49] supple: irascibilis. [50] supple: illud argumentum (n. 40).

59 Contra: omnis ratio in obiecto, propter quam concupiscibilis nata est resilire a concupito, requirit perfectionem irascibilis fortificantem concupiscibilem ne resiliat; huiusmodi est excedentia obiecti concupiti, et non tantum obiectum impediens; ergo propter excedentiam obiecti, et non tantum propter offendens, requiritur perfectio irascibilis.

60 Negatur maior, quia obiectum adaequatum irascibili est vindicabile; non ergo excedens.

61 Contra: irascibilis est per se fortificativa concupiscibilis; ergo in omni illo fortificat in quo concupiscibilis potest deficere et resilire.

62 Respondeo: est per se fortificativa irascibilis quantum ad illa quae conveniunt fortitudini (puta aggredi et sustinere), non autem fortificat ipsam quantum ad gradum intrinsecum; et ideo quantum ad illum defectum qui provenit ex hoc 'resilire' ab hoc excedente, provenit ex hoc: quia enim[51] non est elevatus, est obiectum excedens; ergo per habitum intrinsecum elevatur ut sit proportionatus.

63 Contra: ex imperfectione propria resilit a nocivo, quia si perfectius posset, insurgeret; ergo nec requiritur ibi irascibilis.

64 Respondeo: concupiscibilis[52] – quantumcumque perfecta – posset resilire a nocivo, nec insurgeret, sed tantum fugeret nocivum; fugere non est repellere; ergo etc. Sed non haberet obiectum excedens supra in hoc, stante in obiecto ratione concupiscibilis. Et etiam in actu potest concupiscere: quantumcumque varietur actus penes maius et minus, non requiritur alia vis, sed tantum perfectio in concupiscibili. Sic est in arduo, quia arduum – ut arduum – est concupiscendum; sed potentia, ut sibi[53] proportionetur ad perfecte concupi-

APSZB

373 obiecto] *add.* aliquo P 374 resilire *in corr.* $B^1$ | a — irascibilis *om.* SZ | concupiscente A 377 tantum propter] p. secundum Z 379 quia] quod B 380 ergo *om.* A 381-383 concupiscibilis — fortificativa *rep.* S 383 irascibilis = A | illa] ipsa A 384 aggredi] agere P 385 intrinsecum] *add.* concupiscibilis PB | ideo] *add.* nec PB 386-387 resilire — hoc *om.* $P^{\pm}$ 386 excedente] excellente $P^2$ *rell.* 387 quia enim] e. q. B quod oportet SZ 389-390 perfectius] imperfectius B 390 insurgere S | nec] non B 392 insurget S | fugere S | nocivum *rep. post* fugere (392-393) B 394 supra] sine $P^{\pm}$ scilicet B | stante] instante $S^{+}$ | ratione *om.* $S^{\pm}$ | etiam = A 395 quantocumque S 396 maius] magis B | perfectio] perfecta ASZ *add.* intrinseca $PB^1$ *add.* extrinseca B´ | in] vi APB 397 ut arduum *om.* B 398 sed potentia *om.* SZ | ad] aliud A

T [51] supple: gradus intrinsecus. [52] scil. vis concupiscibilis. [53] scil. arduo.



scendum (quod est 'sperare') et[54] fiat proportionata per habitum intrinsecum ad[55] impediens vincendum, extrahit totam istam rationem obiectivam et actus circa ipsum[56]. Ratione alicuius ergo est ibi alia vis, etc.

Alia responsio ad rationem[57]: quod maior est vera proprie loquendo de 'resilire', sed numquam est sic nisi illa ratio[58] sit ratio non-diligibilis; arduum autem non est tale, immo specialis ratio diligibilis; offendens est non-diligibile. 65

Minor[59] est falsa, licet haec sit vera 'potentia de se tendit non perfecte in excedens': aliud est enim non esse dispositum ad perfecte tendendum, et aliud ad resiliendum, immo resilire praesupponit potentiam elevatam (sicut cognitiva resilit a turpi viso, ergo odit illud). 66

Item, non resilit a volitione condicionata, sed efficaci; eiusdem est autem efficax cuius est condicionata. Similiter non requiritur differentia in ostensione possibilis et non. 67

Item, si irascibilis respicit arduum, cum Deo nihil sit arduum, non est in eo irascibilis, – quod est falsum, quia appetit vindictam et vindicat. 68

Item, si irascibilis confortet concupiscibilem ne timeat, ergo cum eiusdem sit timere et confidere, irascibilis facit concupiscibilem confidere. Consequens falsum, tum quia confidere est solius irascibilis, tum quia non causatur passio in irascibili a concupiscibili, sed e converso. 69

APSZB

399 est *om.* SZ | sperare] separare $P^{+}$ | et *om. codd.* 400 ad *om. codd.* | vincendum] vindicandum PSZB | extrahit] *add.* exit $P^{+}$ 401 obiectivam] obiecti B | circa] extra $P^{+}Z$ | ipsam $P^{+}$ | alicuius] actus B 401-402 ergo — vis = A e. alia v. ibi P alia e. v. ibi B e. ipsa v. i. (i. *om.* Z) SZ 402 etc. *om.* SB 403 ad] *add.* primam PB | rationem] quaestionem SZ 405 non- *om.* B | autem = A 407 licet] *add.* sic $A^{+}$ 407-408 tendit non perfecte] n. p. t. PSZB 408 est enim] en. est ZB | perfecte *om.* B 409 aliud = P 410 elevatam] electivam Z 412 autem = A 413 in] nisi in PB | et non] tamen PB 414 cum Deo] ostendo (!) Z 415 est[1]] erit SZB | eo] Deo B | quod est falsum] q. f. e. Z contra P 417 confortat PZ | ergo *om.* PZ 418 confidere] considerare et B | facit] faciet PZ faciat B 418-419 concupiscibile P 419 tum *om.* $A^{\pm}$ 420-421 in — concupiscibili] in c. ab irascibili P ab irascibili B 420 a] *praem.* et S

T [54] Coniunctionem «et», quam sensus requirit, codices omittunt. [55] Praepositionem «ad», quam sensus requirit, codices omittunt. [56] id est: et actus operantes circa ipsum impediens. [57] scil. ad rationem n. 59. [58] scil. quae inducit ad resiliendum. [59] scil. rationis n. 59.

70 Respondeo: concupiscibilis numquam timet, quia 'timere' est respectu ardui.

71 Contra: aliud est 'timere amittere', et aliud 'timere vindicare in offensis', quia prior timor sine secundo esse potest. Puta: apprehendatur gratia ut amissibilis a viatore, timet amittere; non apprehendit tunc diabolum auferentem, contra quem irascatur vel timeat vincere.

72 Item: ex qua passione concupiscibilis oritur ira contra offendens futurum, scilicet ablaturum delectabile, – nonne ex timore amittendi?

73 Praeterea, aliqua passio sequitur apprehensionem mali futuri in concupiscibili, sicut dolor apprehensionem mali praesentis: quis est ille respectu futuri?

74 Item, dolor et gaudium sunt in irascibili, et per te spes et timor[60]. Quare ergo non possunt esse omnes passiones circa delectabile sicut circa arduum vel offendens?

75 Respondeo: fuga!

76 Contra: fuga sequitur et dolorem et istam passionem.

77 Nec est passio, quia non ab obiecto.

78 Item, si sola irascibilis timet, ergo concupiscibilis – si esset sola – numquam resiliret, quia non a delectabili ut delectabile; immo sic inhaereret non ut arduum, quia sic non habet aliquem actum circa ipsum, quia non est obiectum eius; ergo non requiritur irascibilis ad confortandum concupiscibilem.

79 Respondeo: concupiscibilis resilit licet non timeat, quia arduum non est sic proportionatum. Et cum dicitur quod nullum habet actum circa illud[61], concedo tendendo in illud, sed ab illo resiliendo[62].

---

APSZB

424 et *om.* PB 425 timor] timet A | sine] *spat. vac.* P | secunda APSZ | esse potest *om.* PSZ 425-426 apprehenditur PSZB 427 auferentem] *add.* nec alium quemcumque P *add.* nec aliquem quantumcumque B | irascatur] irascitur $P^{2}$Z irascebatur A | timeat] timebat A 428 Item] Similiter P *add.* similiter SZ | concupiscibilis *om.* Z | ira] ita $P^{\pm}$ 429 scilicet ablaturum delectabile *om.* S | ablaturum] ablatum B ablatarum Z | nonne *ante* scilicet Z 435 Quare] quia B | ergo = A | esse *post* passiones PSZB 435-436 delectabile] electionem SZ 436 vel] et P 437-438 fuga — fuga] fugam A 438 $et^{1}$ *om.* B | istam] illam SZB 439 non ab obiecto] in absoluto B 440 ergo] sola P | si esset sola] sola (*om.* $P^{1}$) si e. PSZB 441 quia *om.* B 442 inhaereret] *comp.* SZ | aliquem *om.* A 445 Respondeo] Praeterea Z | resilit *om.* $P^{*}$ 446 sic] sibi PSB 447 circa illud *om.* Z | concedo] conceditur SB concedatur P *om.* Z

T [60] Cf. supra n. 45 et nota 38. [61] Cf. supra n. 78. [62] id est: concedo quod nullum habet actum tendendo in illud arduum, sed habet resiliendo ab illo.



Item, quod affectio commodi et iustitiae sunt sicut duae potentiae (similiter de irascibili et concupiscibili), probatur: illud non est formaliter potentia ad aliquam actionem quo habito potest stare sine repugnantia impossibilitas ad illam actionem, et haec impossibilitas intrinseca (et additur 'intrinseca', propter instantias de impedimentis[63]); sed habita potentia vel vi ad volendum commodum, potest stare talis impossibilitas ad volendum iustum (similiter de concupiscere et irasci); ergo etc. 80

Probatur minor[64]: appetitus intellectivus, unde talis, est potentia ad commodum; sed cum illo, ut sic, stat sine repugnantia non-libertas, quia 'prius' potest stare cum opposito 'posterioris'. Haec duo 'esse appetitus' et 'esse appetitus talis cognitivae' praecedunt naturā rationem libertatis, – ultra, cum quo stat non-libertas, stat impossibilitas ad volendum iustum. – Confirmatur: libertas non est illa ratio a qua[65] per se appetit commoda intellecta, tum quia, si esset sine libertate, appeteret illa, tum quia voluntas naturaliter est maxime prona ad appetendum maxima commoda; sed libertas moderatur hanc pronitatem ne immoderate velimus; ergo libertas non est illa ratio in voluntate qua appetit commoda, immo magis quandoque quasi retrahens. 81

Confirmatur totum istud[66] per Anselmum *De casu diaboli* 12 et 13, de voluntate informata affectione commodi, sive iusta immoderate velit esse commoda, nec poterit peccare. Si illa separatio[67] in- 82

---

APSZB

448 sunt] sint SZB | sicut *om.* PB 449 et concupiscibili *om.* P 451-452 ad — intrinseca$^{1}$] i. ad illam actionem PSZB 452 addatur B | instantias] *comp.* B 454 similiter] sic $P^{*}$ | de] ad P 454-455 concup. (!) et irascibili B 455 etc. = A 456 talis, est] e. t. Z e. t. est SB 457 cum illo] c. ipso SZB tamen P 458 Haec] Habetur $S^{+}$ 459 et esse appetitus *om.* SZ | appetitus talis cognitivae] sine tali cognitione P 460 non- *om.* ASZ 461 volendum] velle PB *praem.* non SZ | Confirmatur] Contra Z 462 si] non Z 463 appeteret] *praem.* si Z | naturaliter] nostra nunc P *add.* nunc B 463-464 est maxime prona] m. p. e. PB p. proposita e. Z propria e. S 465 ne immoderate] naturae immoderatae $A^{+}$ 466 voluntate] *add.* sua P | quandoque] *add.* velit (*cf.* 470) $B^{+}$ 468 istud] illud AZ | Anselmum] fictionem Anselmi PB 469 conformata SZ | iusta] iustitia PB 470 velit esse] volet tunc PB

F *468* ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 12-16 passim, sed praesertim c. 12 (ed. SCHMITT I 255; PL 158, 344); c. 14 (p. 258; col. 346-347); c. 16 (p. 259-260; col. 347-348). – Sed vide etiam inferius n. 110.

T [63] Cf. supra n. 36. [64] scil. minor rationis n. 80. [65] supple: appetitus intellectivus. [66] Cf. supra n. 81. [67] scil. separatio iustitiae a voluntate.

cluderet contradictionem, nulla esset positio[68] non solum in re, sed nec in intellectu; nec posset[69] ostendere quid competeret voluntati tali sine libertate, propter contradictionem inclusam.

83 Similiter probatur minor de concupiscentia et ira[70], quia unde habet appetitus vim concupiscendi? Non ab irascibili nisi posterius; ergo 'prius' stat cum opposito 'posterioris'[71].

84 Istud argumentum[72] posset esse commune ad multa. Ideo respondeo ad maiorem: 'illud'[73] realiter, id est 'illa res vel natura', – et concedo. Sic minor falsa; nec probatur nisi quod una ratio est in se sufficiens ad hoc et non ad illud (concedo); et ideo ratio potest stare in intellectu cum opposito rei; sed ambae necessariae sunt in una re.

85 Nota quod spes secunda[74] est quasi quoddam initium fortitudinis, quia 'bene nati ad illam medietatem' sunt bene apti ad regulandum illam passionem, et ita ad fortitudinem; timor secundus est quasi quoddam initium timiditatis vitii, unde 'natus ad spem' est bene natus ad timorem: natus enim ad hanc[75], dispositus est ad audaciam, alius adhuc ad timiditatem. Spes secunda et timor ponuntur circa 'vindicare', quae sunt passiones irascibilis circa 'sufferre', siquidem 'patientia' est quaedam fortitudo et in irascibili.

86 Respondeo: constantia[76] et inconstantia.

87 Si dicis 'nullum sufferre inconveniens est appetitui sensitivo nisi
88 ex imperio rationis', – contra: brutum sustinet modicum triste ne perdat delectabile magnum.⟧

---

APSZB

471 nulla] nec $P^{2}$ | positio] potentia B | non *om.* Z  474 concupiscentia et ira] concupiscibili et irascibili PB | quia] q. quia quaero B  478 maiorem] ⌐...⌐ $P^{+}$ | illa] nulla A  479 et = A | concedo *rep.* B | falsa] *praem.* est Z *add.* est P  479-480 est in se] in se e. PSZB  481 stare *om.* SZ | in] cum $S^{+}$ | necessario P  484 medietatem] mediocrem B  485 illam] aliquam SZ | secundus] eius $S^{+}$ unde $B^{+}$  486 vitium B | unde] *add.* bene B  487 natus enim] male n. PSZB | est *om.* Z  488 ponuntur] *comp.* A  489 sufferre] sufficere Z  490 patientiam $P^{+}$ | est quaedam] q. e. (e. *rep.* A) AZ *om.* B | in *om.* B  491 constantia] *praem.* est P  492 dicas P | sufferre] sufficere Z | conveniens P | est] esse SZ  493 rationis] voluntatis B  494 delectabile magnum] m. d. PSZB; ¶ *sign.* b, Extra usque huc (*cf. ad* 280-494) $A^{1}$

T [68] scil. Anselmi. [69] supple: Anselmus. [70] Cf. supra n. 80. [71] Cf. supra n. 81. [72] Cf. supra n. 80(-83). [73] scil. «illud... quo habito...» (ibid.). [74] De spe prima et secunda, sicut etiam de timore primo et secundo, cf. supra n. 47-49. [75] scil. spem. [76] id est: patientia est constantia.



[II. – RESPONSIO PROPRIA AD QUAESTIONEM]

[10] Ad quaestionem ergo dicendum quod spes est virtus theologica 89
unica, et distincta a fide et caritate.

Quod persuadetur sic: experimur in nobis hunc actum 'desidera- 90
re Bonum infinitum esse nobis bonum, et hoc a Deo se ipsum nobis liberaliter conferente, non quidem primo, sed propter aliquid sibi acceptum ordinatum ad illud, ut propter merita'; iste actus est bonus, circumstantionatus debite; ergo ad ipsum potest esse virtus.

Assumptum patet discurrendo per circumstantias: 91

'Obiectum quidem actus est Bonum infinitum': circumstantia prima includitur in hoc quod dicitur 'desiderare', quod est 'velle' absolute, non cuiuscumque, sed absentis; Deus viatori est absens in ratione obiecti perfecte habendi; ergo 'velle', tendens in ipsum sub tali ratione, ex ea parte habet circumstantiam debitam.

Quod additur etiam 'esse nobis bonum', est circumstantia debi- 92
ta tibi, quia illud Bonum est conveniens illi cui appetitur esse bonum; nullum autem bonum sufficienter quietat illud appetens nisi infinitum.

Quod additur 'a Deo' etc., notat circumstantiam debitam ex par- 93
te eius a quo: non enim potest illud Bonum communicari nisi a se liberaliter conferente.

Quod additur 'non primo' etc., notat dispositionem convenien- 94
tem ex parte eius quo scilicet ad illud Bonum perveniatur, quia no-

---

APSZBNYQ(μυ)

496 dicendum] dico Q *add.* est Y  497 unica et] et Z *om.* Q  498 hunc] *add.* ad B | actum] *add.* scilicet Q  499 esse] inesse Q | bonum] *ante* nobis N *om.* Q  500 liberaliter *om.* Z | conferentem (!) P | aliquid] *add.* aliud PZNYQ | sibi] *post* acceptum (501) Q *add.* tamen N  501 illud] aliud Q | ut propter merita *om.* NYQ | iste] ille Y  501-502 bonus] homo $P^{\pm}$ actus b. quia Y *add.* quia PBQ  502 circumstantionatus debite] d. c. Q | virtus] *add.* inclinans Q  503 discurrendo per circumstantias] p. c. omnes d., nam Q  504 quidem] huius Q | actus *om.* N  505 prima] *ante* circumstantia (504) Q *post* includitur $Y^{+}$ | dicitur — quod² ] est desiderata, quia Q  506 absolute, non = A n. a. *rell.* μυ | cuiuscumque *om.* NYQ | Deus] *add.* autem NY *add.* enim Q | Deus viatori] Deo viator S | in] pro $S^{+}$  507 obiecti *om.* S | ergo] dico Y  508 tali ratione] r. t. N *add.* perfecte B | ex — habet] h. ex ista parte Q  509 etiam] *ante* additur B *om.* Q | esse] inesse Q *om.* Y *add.* in A | nobis] nobilius Y | est] cum N  510 tibi = A cui Sμυ sibi *rell.* (*om.* B) | quia] quod Y | illud] istud SBNYQ  510 conveniens] debitum Q  511 autem] enim PZBNY | illud appetens] istud a. Y a. istud *ante* quietat N appetitum PZQ | nisi] *add.* sit Q *add.* in S  512 infinitum] *praem.* Bonum PZNY *add.* Bonum Q  513 Quod] *add.* autem B | circumstantiam] *add.* eius Y  514 illud = Z idem i. A hoc Qμυ istud *rell.*  514-515 a — liberaliter] Deo l. se Q  516-517 convenientem *om.* SNQ  517-518 ex — convenientem *om.* Y  517 quo] quo modo (*post* scilicet Q) PSBNQ | illud] *post* Bonum Q istud PZQ | quia] quod NQ

tat dispositionem convenientem secundum ordinationem divinam ad hoc Bonum consequendum, quia disposuit Sapientia divina non perfecte communicare se alicui nisi praeaccepto[77].

95 Patet igitur quod ille actus est rectus, quia debite circumstantionatus; ergo ad ipsum potest esse virtus inclinans, et haec 'virtus appetitiva', quia actus hic expressus est actus appetitivae[78], et circumstantiae sunt circumstantiae actus appetitus.

96 [11] Haec etiam virtus inclinans est virtus theologica. Probatio, quia respicit Deum pro obiecto immediato, nam per omnia illa quae adduntur ipsi obiecto[79] non tollitur ratio obiecti ut obiectum est: quod enim desidero illud mihi ut a tali vel tali, non tollitur quin desidero illud ut obiectum, – illud autem circa quod est actus desiderii, est infinitum, igitur et aeternum; ergo est virtus theologica.

97 [12] Quod si dicatur desiderium includere absentiam, et ita condicionem temporalem in obiecto, – videtur improbabile, quia secundum eandem rationem formalem obiecti spes respicit obiectum et tentio[80], sicut eadem formalis ratio obiecti est in quantum tenditur in illud et in quantum quiescitur in illo. Sed differentia est, quia illud obiectum est diversimode approximatum, quia absens approximatum imperfecte desideratur, praesens vel perfecte approximatum amatur. Sicut in naturalibus ignis approximatus causat intensum calorem, distans autem vel minus approximatus causat calorem remissum; non tamen propter hoc est minus ratio activi in igne distante quam propinquo. Sicut etiam sol causat radium rectum et reflexum, magis et minus distans[81].

APSZBNYQ(μυ)

518 secundum] scilicet B 519 Bonum] *ante* hoc PZ *om.* Y | consequendum] ostendendum N | disponit BNY | divina] Dei d. (!) P 520 alicui] beatifico *et sequitur spat. vac. 6 mm.* Y in uno S *spat. vac.* N nisi aliquo (a. *in ras.* $Q^2$) Q | accepto PZ 521 quod] quia A | ille] iste PSNYQ 522 ergo] *add.* si ASZ 522-523 appetitiva *in corr.* $P^1$ 523 hic *om.* NYQ | est *ante* expressus $S^+$ | appetitivae] appetitivus PNY appetitus ZQ 523-524 et — appetitus *om.* $P^*$ 523 et] nec Y 524 circumstantiae *om.* Y | appetitivus $P^?$NY 525 Probatio] *add.* primo AS *add.* primi NY 525-526 Probatio — obiecto *rep. post* theologica (530) $Q^+$(¶ *sign.* Vacat) 526 obiecto] *add.* primo B | immediate BQ | illa] ista BY alia Q 527 ratio obiecti *rep. post* tollitur (528) N | quod] quia PNYQ 528 enim] autem AS | ut] vel PNYQ | a] *post* vel Q *rep. post* vel B *om.* P | a — tali$^2$] alteri N | desidero] desiderio $P^+$ desiderem Q 529 obiectum] obiecti N *add.* est B | illud autem] igitur i. Q | desiderii] spei Q 529-530 infinitum = A actualiter i. PZB actus infiniti SNY bonum i. Qμυ 530 igitur et aeternum] i. et aeterni SN et ita aet. Q *om.* Y 531 desiderium *om.* Y | absentiam] *add.* obiecti Q 532 obiecto] opposito S | videtur improbabile] v. non probabile B hoc non v. probabile PNYQ 533 formalem obiecti] o. f. Z f. Q o. NY | respicit] *ante* spes NYQ recipit r. S 534 formalis — est] ratio e. f. NY 534-535 formalis — illo] ratio f. est tendendum illud et quiescendi in eo Q 534 formalis ratio] r. f. (f.] formaliter Z) PSZB | in quantum *om.* Z 535 quiescit Z | illo] eo NY | quia] quod SBNY 536 obiectum] *add.* quod Y 536-537 quia — imperfecte] i. N *om.* Y 536 absens] *add.* vel Q

T [77] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 129. 149 (V 202-203. 210-211). [78] supple: virtutis. [79] Cf. supra n. 90. [80] Cf. supra nota 19.



98 Ex hoc potest argui in proposito, quod sicut in effectivis illud non variat rationem effectivi quod non pertinet per se ad rationem efficiendi, ita in finibus illud non variat rationem finis quod non variat rationem terminandi; tale est esse praesens vel absens modo praedicto; ergo non variat formalitatem obiecti.

99 Hoc etiam confirmatur, quia talis absentia vel praesentia non est nisi mediante actu intellectus: quod intuitive enim videtur, hoc est praesens voluntati ut amabile, – quod videtur in aenigmate, hoc est praesens sibi ut desiderabile; diversa autem praesentia obiecti alicui potentiae non variat formalem rationem obiecti; ergo etc.

100 [13] Si etiam dicatur quod 'desiderare bonum mihi' variat formalem rationem obiecti, quia commutat bonum honestum in bonum utile, – hoc falsum est, nam illa condicio vel circumstantia 'cui', non est per se condicio obiecti, immo talis condicio potest addi super obiectum stante ratione formali obiecti eādem, sicut apparet in fide: non

APSZBNYQ(μυ)

537 desideratur] *add.* sibi S | praesens vel] p. autem v. Q ⌊...⌋ sed $B^1$ vel AS 538 ignis] *add.* magis et minus Q | causat *om.* $P^{\pm}$ 538-540 intensum — remissum] calorem r. et i. Q 539 autem = A | vel] et PZ | calorem *om.* N 540 propter hoc] secundum h. NY calor in igne Q 540-541 igne — propinquo] causando hoc vel illud Q igne NY 541 Sicut etiam] Similiter Q | etiam *om.* NY 543 Ex] Et NY | quod] quia PNY | effectibus Y | illud *om.* Q 544 rationem effectivi] ratio efficiendi Q | effectivi — rationem$^2$ *om.* ZY | quod] et $P^*$ | per se ad] ad p. se P ad se Q 545 illud *om.* SB | finis] efficiendi sic N 546 praesens vel absens = A a. v. (v. *om.* B) p. *rell.* μυ | modo] *add.* (= *rep.*) praesens modo $B^+$ 547 praedicto] dicto PZ | obiecti] subiecti P 548-552 Hoc — variat *om.* Q; ¶ *text. sign.*: Additio υ *lin. anfractuosa* μ 548 etiam *om.* Y 549 nisi *om.* S | quod] quia S | intuitive enim] e. i. P 550 praesens voluntati] v. (*praem.* esse P) p. PZNY | quod] quia Y *add.* autem B | in aenigmate = A aenigmatice *rell.* μυ 551 praesens sibi] s. (igitur Y) p. NY | obiecti *om.* NY 552 potentiae] *add.* aliquando NY | rationem] ratio (!) Z | obiecti] eius Q | ergo etc.] ergo SZQ *om.* PBN 553 etiam] ergo A *om.* PQ | mihi variat *rep.* P 554 obiecti] honesti Q 555 est$^1$] *ante* falsum PZ *om.* S | nam] quia Q | illa condicio] c. i. Q | vel — cui *om.* NQ 555-556 vel — condicio$^1$] per se Y 556 per se *post* obiecti Q 557 ratione formali obiecti = A f. r. P f. r. o. (*post* eadem NY) *rell.* μυ | eadem *om.* Q | apparet] patet Q

T [81] id est: 'sol, magis et minus distans, causat' etc.

enim credendo Deum salvatorem esse beatificantem omnium bonorum[82], habeo obiectum aliud formaliter a Deo de quo credo quod est trinus et unus et omnes alios articulos, sed per ista tantum comparo aeternum ad aliquod temporale, quae comparatio non dicit nisi respectum rationis; et eodem modo in proposito 'desiderare mihi' non dicit nisi respectum voluntatis, de quo respectu modo tango. Omnis quippe potentia collativa potest obiectum suum comparare ad aliud, et in eo sic comparato causare respectum rationis, qui non inest ex natura rei in se, sed ex actu potentiae comparantis; et ita sicut ratio, comparando obiectum suum, potest causare in eo respectum rationis, ita voluntas comparando obiectum suum potest causare circa ipsum respectum aliquem, qui potest dici 'respectus appetitus'. Talis autem respectus causatur in obiecto utibili per actum usus, quando voluntas utitur aliquo; et talis respectus potest dici causari in Deo per actum voluntatis, quando volo illud obiectum 'infinitum in eo' esse bonum mihi, quia appetitus comparat illud Bonum ad aliud – ut ad se – quadam comparatione quae non est in eo ex natura rei.

101 Quod si obiciatur 'ergo voluntas sperans mala est, quia utitur [14]
fruendo, referendo illud in aliud', – respondeo: non omnis comparatio obiecti per voluntatem ad aliud obiectum, est comparatio quae

APSZBNYQ(μυ)

558 enim] autem S | credere B | salvatorem esse] e. s. et PZBNY *add.* et Q | beatificantem] beatificatorem S *pon.* beatificatorem P$^{2}$ beatitudinem NYQ 558-559 bonorum] hominum S *om.* Z 559 aliud] *ante* obiectum Q aliquod Y | formaliter *om.* A 560 est trinus] sit aeternus Z | et unus = AB$^{1}$ | alios] *post* articulos Y *om.* Q 560-561 comparatio S$^{+}$ 561 aliquid Y 562 rationis] voluntatis Z 562-563 rationis — respectum *om.* Z 562 eodem] hoc Q 562-563 in — modo *om.* B 562 desiderare mihi *om.* NYQ 563 tangam Q 564 Omnis quippe potentia] O. p. q. Z Si enim p. Q 565 et *post* eo Y | comparando PB 566 inest] est NYQ | rei] *comp.* Y | in se *om.* Q | comparantis *om.* NYQ 567 comparando] comparandi S$^{+}$BY operando N$^{+}$ | causare] ante (!) Y 568 ita] sic (*add.* et Q) NYQ 568-569 causare circa ipsum = A ca. in eo NYQμυ ci. i. ca. *rell.* 569 respectum] effectum S 569-570 appetitivus SNYQ 570 Talis autem] et tal. Q Talis SNY | respectus *om.* PZNYQ | utibili] ita simili Y utili NQ utili alias u. A 571 respectus *om.* NYQ | dici *om.* Q 572 per actum voluntatis *om.* NYQ | obiectum = A Bonum *rell.* μυ 573 in eo = AS et Z in se *rell.* μυ | esse *om.* Y | bonum mihi = A m. b. *rell.* μυ | appetitus] voluntas Q | illud] istud NYQ 573-574 Bonum] obiectum PZNY *add.* obiectum Q 574 ut ad se] ut se S *om.* NYQ | quadam *om.* P | non est] e. n. Z n. inest S$^{+}$ *add.* ita B 576 Quod *om.* Q | obiciatur] *comp.* ZQ | sperans] separans (!) S | mala est] e. m. Q 577 referendo] *comp.* Y | illud] aliud Y | in] ad PNQ 577-578 comparatio obiecti *om.* Y

T [82] scil. hominum bonorum.



est usus, sed tantum quando comparatur ad aliud ut 'minus bonum' ordinatum ad aliud tamquam ad 'maius bonum' consequendum per illud; sic autem non est in proposito, sed voluntas comparat illud ut abundans ad minus bonum tamquam perficiendum in eo, – et haec est comparatio liberalitatis, de qua loquitur A v i c e n n a VI *Metaphysicae* suae.

[15] Quod si obiciatur, contra istud, quod non sufficit ad virtutem 102
theologicam habere Bonum increatum pro obiecto, quia tunc fides acquisita et caritas acquisita essent virtutes theologicae (habent enim idem obiectum cum fide et caritate, ut sunt virtutes infusae et sub eadem ratione obiecti), – respondeo: tres sunt condiciones quae ponuntur pertinere ad virtutem theologicam veram vel ad primam Veritatem. Quarum prima est quod respiciat Deum pro obiecto primo; secunda, quod habeat pro regula primam regulam veritatum vel primam Veritatem, puta primam regulam suorum humanorum actuum, non autem regulam acquisitam; tertia, quod immediate infundatur a Deo sicut a causa efficiente. Hae distinguuntur: sicut est alia ratio obiecti, alia regulae, alia efficientis. Si omnes tres requirantur ad hoc quod aliquid sit virtus theologica, patet quod fides acqui-

APSZBNYQ(μυ)

579 sed] *add.* hoc A | quando] *add.* maius bonum A 579-580 ad — ad$^{2}$] ad Z *om.* S 579 ad aliud *om.* Q 580 maius] magis N 580-581 per illud *om.* Y 581 sed] sic P$^{+}$ 582 abundans] *add.* bonum PNYQ | bonum tamquam] per b. S *add.* cui liberaliter conceditur NYQ | in] ab PNYQ 583 liberalitatis] *comp.* AS | VI] VIII Y 583-584 VI — suae *om.* B$^{\pm}$ 584 suae *om.* NYQ 585 Quod *om.* Q | obiciatur] *comp.* ZBNQ obicitur P$^{+}$ | istud] illud AP$^{+}$Z hoc SQ | sufficiat Q 586 Bonum] *spat. vac.* Z 587 acquisita$^{2}$ *om.* N 588 idem] *ante* enim N fides S$^{\pm}$ *om.* Y | ut — infusae] infusis PNYQ | sunt] sint S 588-589 et$^{2}$ — obiecti *ante* cum (588) Q 589 sunt … quae *om.* Q 589-590 condiciones quae ponuntur] virtutes theologicae q. dicuntur Y 590 ponuntur] videntur B 590-591 veram — Veritatem = A 591 Quarum *om.* Q | prima] potentia (!) S *om.* P | quod respiciat] respicere NYQ 591-592 obiecto primo = A p. o. *rell.* μυ 592 quod habeat] habere NYQ 592-593 primam — regulam = A p. (*add.* potentiam S) Veritatem *ante* pro (292) PSZ p. r. (r. *in ras.* B$^{1}$) *rell.* μυ 593 suorum = AZ | humanorum *om.* Z 594 tertio NY 594-595 quod immediate infundatur] im. infundi NYQ 595 a$^{2}$ *om.* Y 595-596 est alia] a. c. NYQ 596 obiecti … regulae] r. … o. NY | Si] Sed P 596-597 requiruntur PZNQ 597 hoc — theologica] virtutem theologicam Q | aliquid *om.* PZ | sit *in corr.* P$^{1}$ 597-598 fides … caritas] c. … f. Y | acquisita *om.* Q

F *583* AVICENNA, *Metaph.* VI c. 5 (II 342-343): «Verbum autem 'liberalitas'… ex sua prima impositione apud omnes linguas est donator tribuens alii extra se donum non propter retributionem… Liberalis est qui dat alii perfectionem in substantia eius vel in partibus eius, sic ut non fiat sibi retributio ullo modo».

sita et caritas acquisita non sunt virtutes theologicae, quia deficiunt in tertia condicione; pari ratione nec spes acquisita, si prima condicio sufficiat sola, vel illa cum secunda. Tunc potest poni spes acquisita virtus theologica ex hoc quod illa est circa Deum immediate ut circa obiectum, desiderando ipsum sibi speranti: etsi enim non speret illud in se fore, tamen sperat – id est desiderat – illud sibi et non aliud. Sed si secunda condicio concurrit ibi ad hoc ut sit virtus theologica, tunc habens spem acquisitam innititur immediate primae Veritati, ut primae regulae humanorum actuum vel actuum nostrorum: non enim desiderat quia prudentia acquisita dictat esse desiderandum, sed quia Veritas prima supernaturaliter nota ostendit esse desiderandum, – et illud est prima regula actuum nostrorum.

103 Et si obiciatur quod respectu spei acquisitae, fides acquisita est [16] regula et non Veritas prima supernaturaliter nota, – responderi potest quod fides acquisita non est prima regula in se; et si ipsa non sit prima regula in se, respicit tamen primam regulam. Et ita omnis virtus habens eam pro prima regula, non habet prudentiam naturalem pro regula, sed primam Veritatem, – et si non in ratione habitus, tamen in ratione obiecti habitum regulantis.

104 Et si istae duae condiciones non sufficiant, oportet dicere consequenter quod theologia ipsa non sit habitus theologicus: potest

APSZBNYQ(μυ)

598 et caritas acquisita *om.* Z | acquisitae Q | virtutis S 598-599 quia — condicione *post* acquisita (599) Q 599 pari ratione *om.* Q | spes] fides N 599-601 si — acquisita *om.* B 599-600 condicio *om.* NYQ 600 sola] sic NY *om.* Q | illa] ipsa PSZ etiam prima Q *om.* NY | Tunc] Sic Q *om.* NY | potest poni *post* acquisita (600-601) Q 601 virtus] *praem.* esse P *praem.* est $B^1$ | ex — illa] quia Qμυ | illa = A ipsa *rell.* 602 sibi = A s. ut bonum Y ut bonum NQμυ s. ut *rell.* | enim = APB autem S 603 in — tamen] fore secum Y *add.* non B | tamen sperat] s. t. N | id] hoc BNY | sibi] *ante* illud PSZB *rep. post* aliud (604) Y 604 Sed] Similiter BNQ *om.* P | si *om.* PSY | secunda] tertia P 604-605 ad — tunc] quia NYQ 604 ad hoc ut] quia ab h. quod P 605 tunc *om.* P 605-606 primae — ut *om.* Y 606 humanorum actuum vel] a. h. v. PN *om.* YQ | actuum²] *post* nostrorum (606-607) Q *om.* A 607 enim] autem ASZ | desiderat] *praem.* hoc SZBNY *add.* hoc P | quia = A quod *rell.* μυ | acquisita *om.* B | esse *om.* Q 607-608 desiderandum] diligendum Z 608 sed *om.* N | quia = A quod *rell.* μυ | nota] nobis N non Y *om.* Q 609 et — nostrorum *om.* Q 610 Et *om.* Q | obiciatur] *comp.* ZBQ obicitur P | respectu] regula Q | est] *ante* fides Q *post* regula (611) N 611 regula *om.* Q | et non *om.* N | prima *om.* SBNY | supernaturaliter nota *om.* NYQ 611-612 responderi potest] dici p. Q respondeo $P^1$ *om.* $P^2$ 612 quod] *add.* etsi Q | non — se] n. sit in se prima regula Q *om.* BNY 612-613 et — se *om.* Q 613 in se *rep. ante* non² (612) PNY | respicit tamen] t. r. PNYQ 613-614 virtus] *add.* humana Q 614 prima = A 615 sed *om.* N 616 in *om.* Z | habitum] habitus AQ | regulantis] regentis N 617 Et] Quod PBNYQ 618 ipsa] illa A *om.* Q



enim ipsa esse, et non immediate infusa a Deo sed acquisita, et hoc tam quantum ad actualem assensum et habitualem (quae est fides acquisita), quam quantum ad apprehensionem quae habetur ex doctrina; et tunc oportet multum restringere habitum theologicum.

Quod si duae condiciones primae – de obiecto et regula – non 105 sufficiant sine tertia, quae est de efficiente, tunc concedendum est quod spes, licet quantum ad hoc quod sit virtus theologica requirat duas primas condiciones, et in hoc habeatur pars propositi in hoc quod illa habet duas primas condiciones, tamen completive habetur quod sit virtus theologica ex tertia condicione, ex hoc scilicet quod ipsa nata est infundi immediate a Deo. Quod si non infundatur, non habetur ita perfecte sicut nata est haberi ex infusione: suprema enim portio rationis, cum immediate subdatur Deo, non perficitur perfectissime ab aliquo agente creato, sed immediate a Deo perficiente. Habitus autem qui natus est esse circa Deum immediate ut circa obiectum et inniti sibi immediate ut primae regulae, natus est perficere primam partem rationis et supremam; ergo licet habitus aliquis possit haberi, non tamen perfectissimus. Et per consequens, sicut dictum est supra de fide quod etsi est aliqua acquisita etiam, cum hac necessario ponitur alia infusa[83] (etsi necessitas illius infusae non possit probari per rationem naturalem[84]), eodem modo est

APSZBNYQ(μυ)

619 enim] autem AS | ipsa *om.* Q | immediata P | sed] et Z 620 quantum *om.* Q | actualem assensum] as. ac. PZNYQ | et] quam Q | quae] qui Q 621 quam] *add.* etiam Q 623 Quod] Sed Q | si] scilicet SNY *om.* Q | primae *ante* duae Q | de *rep. post* et Y 624 efficiente] agente NY $ar^{te}$ Q | tunc = AP et t. *rell.* μυ | concedendum est] concludendum e. Q contingit N 625 quantum *om.* NQ | hoc *om.* A | requirat] reprimat $Y^a$ 626 et] *add.* tunc P 626-627 et — condiciones *om.* SNY 626 hoc] in quantum habet illas Q | habetur Z 626-627 in² — condiciones *om.* Q 627 illa] ipsa PZB | tamen completive] c. t. Q | habet $P^2$Y 628 sit *om.* NY | theologica] heroica NY | scilicet *om.* N 629 ipsa] illa A | nata est] e. n. NYQ | immediate — si] Et si NQ Et Y 630-631 suprema enim] tunc e. s. Q 631 portio rationis] r. p. Z | cum *om.* Q | perficitur] *post* perfectissime (632) N *om.* $B^{\pm}$ 632 agente] *post* creato P *om.* NYQ 633 esse *om.* ZYQ 633-635 esse — perficere *om.* $S^{\pm}$ 634 et *om.* B | innitens $AS^1$B | immediate *post* regulae Q | ut] sicut N 635 primam — supremam = A p. partem et s. rationis B s. portionem rationis PSZ s. portionem *rell.* μυ 635-636 habitus aliquis = A a. NY h. Q a. h *rell.* μυ 636 possit haberi = A acquisitus p. h. Qμυ posset (possit NY) h. acquisitus *rell.* | tamen] *sequitur spat. vac. unius cm.* B 637 supra] distinctione N | etsi] si Z *om.* PNYQ | aliqua *om.* N | etiam] et PYQ tamen N 638 hac] *add.* etiam Q | ponitur] requiritur Q | alia *om.* Q | etsi] licet PBNYQ | illius] istius Y 639 possit = AQμυ posset *rell.* 639-640 est dicendum] d. e. PZBQ dicendo NY

T [83] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 23 n. 48-51 (XXI 115-117). [84] Cf. ibid. n. 56-57 (p. 118-119).

dicendum in proposito. Et sicut illa salvatur theologica propter obiectum et regulam et aptitudinem ut infundatur (quae consequuntur ex portione superiore), ita etiam arguitur in proposito, licet aliqua spes posset esse acquisita sicut aliqua fides.

106 Est ergo prima conclusio solutionis quaestionis, quod respectu actus sperandi potest esse aliqua virtus theologica. Huic addo quod illa non potest esse fides nec caritas; ergo tertia, distincta ab eis. [17]

107 Probatio minoris est:

Quantum ad partem de fide, quia omnis actus fidei est 'credere', et nullum 'desiderare' est 'credere'.

108 Quantum ad aliam partem, de caritate, probatur, quia caritas est suprema virtus affectiva, et per consequens supremus amor habitualis; amor autem amicitiae est simpliciter perfectior amore concupiscentiae; ergo caritas inclinat simpliciter ad amandum amore amicitiae. Sed 'desiderare Bonum infinitum esse meum bonum' non est actus amicitiae, nec actus nobilissimus, quia nobilius 'esse' habet illud obiectum in se quam sit comparatio eius ad aliquid aliud a se; igitur desiderare aliud, quod conclusum est prius, non est nobilissimus actus theologicus; ergo etc.

109 Hoc etiam secundum de caritate[85] probatur, quia sine tali deside-

APSZBNYQ(μυ)

640 proposito] *add.* de spe PBNYQ *sequitur spat. vac. unius cm.* Z | illa] ista Y *om.* N | theologica] tunc th. A *om.* N 641 et regulam] et respectum A *spat. vac.* N | quae *om.* N 641-642 consequuntur] sequuntur Z concluduntur NYQ 642 portione] parte rationis Y | superiore] recipiente N recipientis Y recitante Q *add.* recipiente P | ita] *praem.* et Z | arguitur *add.* et Q | sicut aliqua fides *om.* Y 643 spes] species S | possit PS[+]YQ | sicut] 644 Est ergo] Haec (Vera P) est e. (e. *om.* N) PNQ | quaestionis *om.* NYQ | quod] quia Y de P[±] 645 aliqua virtus] v. a. Y | Huic] Hinc S | addo] adiungo PZNYQ 646 illa] ipsa Q | nec *rep. ante* fides Q | eis = A his Y istis *rell.* μυ 647 est *om.* PNYQ 648 Quantum ad partem] Primo Q | quia] quod Q 649 et *om.* NYQ | credere] *add.* ergo etc. NY 650 Quantum — partem] *praem.* Similiter N *praem.* Sic Y *om.* Q | de caritate *om.* B | quia] quod Y | caritas] ⌐...⌐ B[+] 651 effectiva B 652 amor autem] au. am. P[+] | simpliciter perfectior] p. s. B 653 simpliciter ad amandum = A ad am. s. S (*add.* bonum PSZ) *rell.* μυ 654 Sed] Et A | bonum[2]] *ante* meum Y *om.* Q | non] nec B 655 actus[1]] amor Q | actus[2]] est Q *om.* NY 655-656 illud obiectum] o. i. NYQ 656 se] *add.* quam habeat in alio, scilicet Q | comparatio] speratio Y | aliquid] quodcumque B *om.* Q *add.* esse Y 657 aliud] ad AN illud (*ante* desiderare Q) P[1]Q | conclusum] includens Z | non] ⌐...⌐ B[+] 657-658 nobilissimus actus theologicus = A a. th. n. P a. theologiae N a. caritatis Qμυ; ¶ *adnot.* Alius liber: theologicus nobilissimus μ 658 ergo *om.* P[1]NYQ | etc. = AB 659 Hoc — quia] Praeterea Q | secundum] tertium ANY | caritate] *add.* non Y | quia] quod S

T [85] scil. de 'desiderare' (cf. hic supra n. 108).



rio potest esse actus caritatis intensissimus et remissus et medius. De remisso patet: possum enim velle Deum in se esse bonum, non concupiscendo ipsum mihi. De medio similiter apparet. De supremo, probatio, quia Deus summe se diligit, quia summe est beatus in se, et tamen in hoc non includitur Deum velle se esse bonum alii amanti, nec oportet potentiam libere agentem necessario agere quantum potest. – Probantur etiam omnia haec membra[86] per hoc, quod non est necesse voluntatem habere duos actus in se; actus autem amandi Deum in se et desiderandi eum sibi amanti sunt duo actus; ergo unus potest esse sine alio.

Hoc[87] etiam probatur, quia in voluntate, secundum Anselmum, assignantur duae affectiones, scilicet affectio iustitiae et affectio commodi, de quibus tractat *De casu diaboli* cap. 14 et *De concordia* 19 diffuse[88]. Nobilior est affectio iustitiae quam commodi, non solum intelligendo de acquisita et infusa, sed de innata, quae est in- 110

APSZBNYQ(μυ)

660 intensissimus] intensus PZQ intensius N | et[1] *om.* Y | remissius (!) NY 661 remisso] *add.* autem B | possum enim] p. autem (*et sequitur spat. vac. unius cm* S) AS quia p. remisse Q *add.* remissse (*add. ulterius* posse N) PNY | in se *om.* Q 661-662 concupiscendo] desiderando Q 662 ipsum] illum PSZNY illud Q | De — apparet] Similiter patet de medio Q 663 probatio — quia[2]] patet, quia summe diligit Deus et Q | quia[1]] quod S | se] *post* diligit B *om.* N | est] *post* beatus Q *om.* NY | in se *om.* NYQ 664 includitur ] i. (concluditur N) formalilter PBNY | includitur — velle] desiderat formaliter Q 666 etiam] et N | omnia *post* membra Q | haec] *post* membra (*rescr.* P[2]) PZ 667 actus autem] sed actum Q 667-668 amandi Deum] amanti S 668 desideranti S | sibi] *post* amanti Q *om.* P[*]BNY | amanti *in corr.* P[1] | sunt duo actus] d. Q | ergo] *add.* et A 669 unus] *post* esse Y *add.* actus A | esse *post* alio N 670 etiam *om.* Z | probatur = A p. secundo Y p. tertio *rell.* μυ 670-671 in — assignantur] secundum Anselmum, De casu diaboli 14 et De concordia cap. 19, in voluntate sunt Q 671 scilicet affectio] sc. Q *om.* N 671-672 iustitiae ... commodi] c. ... i. Y | affectio *om.* PZNYQ 672-673 de[1] — diffuse *om.* (*sed cf. ad* 670-671) Q 672 cap. *om.* NY | et] ubi P[+] 673 19] 29 NY | est] *praem.* autem BQ *add.* autem PNY | affectio] dispositio Y | quam commodi *om.* NYQ 673-674 non solum *rep. ante* quam (673) P[+](*sublineando*) 674 de[1] *rep. ante* intelligendo N | et — innata] sed etiam de infusa Q | sed] *add.* etiam PSZB 674-675 ingenita libertas] l. i. NYQ

F *670-673* ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 12. 14 (ed. SCHMITT I 255. 258; PL 158, 344. 346); *De concordia* q. 3 c. 11 (ed. SCHMITT II 281; PL 158, 535-536): «Voluntas... duas habet aptitudines, quas voco 'affectiones', quarum una est ad volendum commoditatem, altera ad volendum rectitudinem; quidquid enim aliud vult, aut propter commoditatem aut propter rectitudinem vult»; c. 12 (p. 284; col. 537): «Ex his duabus affectionibus, quas etiam 'voluntates' dicimus, descendit omne meritum hominis, sive bonum sive malum».

T [86] scil. nuper hic enumerata. [87] scil. quod spes non potest esse caritas, – cf. supra n. 106. 108. [88] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 15 n. 66 (IX 508-509); II d. 6 n. 49 (VII 48-49).

genita libertas, secundum quam potest[89] velle aliquod bonum non ordinatum ad se. Secundum autem affectionem commodi, nihil potest velle nisi in ordine ad se, – et hanc haberet si praecise esset appetitus intellectivus sine libertate sequens cognitionem intellectivam sicut appetitus sensitivus sequitur cognitionem sensitivam. Ex hoc volo habere tantum quod, cum 'amare aliquid in se' sit actus liberior et magis communicativus quam 'desiderare illud sibi', et conveniens magis voluntati in quantum habet affectionem iustitiae saltem innatae, alius[90] autem conveniat voluntati in quantum habet affectionem commodi, sequitur quod sicut istae affectiones sunt distinctae in voluntate, ita etiam habitus inclinantes ad actus illos erunt distincti in voluntate. Dico ergo quod caritas perficit voluntatem in [18] quantum est affecta affectione iustitiae, et spes perficit in quantum est affecta affectione commodi; et ita erunt distinctae virtutes non tantum ex actibus qui sunt 'amare' et 'desiderare', sed etiam ex susceptivis, quae sunt voluntas in quantum habet affectionem iustitiae et[91] commodi.

111 Ex obiectis non distinguuntur, quae sunt 'arduum' et 'delectabile', sicut dixit praecedens opinio[92]; immo omnino est eadem formalis ratio obiecti, licet aliqua alia addantur hic quae non ibi. Siquidem 'esse excedens' dicit condicionem eius quod est 'esse a

APSZBNYQ(μυ)

675 quam] *add.* aliquis Q | bonum] *add.* propter se P | non *om.* Y 676 ordinatum] in ordine NYQ 676-677 Secundum — se *om.* Q 676 Secundum autem] *comp.* S Sec. NY | nihil] non BNY 677 velle] *add.* aliquid velle Y | in *rep.* ante nisi S$^{+}$ | praecise esset] e. p. Q 677-678 appetitus] habitus SB$^{2}$Y actus N 678 intellectivus *in corr.* Q$^{1}$ 680 habere tantum] t. h. NY | amare] ⌐...⌐ B$^{+}$ 680-681 liberalior B 681-682 conveniens magis = A m. c. *rell.* μυ 682-684 iustitiae — affectionem *om.* Q 683 conveniat] *comp.* ASZB 684 commodi] *ante* iustitiae (682) N *add.* et Z 685 etiam = A | illos = A istorum Y istos *rell.* μυ | erunt] sunt B 686 in voluntate *om.* NYQ 687 affecta] affectiva vel a. A affectiva *rell.* μυ 687-688 iustitiae — affectione *om.* NY 687 perficit] *add.* eandem PB *add.* eam ZQ 688 affecta] affectiva vel. a. A effectiva PS affectiva *rell.* μυ | ita] *add.* etiam N 689 qui] quae A | sunt] sibi (!) Z | etiam *om.* NY 690-691 quae — commodi] secundum istam duplicem affectionem affecta Q 691 et] *add.* etiam A 692 obiectis = A o. autem *rell.* μυ | quae sunt] scilicet propter Q 693 sicut] ut Q | immo] sed Y | omnino est eadem = A est o. ead. Qμυ ead. o. est N o. ead. est *rell.* 693-694 formalis ratio] r. f. NYQ 694 obiecti] *praem.* utriusque P *add.* utriusque BNYQ | aliqua alia] alia aliq. Z aliae NY | quae] qui S 695 condicionem] *add.* non NYQ 695-696 eius — quo] esse quod in aliquo NQ 695 esse$^{2}$] *om.* P *add.* sed eius quod est esse Y

T [89] supple: voluntas. [90] id est: alius autem actus, scilicet 'desiderare aliquid sibi'. [91] supple: voluntas in quantum habet affectionem. [92] Cf. supra n. 28.



quo'; 'esse autem absens' dicit remotionem obiecti, quae est condicio concomitans tam in causa efficiente quam in fine, et non ratio formalis obiecti; 'velle mihi' dicit condicionem eius quod est 'cui'; 'velle autem ex meritis' dicit condicionem 'qualiter', sicut prius expositum est[93].

## [III. – INSTANTIAE]

[19] Contra istam viam, quae ponit 'desiderare' esse actum spei[94], arguitur multipliciter. 112

Primo sic: desperans desiderat beatitudinem (et probatur, quia tristatur de amissione beatitudinis); nullus autem tristatur nisi vel de amissione amati vel desiderati, – desperans igitur desiderat et non sperat; ergo etc.

Praeterea, possum amare aliquem in se amore amicitiae et concupiscere sibi bonum; nullum autem in se amo nisi cui volo bonum; ergo si ex caritate amatur quodlibet intelligibile in se, ex caritate concupiscitur sibi bonum: in eodem igitur concupiscitur bonum praesens et absens, ex illa auctoritate Augustini *De Trinitate* IX cap. ultimo; ergo 'desiderare' non est 'sperare'. 113

APSZBNYQ(μυ)

696 esse] omne Y | remotionem obiecti] terminationem o. Y *om.* (*sed cf. ad* 697-698) Q 696-697 quae — concomitans] condicionem concomitantem istam Q 697-698 et — obiecti] scilicet remotionem o., non autem dicit rationem formalem obiecti Q 698 dicit] *ante* mihi Y *om.* N | eius *om.* ASQ | quod est *om.* NYQ 699 velle autem = A v. NY et v. *rell.* μυ 700 expositum est] est exp. N 702 istam viam] v. i. Q | esse *om.* Q 703 multipliciter *om.* N 704 et] quod PSZNYQ | quia *om.* N$^{\pm}$ 705 nullus] nihil B non Q | autem *om.* N | nisi vel] n. BZ *om.* Q 706 amissione] *add.* alicuius nisi Q | amari vel desiderari N | igitur] *ante* desperans Q autem N | desiderat] *add.* aliquid Q 707 sperans AS | ergo *om.* Z | etc. *om.* Q 708 possum = A eodem p. *rell.* μυ | aliquid PZY | in se *om.* NYQ | amore *rep.* N 708-709 concupiscere] concupiscentiae (*add.* concupiscendo Y) NY 709 sibi] illi Q | autem] enim PZNYQ | nisi cui] c. n. PSZNYQ | volo] *post* bonum B velim Q 710 si] sibi si P | amatur *rep.* B$^{+}$ 711 sibi] *ante* concupiscitur$^{1}$ B *om.* Z | in = A et *rell.* μυ | igitur] etiam SZNYQ | bonum] *praem.* sibi NYQ *add.* sibi B 712 praesens] primum Y | ex] *praem.* et Z | ex illa auctoritate] secundum illam auctoritatem Q | illa *om.* Z | De Trinitate IX] IX (VI Q) De Tr. (De Tr.] Trinitatis PZ) PZQμυ Trinitatis IX NY 713 cap. = AQμυ | ultimo = Aμυ

F *712* AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (CCL 50, 310; PL 42, 972): «Qui appetitus, id est inquisitio, quamvis amor esse non videatur quo id quod notum est amatur..., tamen ex eodem genere quiddam est... Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscendae fit amor cognitae».

T [93] Cf. supra n. 90-95. [94] Cf. supra n. 89-90.

114 Praeterea, naturaliter concupiscitur beatitudo, sicut patet per beatum Augustinum XIII *De Trinitate* cap. 5; ergo ad hoc non est virtus supernaturalis necessaria.

115 Praeterea, si spes est virtus inclinans ad desiderandum, ergo 'desiderare' – quod est actus eius – potest esse meritorius praecise cum sit virtus theologica; sed nullus est actus meritorius nisi ut elicitus vel imperatus a caritate; ergo 'desiderare' elicietur vel imperabitur a caritate. Si eliciatur, habeo propositum quod spes erit tunc caritas; si imperetur, igitur simul quando spes elicit, caritas imperat, – et per te uterque actus est voluntatis[95]; ergo voluntas simul habebit duos actus circa idem obiectum, quod videtur inconveniens.

### [IV. – RESPONSIO AD INSTANTIAS]

116 Ad primum[96] dico, sicut dictum est distinctione 15 huius III, [20] quod 'velle' condicionatum sufficit ad tristitiam, si volitum non eveniat vel si non eveniat condicionatum[97]; desperans autem condicionaliter vult beatitudinem, hoc est desiderat (si posset) eam attingere, – et quia intellectus errans ostendit sibi tamquam impossibile attingi, tristatur. Exemplum huius est, sicut ibidem tangitur, de eo qui

APSZBNYQ(μυ)

714 beatitudo *ante* naturaliter Q 714-715 sicut — beatum] s. apparet per PZNY secundum Q 715 De Trinitate] Trinitatis PSZNY | cap. *om.* PZNY 716 virtus *om.* N | supernaturalis] naturalis $Z^+$ | necessaria] *ante* virtus Q *om.* Z 718-719 praecise — meritorius su- *om.* $P^2$N 718 praecise] praaecipue $P^2$SQ 719 nullus] non Z | est actus] a. e. Q | ut = A vel PSZB 720 ergo] *add.* hoc NY 720-721 ergo — caritate *om.* Q 720 elicitur BN 721 eliciatur] *add.* a caritate Q | habetur PZBQ | quod] *add.* scilicet PZB | quod — tunc] quia t. spes est NY 721-723 spes — voluntas *om.* S 721 erit tunc] t. est ZB est PQ 722 imperetur] *comp.* Z | simul] sicut A *add.* tunc Z | quando *om.* Q | elicit] *add.* et Q | imperat] *praem.* eum PNY *add.* eum B *add.* illud Q 723 actus est] e. a. BQ | voluntatis] voluntas N | voluntas] caritas P | simul habebit] h. (habet NY) s. NYQ 724 circa] est $P^2$ 726 primum] *add.* horum Q | huius III] h. Q *om.* Z 727 velle] nolle Q 727-728 sufficit — condicionatum *rep.* S 727 ad *om.* Q 727-728 volitum — si *om.* Z | volitum non eveniat] n. e. (e.] veniat N ) v. PNYQ 728 vel — eveniat *om.* Q | condicionatum] volitum c. (*ante* non B) PBN desperatum Y | autem *om.* Z 728-729 condicionaliter vult beatitudinem] v. b. c. PZ 729 hoc] id Q | desiderat] deficiat (!) S | si posset *om.* Q 730 errat SQ | ostendit] dicit Y | sibi] *praem.* illud PZ *add.* illud B | impossibilia S 731 est *om.* PZ 731-732 sicut — proicit] ibi tactum de proiciente Q 731 ibidem tangitur] ibi tactum est NY

F *715* AUGUST., *De Trin.* XIII c. 5 n. 8 (CCL 50A, 392; PL 42, 1020).

T [95] Cf. supra n. 110. [96] Cf. supra n. 112. [97] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 15 n. 58 (IX 504).



voluntate absoluta proicit merces in mari tempore tempestatis: si enim nollet absolute, non proiceret cum non cogatur; tamen quia ibi est 'velle' condicionatum ad non proiciendum (vellet enim non proicere, si posset), ideo tristatur proiciendo (illa enim condicio, propter quam vult proicere, simpliciter est non volita)[98]. Ita in proposito, desiderat iste beatitudinem et vellet eam sibi esse possibilem, sed in intellectu eius ostenditur sibi haec condicio – sub qua vult si posset – esse impossibilis; et ideo tristatur de opposito illius condicionis nolitae, et etiam de illo quod consequitur ad illud.

Ad formam ergo argumenti[99] dico quod desperans desiderat beatitudinem desiderio condicionato, quia vellet si posset, – non autem desiderat absolute, quia ad 'absolute desiderare' praesupponitur conceptio intellectus ostendens desideratum sicut possibile ipsi desideranti: quidquid enim ostenditur voluntati tamquam impossibile, vel voluntas omnino non vult illud vel tenuiter vult (secundum Augustinum *De Trinitate*). Hoc modo forte verum est quod tactum est II libro distinctione 7, quod angelus voluit aequalitatem Dei: non absolute, quia apprehendit hoc tamquam impossibile sibi, sed 'velle' condicionato, in quo est sufficienter ratio demeriti vel peccati 117

APSZBNYQ(μυ)

732 voluntate absoluta] a. v. Y ab ista v. $N^+$ | merces] *add.* suas PZ | mare Y | tempore] timore N nomine Q | si] nisi PNYQ 733 nollet absolute] a. n. $PS^1$Z a. vellet NYQ a. nullum S´ | cum non cogatur] tamen n. rogatur Y | tamen] *praem.* et PSZNYQ 734 ibi est] e. i. SBY enim i. N | non *om.* B | enim] quia *ante* vellet Q *om.* ZY 735 tristatur] [...] $P^2$ 736 simpliciter est = A e. s. *rell.* μυ 737 iste] *ante* desiderat Q ille NY | et *rep.* S | eam] et licet (!) Y | eam sibi esse] ipsam e. s. Q | sibi *rep.* *ante* iste $S^+$ 738 sed] ita Y *om.* BNQ | in intellectu] per intellectum PZ *add.* nullo N | ostenditur sibi] s. o. NY o. similiter A qui ostendit s. contrarium Q | sub qua vult] sub v. s. q. vellet N *add.* quod volet P quia vellet (v.] vult Q ) ZQ 739 impossibilis] impossibile A sibi possibilis est volita Q | et *om.* PQ | et ideo *om.* NY | ideo *rep.* Q 740 consequitur] sequitur NQ se (!) Y | illud] illam Q 741 dico = A Dico *ante* Ad *rell.* μυ 741-742 desiderat beatitudinem] d. N si d. Y *om.* Q 742 condicionata (!) Y 743 desiderat *om.* Y | ad *om.* Q 744 ostendens] consequens Y | desideratum — ipsi] sibi d. sicut possibilem Q | sicut] ut N sibi A 745 enim *om.* Y 746 omnino *post* $vult^1$ B | illud *om.* NY 746-747 secundum — Trinitate *om.* Q 747 De Trinitate] Trinitatis (*et sequitur spat. vac. 5 mm.* Z) ZY *om.* N | Hoc] *praem.* Et PQ 747-748 tactum] dictum Q 748 est] *add.* in NYQ | II libro] li. II B | distinctione 7] 7 d. Z d. N *om.* Q | voluit] novit Y | voluit aequalitatem *om.* $P^2$ 749 quia] quod SQ | apprehendit] appetebat NY appareret (!) Q | possibile Q | sibi] igitur B *om.* NYQ 750 in — demeriti *rep.* S | demeriti] meriti *in priore textu* S *om.* NY 750-751 demeriti — meriti] m. et etiam peccati Q 750 vel *om.* NY

F *747* AUGUST., *De Trin.* XIII c. 7 n. 10 (CCL 50A, 395; PL 42, 1021).

T [98] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 15 n. 58 (IX 504). [99] Cf. supra n. 112.

sicut ratio meriti[100], et etiam – sicut nunc tactum est – ratio gaudii et tristitiae.

118 Praecedit ergo actum spei fides aliqua, acquisita vel infusa, pro quanto non potest desiderare absolute nisi illud quod ostenditur possibile; et illa possibilitas boni consequendi ostenditur a fide applicata ad bonum delectabile vel desiderabile. Sed ipsa apprehensio eius tamquam possibilis non est 'desiderare' absolutum, sed tantum condicionatum, ut scilicet quantum in illo est, – quod tamen 'desiderare', si esset sine apprenhensione tali et esset condicionatum, non esset 'sperare'.

119 Ad secundum[101] dicendum quod sicut caritas pro primo obiecto [21] habet Deum ut in se, quia est principium tendendi in Deum ut in se, ita etiam respectu quorumcumque actuum reflexorum est principium quodammodo tendendi in illud: principium enim actus recti est principium omnium actuum reflexorum tendentium in finem ultimum sub eadem ratione; sicut igitur ex caritate diligo Deum in se, ita reflectendo ex caritate diligo me diligere Deum in se. Quotiescumque ergo reflectendo, numquam habeo obiectum quod sit bonum ut commodum mihi, sed tantum supernaturaliter vel finaliter bonum ut in se bonum; volo autem diligere mihi Deum ut in se bo-

APSZBNYQ(μυ)

751 ratio meriti] m. r. N | etiam *om.* B | nunc] *post* est B non S 751-752 et tristitiae] *om.* NY *add.* de opposito Q 753-754 Praecedit — absolute] Igitur actum spei praecedit aliqua fides infusa vel acquisita, pro quanto desiderare absolute non potest esse Q 753 spei] fidei Y *add.* et B | aliqua *om.* ZY | vel] et N 754 potest] *add.* esse NY | illud] eius YQ enim N | ostenditur] ponitur Z 755 et] *add.* in Y | illa] ideo S 755-756 applicata] acquisita Z$^{+}$ 756 delectabile vel *om.* NYQ | Sed] Si Y 756-757 Sed — possibilis] Quod si ostendatur ut impossibile, tunc eius Qμυ 756 ipsa = A ista N illa *rell.* (*om.* Z) 757 desiderare] *add.* bonum N *add.* aliquod PZ | desiderare absolutum] desiderium absolute Q 758-759 ut — esset$^{2}$] quia scilicet desideraret si non esset talis apprehensio et tale desiderium Qμυ 758 illo = A ipso *rell.* | est *om.* Y | tamen *om.* N 759 apprehensione tali] t. a. NY 760 esset] est Q 761 dicendum] dico NQ *om.* Y | caritas] *add.* in actu recto Q 762 habet *ante* pro (761) Q | habet Deum *om.* N | quia] et PBQ *om.* NY 763 etiam] enim Q | respectus Y | respectu quorumcumque] in quocumquqe Q 763-765 est — reflexorum *om.* P$^{2}$Z 763-764 principium quodammodo = A q. p. P$^{2}$ *rell.* μυ 764 tendentium NY | in illud] in Deum ut in se (*cf.* 762-763) NYQ *om.* P$^{2}$ | enim] autem AS 766-767 diligo — caritate *om.* Y 766 Deum] *add.* ut Z 767 ita] *add.* etiam N | reflectendo *om.* Q 768 reflectendo] reflecto PQ reflexero Y 768-769 quod sit bonum *om.* Q 769 sed] si S | supernaturaliter vel = A | finaliter] finale PB infinitum (*post* bonum$^{1}$, 770 Q) NYQ 770 bonum$^{2}$ *om.* Y 770-771 volo — bonum *om.* PNQ 770 autem] enim ZBY | diligere mihi] m. d. BY | ut$^{2}$ *om.* B

T [100] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 6 n. 9-13. 16 (VIII 27-29. 30). [101] Cf. supra n. 113.



num, et iste est actus perfecte meritorius in desiderando beatitudinem, non ut in desiderando illud mihi, sed 'desiderare' illud ut est perfecte 'amare' Dei ut in se boni.

120 Concedo ergo quod eodem quo amo aliquod bonum, concupisco bonum amato, – sed non quodcumque bonum, sed bonum commodum, quod principaliter terminatur ad illud bonum quod ex caritate diligo in se, hoc est quod cuicumque amato concupisco amare Deum propter se, hoc est in quantum est bonum in se, non in quantum bonum huic.

121 Ad tertium[102] dico quod beatitudo in universali ex naturalibus est concupita ex affectione commodi, quia – secundum Anselmum *De concordia* cap. 20 et 19 – commoda nolle non possumus; sed beatitudo in particulari non est sufficienter concupita ex naturalibus, sed cum hoc et[103] spe acquisita, – sed nec sic perfectissime et sufficientissime sine spe et caritate infusis (quemadmodum dictum est de fide, quod non perfectissime assentitur alicui ex fide acquisita sine fide infusa[104]).

122 Ad quartum[105] concedo quod voluntas meritorie desiderans habet duos actus: unum sperandi elicitum proprie a spe et imperatum a caritate, et alium elicitum a caritate. Nec est inconveniens in acti-

APSZBNYQ(μυ)

771 iste] ille NY | est *om.* B | pefecte *om.* Y 772 ut *rep.* B | in *om.* PZBNY | in — mihi] commodum sibi Q | desiderare illud] desiderando i. PZ *om.* Q 773 perfecte amare] perfectus amor Q | bonum B 774 amo] actio (!) B | aliquod bonum *om.* NYQ 774-775 concupisco *rep. post* non (775) Q 775 bonum$^{2}$] *add.* commodum Z$^{+}$ 775-776 commodi Q 776 terminatur] terminetur AS determinetur Z 777 quod *om.* A | concupiscendo A 778 hoc] id Q | est$^{2}$] *post* bonum Y *om.* PZ 778-779 quantum] *add.* est BN 779 huic] hoc Y 780 tertium] quartum Q | quod beatitudo] *om.* A *add.* loquendo NY | ex naturalibus] *ante* in P *post* est (781) Q 781 quia *om.* AS 782 cap. *om.* Z | 20 et 19 = A 9 NY 10 et (et] vel μυ) 9 *rell.* μυ 783-784 concupita ex naturalibus] ex n. c. Q 784 hoc et] h. etiam (*add.* in Y) NY *om.* Q | sed nec sic] sed non NY sic licet non Q | perfectissime = AS´B (*om.* S$^{1}$) μυ | et = ABμυ 785 sufficientissime] *add.* quemadmodum P$^{*}$ | sine — infusis *om.* NYQ | infusa PZ | quemadmodum] aut P$^{*}$ sicut Q 786 quod — fide$^{2}$ *om.* Q 787 sine fide infusa *rep. post* acquisita (784) SZ 788 conceditur Y 788-789 habet duos] illos Y 789 proprie *om.* PNYQ 789-790 et — caritate$^{1}$ *om.* P$^{2}$(¶ *sign.* Vacat)NYQ 790 et *om.* P$^{*}$NYQ | alium] *add.* imperantem (imperatum P$^{2}$ *om.* P´) illum (il. *om.* P) et PNYQ | Nec] Non Q

F *781-782* ANSELMUS, *De concordia* q. 3 c. 13 (ed. SCHMITT II 286; PL 158, 539): «Voluntas... [commoda] non velle nequit»; c. 12 (p. 284; col. 537).

T [102] Cf. supra n. 114. [103] id est: sed ex naturalibus et cum. [104] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 23 n. 48-51. 55 (XXI 115-117. 118). [105] Cf. supra n. 115.

bus subordinatis plures esse simul in eodem, immo forte necesse est scientem conclusionem – cum actu speculatur – scientifice intelligere principium, et amantem ordinate illud quod est ad finem utendo necesse est simul frui fine[c].

### [V. – AD ARGUMENTA PRO PRIMA VIA]

123 Ad argumenta pro prima via, quae videntur sequi rationem naturalem[106], responderi potest quod hic est pluralitas necessaria. [22]

124 Ad primam probationem[107] patet ex dictis[108] quod concupiscere huic sistendo ibi, non potest essse actus formaliter eiusdem virtutis cuius est 'velle' illud ordinatum in se, licet concupiscere hoc huic ut per hoc iste tendat in illud ut est bonum in se, sit actus eiusdem virtutis.

125 Quod additur de amicitia acquisita[109], posset dici quod amicitia acquisita est alius et alius habitus.

126 Quod additur postea de certitudine spei et de certitudine sperantis[110], respondeo: illa praecedit actum spei et desperationis. Nullus enim efficaciter et absolute sperat nec desiderat nisi possibile ab eo attingi. Et desperans non desiderat absolute: et ratio est, quia non credit illud sibi possibile attingi, et ideo persuadetur ut credat, non ut diligat, quia prima radix istius erroris non est in voluntate (quod enim voluntas non efficaciter desiderat, hoc est quia intellectus non ostendit illud efficaciter tamquam desiderandum).

127 Per idem patet ad illud de universali et particulari[111], quia credere 'me iustum finaliter esse salvandum' non est nisi fides applicata ad quoddam particulare, sed desiderare illud est actus spei.

128 Sed tunc obicitur: ergo 'desiderare bonum eiusdem rationis alteri proximo' erit actus spei, immo (quod plus est) 'velle bonum praesens eiusdem rationis beato Petro' erit actus spei, – quod est absurdum.

129 Responsionem quaere[d].

---

[c] *Sequitur textus interpolatus*: Quod 'sperare' sit 'desiderare' magis quam 'credere', patet, quia 'tristari' magis est 'desiderare' quam 'credere'.

Item, fides una est Boni in se et boni in nobis; ergo similiter spes in voluntate. Quod potest sic argui: si omne 'credere' est ab uno habitu, quare non similiter omne 'velle' est ab uno habitu?

Praeterea, illud quod amatur praesupponit amorem eius cui; ergo spes praesupponit caritatem[4+].

[d] *Sequitur adnotatio interpolata*: Adverte quod ista replica, quam non solvit doctor, solvitur per definitionem actus spei, quia dicitur quod est 'desiderare', per quam particulam solvitur secunda replica, quia intelligitur quod non sit praesens, sed absens; et ideo non dicitur 'spes' si sit de praesente.

Ponebatur etiam 'desiderare Bonum infinitum' inesse mihi a Deo[5+]. Et per illud 'mihi', quod est circumstantia cui[6+], solvitur prima replica et totum argumentum, quia non est spes desiderando alteri bonum, sed potius est caritas vel amor acquisitus. Sed infra, distinctione 31, vide expresse intentionem doctoris[7+].

APSZBNYQ(μυ)

791 subordinatis] superioribus N | esse simul = A s. e. PS e. Z inesse s. Y s. inesse N inesse Qμυ | in eodem] uni NYQ | necesse est] e. necessarium Q   792 scientes Y | cum] dum PZNQ | speculantur Y | scientifice] scientem Y   792-793 intelligere] *add.* simul Q   793 utendo] tendendo S   794 necesse est *om.* PNYQ   796 pro] quod (!) B | prima via] primaria P[*] p. opinione A | videtur YQ   797 quod] quia A | est *om.* N | pluralitas] *post* necessaria Q universalitas Z   798 Ad] Et ad Q | probationem] *add.* in oppositum PZNYQ | quod] quia N   799 huic sistendo ibi] hoc i. s. Q | formaliter] *ante* actus Z *om.* NYQ | eiusdem *om.* B   800 ordinate Q | in] ad S | licet] sed N   801 ut[1]] et Y | bonum] obiectum PZ   803 potest B   803-804 amicitia acquisita] ipsa PZ illa Q *add.* et infusa Y   804 et alius *om.* AZ | habitus] *add.* formaliter PNYQ   805 Quod] Cum NY | certitudine[1]] habitu NY | de certitudine[2] *om.* Q

8[*]-14[*] Quod — caritatem = APSZB; ¶ *text. sign.* Non est in Ioanne P[1]   8[*] magis *ante* sit B   9[*] patet — credere *om.* P[2] | magis est] e. m. P[2]   10[*] ergo similiter] s. e. Z | voluntate] bonitate Z   11[*] Quod] Quia B Item P *om.* Z | similiter *om.* A   12[*] est = A   13[*] amorem *om.* S | cui] *add.* sit amatio B

T [106] Cf. supra n. 9.   [107] Cf. supra n. 10.   [108] Cf. supra n. 100.   [109] Cf. supra n. 11.
[4+] Haec interpolatio confecta est conformiter ad instantiam n. 115.



APSZBNYQ(μυ)

806 respondeo] dico quod Q | illa praecedit] i. praecedunt (*rep.* P) PBNY *add.* in S[+] | et] *add.* etiam A   806-807 Nullus] Non Q   807 sperat nec *om.* NYQ   807-808 ab eo *om.* ZNYQ   808 Et] Sed Y   808-809 Et — attingi *om.* ZQ   809 illud sibi] i. ab eo B sic Y | possibile] posse ASB | persuadetur] persuadere sibi N *add.* sibi PZNY *add.* desperans Q   810 non ut] et n. Y | istius] illius NY huius Q   810-811 non[2] — quia] scilicet quod non absolute desiderat nec efficaciter, non est in voluntate, sed intellectu, quia scilicet Q   811 quia] quod N   811-812 intellectus *om.* A   812 ostendit] contingit N   813 universali et particulari] p. et u. PZ   814 esse salvandum] s. NY salvare Q | nisi *om.* S[±]B | applicata] appropriata Q approbata a. N   815 quoddam] aliquid Q | illud] istud SBNY hoc Q   816 Sed] Et Z | ergo] *add.* et NQ | bonum] voluntatis SZ | rationis] *add.* idem bonum (b.] obiectum Z) SZ   816-817 alteri proximo] *ante* bonum (816) Q a. proximus S   817 erit] est PQ | velle] *rep.* Q vellere P[+]   818 erit] est PZ | est] erit Y   819 absurdum] inconveniens B   820 Responsionem] Responsione (!) N Responsio BY

15[*]-22[*] Adverte — doctoris = μυ ; ¶ *text. sign.*: Additio vel responsio aliorum *et lin. anfractuosa* υ Additio aliorum μ   15[*] quod] quia μ

T [110] Cf. supra n. 12.   [111] Cf. supra n. 19.
[5+] Cf. supra n. 91-92.   [6+] Cf. supra n. 100.   [7+] Cf. infra d. 31 n. 19-20.

[VI. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

130 Ad primum argumentum principale[112] dico quod nomina sunt ad placitum. Unde 'spes' potest imponi et imposita est ad significandum passionem quamdam impressam appetitui sensitivo ex delectabili, praesente non in se sed in phantasia (quia in se si esset praesens, natum esset imprimere delectationem; sicut ex alia parte malum praesens in imaginatione natum est imprimere timorem, malum praesens in se imprimit dolorem). Et hoc modo concedo quod spes non est virtus, nec moralis nec theologica; tamen idem nomen potest significare habitum praedictum[113], cuius est inclinare in tale obiectum, qui est 'desiderare Bonum infinitum esse mihi bonum a Deo, liberaliter conferente ex meritis quae habeo vel quae mihi spero'. [23]

131 Ad secundum[114], licet dicatur quod non est medium participans extrema sed uniens ea, potest tamen concedi quod virtus theologica proprie est media non ex parte obiecti, sed ex parte excessus qui potest esse in actu. Virtus autem moralis habet excessum et defectum non tantum ex ratione modi actionis, sed etiam ex ratione actus in quantum tendit in obiectum; non sic theologica, quia obiectum in quod tendit est infinitum, – sed in hoc potest tendere actus immoderatus (hic in maius, hic in minus), virtus au- [24]

APSZBNYQ(μυ)

822 primum argumentum] p. YQ *om.* N | dico *om.* P | sunt] *add.* imposita NYQ *om.* S 823 imposita] imponenda Z 824 passionem quamdam] q. p. N talem p. Q q. impressionem p. Y | impressam *post* sensitivo PZ | ex *om.* Q 825 quia] quod PNYQ | in se *post* esset Q 826 praesens] prius Y | sicut] sic N 827 malum praesens] p. m. PZ | imaginatione] imagine P[+]Y imaginativa B | natum est imprimere] imprimit PNYQ 828 malum = A | praesens] *spat. vac.* Y | se] *add.* ut Q | Et *om.* Q 829 non] nec Y | nec[1]] neque N *om.* YQ | nec[2]] neque N | tamen idem] i. t. B 830 habitum] actum Y 831 tale obiectum] talem actum Q | Bonum] *post* infinitum N obiectum Z | infinitum ] *add.* (= *rep.*) esse mihi Bonum infinitum P[+](¶ *sign.* Vacat) | esse mihi] m. e. Y 832 quae[1] *in corr.* B[1] | quae[2] *om.* PNYQ 834 secundum] tertium Y | licet] quamvis NY | est *om.* A 835 potest tamen] t. p. NY 836 proprie est] e. p. Q | media] mediata Y in medio PZ | obiecti — parte *om.* N | ex[2]] a B 837 autem] quidem NQ quaedam Y 838 ex *om.* Q | ratione] *add.* actus B | actionis] actus PNQ elicitionis actus Y | etiam *post* ratione (839) NY 839 ex] in Q | actus in quantum] obiecti in quo Q | in obiectum] *in ras.* P[2]B[1] actus Q | non *om.* P[*] 840 est *om.* N | finitum Z 841 tende (!) A | immoderatus] *ante* actus NY immoderate Q | hic ... hic] aut ... aut NYQ

F *823* THOMAS, *De veritate* q. 26 a. 5 in corp. (XXII[3] 764*a*); textus cf. supra nota 38. *834* THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* II c. 10 (XLVII[1] 111*ab*).

T [112] Cf. supra n. 2. [113] scil. passionem nuper memoratam. [114] Cf. supra n. 3.



tem moderatur ut medio modo tendat in illud. Et hoc modo potest concedi quod fides est media vel medium quoddam inter levitatem qua quis nimis faciliter assentit ei cui non est credendum (iuxta illud *qui nimis cito credit, levis est corde*), et inter pertinaciam qua quis nimis resistit credendis, nolens alicui assentire nisi per rationem naturalem ostendatur. Sic etiam nimio amore potest quis tendere in aliquod obiectum diligibile et amore nimis remisso; tamen non in nimis bonum nec in nimis verum potest tendere tendendo in Deum. Temperantia autem moralis utroque modo requirit medium, quia potest in obiectum excedens vel deficiens tendere et actu deficiente vel excedente: secundus modus est communis virtuti morali et theologicae, et primus non.

[25] Ad tertium[115] patet ex dictis in quaestione 'De fide'[116], et etiam ex dictis in hac quaestione[117], quod non potest probari ratione naturali quod sit aliqua virtus infusa, quia actus – quos experimur in nobis – possent inesse et esse eiusdem rationis forte aeque perfecte et aeque perfecti, dato quod nulla esset virtus infusa; sed credendo virtutem aliquam esse infusam, tenetur actus non esse ita perfectus sicut cum illa; ergo etsi quis ex spe acquisita possit sperare promissa a 132

APSZBNYQ(μυ)

842 medio modo] mo. me. N 843 quod fides est] f. esse NYQ | vel medium quoddam *om.* NYQ | quoddam] quod B 844 faciliter] fortiter A firmiter vel f. P f. vel firmiter B firmiter NYQ | cui] quod PNYQ 845 nimis *om.* PNYQ | cito *rep. ante* qui P[+] | corde *om.* B[*] | inter *om.* Q | inter pertinaciam] impertinaciam Y 846 alicui assentire] as. al. NY 847 quis] aliquis PZ 848 obiectum *om.* NYQ | diligibile] credibile Y | amore nimis remisso] n. remisse NYQ 848-849 tamen non] n. t. NY licet n. Q *praem.* et P 849 in[1] ... in[2] *om.* Z | potest tendere] possit aliquid Q | tendendo] credendo Y 850 autem] vero Q | utroque modo *post* medium (850-851) Q 851 vel] et Q | tendere et] et t. potest Qμυ 852 vel] et Q | excedente = A e. tendere *rell.* | secundus modus] secundo modo P *praem.* et iste Q 853 et[1] *om.* Y | et[2] *om.* PNYQ 854 tertium] tertiam Y primum S 854-855 De — quaestione *om.* Z 855 ex dictis *om.* Q | quod] quia PSZYQ | probari] propria Y 855-856 ratione naturali] n. r. Q 856 sit *post* virtus NY 857 possunt BNYQ | inesse et esse = A inesse SNμυ esse *rell.* | forte] *praem.* et Q *add.* et B | aeque perfecte et *om.* PBYQ 857-858 et aeque perfecti *om.* N 858 dato] *comp.* Y | nulla — infusa] n. virtus esset i. Q | esset] *post* virtus NY esse B 858-859 virtutem aliquam esse] a. v. Q 859 tenetur] *add.* quod Q | actus] *add.* secundus P[2]B | esse] *post* ita NY est Q | ita perfectus] imperfectus Q *add.* sine infusa Y 860 sicut cum] sine Q | illa] ea PZNYQ *add.* ⌈...⌋ S[+] | ergo etsi] et. er. P si er. NY er. S licet enim Q | quis] *post* possit Q *om.* S | ex *om.* Q | potest NY

F *845* Eccli. 19, 4.

T [115] Cf. supra n. 4. [116] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 23 n. 48. 56-57 (XXI 115-116. 118-119). [117] Cf. supra n. 105.

Deo (sicut ex fide acquisita potest credere), tamen alia nata est esse virtus infusa, perficiens portionem superiorem voluntatis in desiderando Bonum infinitum sibi, qua habita perfectius desiderat illud Bonum quam sine ea, sicut tenetur quod aliqua virtus est infusa a Deo perficiens portionem voluntatis superiorem, qua quis perfectius tendit in istud Bonum quam sine ea.

133 Ad quartum[118] dico quod voluntas habet duas affectiones[119], secundum quarum utramque est attingens Deum immediate, – puta secundum affectionem iustitiae elicitam, tendentis in Deum immediate ut est bonum in se, et etiam secundum affectionem commodi vel concupiscentiae attingentis Deum ut est bonum mihi; et uterque actus potest esse ordinatus, et habere habitum inclinantem ad ipsum[120] et habitum theologicum, quia respicientem Deum immediate pro obiecto. Non sic ex parte intellectus: non enim est ibi nisi una potentia, nata habere actum secundum attingentem Deum (sicut intelligentia); et illa sufficienter perficitur uno habitu tendente in verum, cui assentiendum est propter revelationem. [26]

134 Et per hoc apparet ad illam obiectionem de partibus imaginis[121], quia etsi sint duae partes imaginis ex parte intellectus et una tantum est ex parte voluntatis[122], hoc non est quia intellectus actu duplici elicito attingat obiectum voluntatis: memoria enim, etsi habeat ac-

---

APSZBNYQ(μυ)

861 ex] et Q | potest credere] c. illa Q | alia] aliqua PBY *om.* Q | esse *ante* tamen N 862 infusa] *om.* Q *add.* a Deo PBY 863 desiderat] deficiat (!) P | 864 ea] eo N 864-866 sicut — ea] *om.* ZNQ sicut tenetur quod aliqua est virtus infusa portioni superiori a Deo, qua aliquis P´ *om.* $P^2$(¶ *sign.* Vacat) 864 est] *ante* virtus BY *om.* S 865 voluntatis *om.* SB 866 istud] illud SBY 867-868 secundum quarum utramque] q. (et Q) utraque ZNYQ 868 est attingens] attingit Q | immediate] *add.* in se NY | puta] unam PZ 868-869 puta secundum] scilicet Q 869 elicitam = AS qua per actum amicitae Qμυ e. (elicitivam $P^1$B) affectionis amicitiae *rell.* | tendentis] tendentem Z tendit Q | in Deum *post* immediate (869-870) P 870-871 et — mihi *om.* Z 870 etiam = A aliam PB | secundum *om.* Q 871 vel] actus (a.] qua per actum Q *praem.* elicitivam Y) PNY 871 concupiscentiae *om.* A | attingentis Deum] attingentem D. S tendit in D. immediate Q | mihi] huic NYQ 872 ordinatus] ordo Y | et] quia Z 873 et] etiam Q | habitum] *post* theologicum P *om.* NQ | theologicum *rep. post* quia S | quia *om.* A 874 Non] Nec Q | non enim] n. autem S quia n. BQ n. A 875-876 sicut] scilicet Q 876 intelligentia] intellectiva B intelligitur B intelligitur Y | et] quod S | illa] ita A | perficitur *om.* P 877 verum] unum Z *praem.* Deum B | assentiendum est] e. a. Y 878 per] propter NY | apparet] patet Q | illam] istam SB | de partibus imaginis *om.* Q 879 etsi] si N | tantum *om.* NYQ 880 $est^1$ *om.* PSZB | ex] a PZ | hoc non est *om.* $N^1$ | actu duplici] d. a. Q 881 eliciendo Y | attingeret Q | etsi] licet Z

T [118] Cf. supra n. 5. [119] Cf. supra n. 110. [120] scil. ad Deum. [121] Cf. supra n. 6. [122] Cf. ibid.



tionem de genere actionis, non tamen habet actionem de genere qualitatis, qua attingit obiectum, sed sola intelligentia habet actionem de genere qualitatis qua attingit obiectum, quae est operatio circa tale obiectum. Et pro tanto in intellectu est ratio parentis, cui competit actio de genere actionis, et producti (quae duo in divinis repraesentant Patrem et Filium); in voluntate autem non est talis ratio originandi naturaliter, sed tantum libere, – et in quantum habet rationem originantis, potest poni voluntas concurrere cum memoria, sicut dictum est in I libro[123]. Breviter ergo dico quod non correspondent isti habitus partibus imaginis, sed tantum sunt duo principia, quorum est attingere Deum immediate per actus elicitos: tales autem sunt intellectus, qui – ut indistinctus – per unicum actum elicitum attingit Deum immediate, credendo, voluntas autem habens rationem affectionis iustitiae et commodi, amando et sperando.

[VII. – AD ARGUMENTA PRO TERTIA VIA]

[27] Ad argumenta pro illa opinione quae ponit caritatem in concupiscibili et spem in irascibili[124], quae ponuntur ad probandum distinctionem irascibilis et concupiscibilis in voluntate[125] (ubi forte concederetur distinctio istorum in voluntate correspondens distinctioni virtutum moralium perficientium voluntatem[126]), – sed ad propositum non est distinctio necessaria. 135

---

APSZBNYQ(μυ)

882 actionis — $genere^2$ *om.* N 882-884 non — qualitatis *rep. post* actionis (886) $S^+$(¶
*sign.* Vacat) 883 qualitatum Y 883-884 qua — qualitatis *om.* $P^zY$ 883 attingit obiectum]
attingat Deum N 883-884 sed — obiectum *om.* AZY 883 habet] attingit $P^2$ *om.* N *add.*
huiusmodi Q 883-884 actione N 884 de genere qualitatis *om.* Q | qua attingit obiectum
= SB | quae] *add.* etc. intelligit actione de genere qualitatis, quae B 886 produci ASNYQ
887 repraesentant] *ante* in (886) NY respiciunt (*ante* in, 886 Q) BQ 888 tantum *om.* Q
889 voluntatem NYQ 890 in I libro = A lib. I PSZ distinctione 3 I libri (l. *om.* NYQ) quae-
stione ultima *rell.* μυ | Breviter ergo dico] B. di. Z Di. er. br. Q 891 isti habitus *ante* non
(890) Q | sunt *om.* Q 891-892 duo principia, quorum] duae potentiae, quarum NYQ *add.*
unum P 892 Deum immediate] i. D. Y 892-894 per — immediate *om.* Z 893 indistinc-
tius] distinctius Y | unicum] unum P 894 immediate] *ante* attingit Q *ante* Deum Y | voluntas
autem] et (quod $P^z$) v. (*add.* ut NYQ) PBNYQ v. Z 895 sperando] superando $P^+$ 897 illa]
prima A 898 spes Q | in *om.* S | ad probandum *om.* N 898-899 distinctionem *om.* B
899 irascibilis et concupiscibilis] c. et i. PZNY 900 concederetur] *comp.* APSZBN | istorum]
illorum Z | in voluntate *om.* Q 901 virtuti (!) Q | voluntatem] *add.* ut dicitur distinctione
34; patebit ibi Q 902 distinctio necessaria] illa (ista Y) d. n. PZNY d. illa n. B n. ista d. Q

T [123] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 2 n. 300-303 (II 305-309). [124] Cf. supra n. 27. [125] Cf. supra n. 28-31. [126] Cf. supra n. 39.

136 Sed quae istarum duarum virtutum sit in voluntate sicut in concupiscibili?

Ut ponitur, magis erit spes, accipiendo 'concupiscere' stricte pro 'desiderare commodum concupiscenti'[127]. Absolute tamen ambae istae virtutes appetitivae theologicae sunt in concupiscibili, quia[128] irascibilis non est nata habere Deum pro obiecto immediato, sicut tangit unum argumentum – contra illam opinionem – de 'irasci'[129], et tangetur inferius in materia de virtutibus moralibus[130e].

---

[e] *Sequitur adnotatio interpolata*[8+]: Opinio quod 'spes non est virtus distincta a fide vel a caritate[9+], sed vel istae[10+], quando est perfecta, vel fides quaedam'[11+], non improbatur. Opinio Henrici[12+] habet quattuor rationes et additionem de vi[13+]. Probatur, sicut hic supra, prima ratio Henrici etc.[14+].

Solutio: desiderare Deum esse bonum meum, a se mihi pro meritis largiente, est actus bonus; ergo ad illum potest esse virtus[15+], – et theologica[16+], quia ex obiecto, quod est prima condicio[17+]. Probatur quod potest habere tres condiciones theologice[18+], scilicet habere Deum pro mensura et causa efficiente, licet aliqua possit esse acquisita[19+]. Iste actus non est fidei, quia non credere[20+]; non caritatis, propter tria: quia mihi, quia affectionis commodi, quia separabilis[21+].

Contra: naturaliter desidero; desperans desiderat[22+]. Duo actus simul: ex caritate desidero[23+]. Et illud reducitur per simile de fide, qua credo in se et mihi[24+]. Nec solvitur et reducitur quia desidero alii[25+].

De absentia numquid est per se de ratione obiecti[26+] et obscurum respectu fidei? Quia semper ista evacuantur sic quod habitus sint essentialiter imperfecti, vel imperfectio concomitetur[27+]; et similiter in obiectis imperfecte obici.

APSZBNYQ(μυ)

903-905 Sed — spes] ad hoc ut istae duae virtutes sint in voluntate, immo spes est magis concupiscibilis Q 903 Sed] scilicet NY *add.* si PZB | quae] qua PSZ aliqua B | istarum] illarum PZ | duarum *om.* PZ | sit] sint S | voluntate sicut in *om.* PSZ | sicut] si Y ut s. B 903-904 sicut in concupiscibili *om.* NY 905 Ut ponitur] concupiscibilis est BNY *om.* PZ | erit] est P *om.* N 906 tamen] autem P etiam NY enim Q 907 istae] illae Y *om.* SB | sunt *ante* ambae (906) Q 908 nata *om.* P | immediato] *ante* obiecto YQ immediate (*ante* pro PZ) PSZB 909 illam] istam N unam Q | irascibili PZNQ 910 in materia *om.* YQ

23*-38* Opinio — obici = P [*post* delectabile magnum (494)]; ¶ *text. sign.*: Extra est in Ioanne *et lin. anfractuosa* (*quae tamen linea erronee ab amanuensi retrorsum protenditur usque ad lin.* 483) P[1] 27* esse] est P

T [127] Cf. supra n. 40. 58. [128] supple: vis. [129] Hoc argumentum de 'irasci' cf. supra n. 35. [130] Cf. infra d. 34 n. 38. 48. 51.

[8+] Haec adnotatio, a quodam anonymo amanuense vel discipulo compilata, brevem exhibet synthesim totius distinctionis 26. [9+] Cf. supra n. 9-11. [10+] id est: sed vel est simul fides et caritas (cf. supra n. 12). [11+] Cf. supra n. 13. [12+] Cf. supra n. 27. [13+] Cf. supra n. 28-31 et n. 32. [14+] Prima ratio cf. supra n. 28; ceterae rationes cf. supra n. 29-31. [15+] Cf. supra n. 90. [16+] Cf. supra n. 96. [17+] Cf. supra n. 97. [18+] Cf. supra n. 102. [19+] Cf. supra n. 104. [20+] Cf. supra n. 107. [21+] Cf. supra n. 108-111. [22+] Cf. supra n. 112. [23+] Cf. supra n. 113-115. [24+] Cf. supra n. 118-120. [25+] Cf. supra n. 128. [26+] Cf. supra n. 97-99. [27+] Cf. supra n. 100.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO VIGESIMA SEPTIMA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM SIT ALIQUA VIRTUS THEOLOGICA
INCLINANS AD DILIGENDUM DEUM SUPER OMNIA]

[Q. 1] [1] Circa distinctionem vigesimam septimam quaero utrum[a] sit aliqua virtus theologica inclinans ad diligendum Deum super omnia[1]. 1

Quod non: 2

Quia talis, si esset, esset quaedam amicitia, – quod patet ex actu, quia actus eius esset 'amare'[2]; sed, secundum Philosophum VIII *Ethicorum* cap. 7, non est amicitia ad Deum, quia Deus improportionaliter excedit: talis excessus prohibet amicitiam, secundum eum, quia ipsa est inter aequales aliquo modo.

---

1* [a] *Loco* Circa – utrum *textus interpolatus*: « Cum Christus fidem et spem non habuerit »[1+]. Circa istam vigesimam septimam distinctionem, in qua Magister agit de caritate qua diligimus Deum, quaeritur unum, utrum scilicet.

APSZBNYQ(μυ)

5 *adnot.* Distincto 27 A[1] *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSZBNY Cum (1*) — scilicet (3*) Qμυ 5 quaero utrum] quaeritur an NY 8 talis] *add.* virtus PSZNYQ | si] *rep. ante* talis N non S+ | quaedam *om.* ZB 9 actus] *post* eius ZQ *om.* Y | esset] est Z | sed *om.* ZQ 10 Ethicorum] Physicorum Y | cap. 7 *om.* PSNYQ 10-11 improportionaliter] incomparabiliter NYQ 11 talis] *praem.* et Q | secundum eum *ante* prohibet Q 12 ipsa] amicitia Q | aliquo modo] *ante* aequales PSZNYQ *ante* inter B

F *9* ARISTOT., *Eth. Nic.* VIII c. 7 (AL XXVI[3] 308; Θ c. 8, 1158*b* 27-28; c. 9, 1258*b* 35-36): «Cum enim secundum dignitatem amatio fiat, tunc fit aliqualiter aequalitas, quod utique amicitiae esse videtur... Manifestum autem si multa distantia fiat virtutis vel malitiae vel egestatis vel alicuius alterius: non enim adhuc amici sunt... Manifestissimum autem hoc in diis: plurimum enim isti omnibus bonis superexcellunt».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 27 q. un. [2] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* VIII c. 5 (AL XXVI[3] 305; Θ c. 7, 1157*b* 25-27): «Maxime quidem igitur est amicitia quae [est] bonorum... Videtur enim amabile quidem et eligibile quod simpliciter bonum vel delectabile [est]»; IX c. 9 (p. 335; I c. 8, 1168*b* 9-10): «Haec enim omnia [amicabilia seu amicitiae opera] ad se ipsum maxime exsistunt: maxime enim amicus [est] sibi ipsi, et amandum maxime se ipsum»; THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VIII c. 8 (XLVII[2] 528*b*): «Amicitia in quadam unitate consistit, quae maxime est alicuius ad se ipsum».

[1+] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* III d. 27 c. 1 n. 1 (SB V 162).

3 Item, nulla virtus movet ad actum impossibilem habenti; sed impossibile est nos amare Deum super omnia.

4 Quod probatur dupliciter:

Primo, quia ex IX *Ethicorum* cap. 9 «Amicabilia ad alterum mensurantur ex iis quae sunt ad se ipsum»; mensuratum autem non excedit mensuram in mensuris acceptis cum perfectione; ergo amicitia quae est ad se ipsum excedit illam quae est ad alterum.

5 Secundo, quia amicitia fundatur super unitatem; impossibile est aliquid esse amanti aeque unum sibi.

6 Item, tertio ad principale: aliquis sine virtute potest diligere Deum super omnia; ergo ad hoc non est virtus theologica necessaria.

7 Probatio antecedentis:

Tum quia si potest[3] ex habitu, et sine habitu potest, nam habitus non dat 'posse' simpliciter, quia tunc esset potentia.

8 Tum quia ex naturalibus potest aliquo frui, et non necessario inordinate; nulla autem est fruitio ordinata circa aliquod obiectum nisi circa Deum; ergo etc.

9 Praeterea, ex actibus frequentibus diligendi Deum super omnia potest acquiri habitus – similis illi quo diligimus meritorie Deum su-

---

APSZBNYQ(μυ)

13 Item] Praeterea Q | movet] inclinat PNYQ | habendi ZY 14 nos] non Q 15 Quod *om.* Z | dupliciter *om.* NY 16 Primo, quia ex *om.* Z | quia *om.* NYQ | cap. 9 = AZ | Amicabilia *om.* Y | alterum] Deum $N^{*}$ 17 se *om.* SQ | autem *om.* N 18 perfectione] praecisione Y 18-19 ergo — illam *om.* $B^{*}$ 19-20 quae$^{1}$ — amicitia *om.* Z 19 se ipsum] alterum non NYQ | illam] amicitiam $B^{2}$ illa (!) Q | alterum] se ipsum NYQ 20 Secundo] Tertio Y | amicitia fundatur] accidentia fundatur Y | est] *praem.* autem NQ *add.* autem P 21 esse] *post* amanti B *om.* Y | aeque unum] *ante* amanti Q eam u. Y | sibi] sicut ipsemet s. Q 22 Item] Praeterea NYQ | tertio ad principale *om.* Q | aliquis] homo PNYQ 23 ad — necessaria] non est ad hoc n. virtus theologica Q 25 Tum *om.* ASZYQ | si *om.* N | si — nam] cum habitu potest; sed Q | potest ex habitu] ex h. p. PZBNY 26 quia *om.* N | esset] esse $B^{*}$ 27 Tum] *add.* etiam Q 28 inordinate] ordinate PSZB´N *add.* inordinate ergo $B^{2}$ | est] *post* fruitio BQ *post* ordinata NY | aliquod] aliud Q | obiectum *om.* N 29 nisi circa Deum] a Deo Q | etc. *om.* Q 30 frequentibus] frequentatis *post* omnia Q 31 potest acquiri habitus] *rep. post* omnia$^{1}$ (32) $B^{*}$ p. h. a. Z | similis — diligimus] simul inclinans ad diligendum Q simul diligendi NY | illi] *add.* qui inclinat P | diligemus S | meritorie Deum = AB D. m. Z D. *rell.* μυ

F *16* ARISTOT., *Eth. Nic.* IX c. 4 (AL $XXVI^{3}$ 328; I c. 4, 1166*a* 1-2); *Auctoritates Aristotelis* 12, 176 (PhM XVII 245): «Amicabilia quae sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus quae sunt ad se ipsum».

T [3] supple: diligere.



per omnia[4] – qui inclinat ad diligendum ipsum super omnia; ergo caritas non potest inesse habenti talem habitum, quia si sic, duo habitus eiusdem speciei inessent eidem, quod videtur inconveniens.

10 Antecedens patet, quia si – ex praecedente ratione[5] – contingit diligere Deum super omnia ex puris naturalibus, igitur contingit frequenter sic agere: diligere Deum super omnia gignit talem habitum; ergo etc.

11 Nec potest dici quod isti duo habitus se compatiantur, quia sunt alterius speciei propter causas efficientes: nam causa efficiens sola non distinguit effectum specie, sicut patet per Augustinum III *De Trinitate* 9 et Ambrosium *De incarnatione*, qui dicunt quod differentia originis non diversificat speciem (patet ibidem de homine producto per creationem et generationem, quia Adam fuit eiusdem speciei mecum); ergo etc.

12 Contra dicit Magister in littera et Augustinus *De doctrina christiana* 4 et 5 (quaere in *Sententiis*).

---

APSZBNYQ(μυ)

32 qui — omnia$^{2}$ *om.* Q | ipsum] Deum B 33 talem habitum] h. t. Q | duo] *praem.* tunc Q 35 patet] probatur NY | si *om.* YQ | ratione] quaestione Z 36 super omnia *post* naturalibus BNYQ 36-38 ex — etc. *om.* S 36 igitur] ex talibus actibus Q 36-37 igitur — omnia *om.* (*sed cf. ad* 37) Y | frequenter] ex frequenti PB *praem.* ex NQ 37 agere *om.* Q | gignit talem habitum] et acquiretur habitus (*add.* quo contingit sic agere Y) NY *om.* B 38 ergo etc. = A 39 Nec *rep.* Z | duo *om.* $B^{*}$ | compatiantur = A compatiuntur *rell.* μυ | quia *in corr.* $B^{1}$ 40 nam — sola] diversas, quia s. causa efficiens diversa Q 41-42 De Trinitate] Trinitatis PZB 42 et] *add.* per Q | qui dicunt quod] verbi Q *om.* NY 43 diversificant PS 43-45 patet — etc. *om.* NYQ; ¶ *sign.* Vacat $P^{2}$ 43 patet ibidem] ad primum p. per idem P | homine] eodem Z 45 etc.] dico P *om.* SZ 46 dicit = A 47 4 — Sententiis] 14 c. 5 Y *om.* PNQ | et 5 *om.* Z

F *41-42* AUGUST., *De Trin.* III c. 9 n. 20 (CCL 50, 147-148; PL 42, 880): «Quod ex utroque intelligitur, fortassis unum est, at illa ex quibus intelligitur diversa sunt, tamquam si Domini nomen et auro et atramento scribatur. Illud est pretiosius, illud vilius; quod tamen utroque significatur, idipsum est»; AMBROSIUS, *De incarn.* c. 9 n. 105 (CSEL 79, 275; PL 16, 844): «Diversa quidem in filiis et parente principia, sed humanae condicionis una natura; nec tamen dissimilitudo ortus similitudini substantiae praeiudicavit». *43* AMBROSIUS, *De incarn.* c. 9 n. 105 (CSEL 79, 275; PL 16, 844): «Quid autem de ipso loquamur Adam, qui cum sit formatus 'e limo terrae' [Gen. 2, 7], generavit utique filios suae consortes naturae, participes generis?». *46* LOMBARDUS, *Sent.* III d. 27 c. 2 n. 1-2 (SB V 162-163); AUGUST., *De doctr. christ.* I c. 26 n. 27 (CCL 32, 21; PL 34, 29: «Finis itaque praecepti est dilectio [I Tim. 1, 5], et ea gemina, id est Dei et proximi».

T [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 129-142 (V 202-208). [5] Cf. supra n. 6-8.

[I. – AD QUAESTIONEM]

13 In ista quaestione tria sunt videnda: primo, quia habitus manife- [2]
stantur ex actibus, videndum est de actu isto, qui est 'diligere Deum super omnia', an sit rectus, ita quod ad ipsum posset esse virtus; secundo, de formali ratione obiecti huius actus et habitus inclinantis ad primum actum; tertio, utrum in hunc actum posset natura sine habitu infuso.

[A. – DILIGERE DEUM SUPER OMNIA EST ACTUS RECTUS]

14 De primo dico quod 'diligere Deum super omnia' est actus conformis rectae rationi naturali, quae dictat optimum esse summe diligendum, et per consequens est actus de se rectus; immo rectitudo eius est per se nota (sicut rectitudo primi principii in operabilibus): aliquid enim summe diligendum est, et nihil aliud a summo Bono, sicut non aliud a summo Vero est maxime tenendum tamquam verum apud intellectum. Confirmatur etiam istud, quia praecepta moralia sunt de lege naturae[b], et per consequens istud *Diliges Dominum Deum tuum* etc. est de lege naturae, et ita notum est hunc actum esse rectum.

[b] *Sequitur adnotatio interpolata*: distinctione 10, in Canone, cap. 1, paragrapho 'In naturali iure'[2+].

APSZBNYQ(μυ)
49 tria] tertia tria P | sunt videnda] v. s. Y | primo quia] q. enim Q 49-50 manifestantur] *comp.* AZ 50 est] *add.* primo Q | actu isto] i. (illo Z) a. ZNYQ 51 ipsum] eum non Q | possit ZBNYQ 52 obiecti = A obiectiva μυ | huius actus et] a. istius et h. Z 53 primum actum = A ipsum *rell.* μυ 53-54 in — infuso] natura sine habitu inf. possit in illum Q 53 hunc actum] hoc NY | posset] possit N *add.* esse Y | natura] non N 57 rectae] *post* naturali Q *om.* ZN | optime Q 58 diligendum *rep. ante* summe (57) P' | et per consequens] igitur Q | est — se] e. Q *om.* NY | recto (!) N | immo *om.* N 58-59 rectitudo eius] e. r. Q cuius r. NY 59 est *post* nota Z 59-60 operationibus NY 60 enim *om.* Y | summe diligendum est = A e. s. d. *rell.* μυ 60-61 nihil — Bono] non nisi summe Bonum Q 61 non] nec N nihil ZBQ | aliud] aliquid N | summo] signo S+ | tenendum] t. vel credendum Q 61-62 tamquam] *add.* causatum Z 62 etiam istud] autem i. Y *om.* Q | quia] quod S 63 istud = A illud (istud Y) praeceptum *rell.* (*om.* S) μυ 64 Deum tuum *om.* Z | tuum *om.* N | etc. *om.* Q | et — est *rep. ante* per (63) N+(¶ *sign.* Vacat) | ita] *add.* naturaliter (*utrobique* N) PZNYQ
4*-5* distinctione — iure = ZB

F *63-64* Deut. 6, 5; Matth. 22, 37.

T [2+] Recte GRATIANUS, *Decretum* pars 1 d. 7 c. 3 (CIC I 11).



Ex hoc sequitur quod ad illum actum potest esse aliqua virtus 15
naturaliter inclinans, – et haec theologica, quia est circa obiectum theologicum, scilicet circa Deum immediate. Nec hoc solum, sed etiam innititur immediate primae regulae humanorum actuum et infundi habet a Deo: haec enim nata est perficere supremam portionem animae, quae non perfectissime perficitur nisi immediate a Deo[6].

Haec virtus distincta est a fide, quia actus eius non est 'intellige- 16
re' vel 'credere'. Distincta est etiam a spe, quia actus eius non est concupiscere amanti bonum in quantum est commodum amanti, sed tendere in obiectum secundum se, etiam si per impossibile circumscribatur commoditas eius ad amantem.

Hanc itaque virtutem, perficientem voluntatem in quantum ha- 17
bet affectionem iustitiae, voco 'caritatem'.

[B. – DE OBIECTO FORMALI HUIUS ACTUS
1. – TRES ALIORUM VIAE SEU OPINIONES]

[3] De secundo, videtur una istarum trium viarum tenenda: vel 18
quod formale obiectum habitus huiusmodi esset Deus in se secun-

APSZBNYQ(μυ)
66 illum] istum PNY ipsum Q | actum *om.* NYQ 67 naturaliter] *post* inclinans P *om.* NYQ | est] sunt (!) Z 68 circa *om.* Q | solum] tantum Q 69 etiam *om.* Q | primae regulae] r. p. Z 70 habet] potest (*rep.* N) NYQ | haec enim] et sic Q 70-71 portionem] partem Y 73 non *om.* P* 73-74 intelligere — est$^{2}$ *om.* Y | intelligere vel *om.* Q 74 vel] nec Z | vel credere] *post* Distincta P *om.* N | Distincta est etiam] D. et. est Z Similiter Q 75 amanti bonum] b. a. Q | commodum] cognitum S | amanti = AZ amantis *rell.* μυ 76 secundum] per Y | etiam] est S' 77-78 circumscribatur = AZ circumscribetur N circumscriberet Q circumscriberetur *rell.* μυ 77 commoditas] *praem.* ab eo Q | eius *om.* N | amantem] *add.* hunc Y 78 Hanc — perficientem] ita quod Y | itaque *om.* Q | virtutem] *add.* affectivam PZBNQ | voluntatem *rep.* S 79 voca A 82 videtur] videretur Y *add.* scilicet de formali subiecto istius actus P 82-83 videtur — esset] dico quod huius habitus obiectum posset poni Qμυ 82 istarum = A | viarum *om.* A 83 habitus huiusmodi = A huius h. *rell.* 83-86 secundum — se *om.* Z*

F *82* Primam viam proponunt PETRUS DE TARANTASIA [INNOCENTIUS V], *Sent.* III d. 29 q. un. a. 4 in corp. (III 228*b*): «Caritas formale obiectum habet summum Bonum; ipsum ergo est ratio motiva ad diligendum in omnibus quae ex caritate diliguntur. Haec vero ratio motiva maior est in eo in quo est per essentiam quam in quo est per participationem solum, sicut ratio motiva visus in luce absoluta quam in corporata. Hinc est quod caritas magis

T [6] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 24 n. 9-12 (XIX 220-222); THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 17 a. 1 in corp. (VIII 124*ab*).

dum rationem eius absolutam[7]; vel quod Deus in quantum bonum conveniens amanti[8]; vel, tertio modo, in quantum includit utrumque, prout scilicet est quoddam bonum infinitum in se, cuius amans est participatio quaedam sicut finitum est participatio quaedam Boni infiniti.

19 Secundum[9] hoc modo poneretur quod Deus, etsi – in quantum sit bonum creaturae prout ei dat 'esse' per creationem – diligatur amore naturali, tamen, in quantum dat ei 'esse' beatificum, diligeretur ex caritate, et ita obiectum caritatis esset Deus in quantum est obiectum beatificum amantis.

20 Primum[10] poneretur propter illud quod nunc tactum est[11], quia non sufficit quod aliquis sit solum in se summum bonum (sicut Bonum infinitum) ad hoc quod summe diligatur, sed oportet cum hoc concurrere quod sit bonum huius in quantum participatur ab isto.

## [2. – OPINIONUM IMPROBATIO]

[4] 21 Contra primam viam[12] arguitur, quia tunc si per impossibile esset alius[13] Deus, esset super omnia diligendus ex caritate, – quod videtur inconveniens ex se. Et etiam per rationem[14], quia non possunt esse duo summe diligibilia super omnia, quia utrumque super alterum diligeretur, et tunc unum et idem super se ipsum diligeretur.

---

APSZBNYQ(μυ)

84 eius absolutam] a. e. Y | quod = A | bonum *om.* Q 85 concludit Y 86 est *om.* Y | in] secundum Y 87 participatio quaedam[1]] q. p. ZNYQ 87-88 sicut — Boni *om.* Q 87 finitum] *add.* bonum N 87-88 participatio quaedam] q. p. PY | quaedam Boni *om.* N 89 poneretur *ante* hoc PNYQ | quod] quia NQ 89-90 in quantum *om.* N 90 sit *om.* SZBQ | ei dat esse = A d. esse ei Bμυ d. ei esse *rell.* 90-91 per — esse *om.* S 90 per creationem] procreationem B *om.* Y

91 ei esse] esse ei B 91-92 diligitur PZNYQ 92 ita] ut P | esset] est NYQ | Deus *om.* A 93 beatificatum $P^+$ 94 Primum] Tertium PBNYQ | propter] per Q | nunc] modo Z 95-96 quod — hoc[1]] sola bonitas infinita in se NYQ 95 aliquid PSZB | sit solum] so. sit Z | summum bonum] b. s. Z | sicut Bonum = A 96 quod = A ut *rell.* μυ | diligantur (!) N | cum hoc *om.* NYQ 97 isto] ipso NY 99 arguitur *om.* Z 100 alius Deus, esset] D. a., e. Y *om.* Z | diligendo (!) S 101 Et *om.* Z | per] propter B 102 summe *om.* BQ | quia] *praem.* et $A^+$ | utrumque] unum Q 103 et — diligeretur *om.* N | et idem *om.* Y | super — diligeretur] d. s. omnia et non diligeretur Q | se ipsum] alterum Y

semper diligit Deum quam aliquod aliud propter Deum, sicut finis semper magis diligitur iis quae sunt ad finem. Ex caritate igitur impossibile est procedere motum quo diligatur aliquid aeque vel supra Deum»; HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 11 in corp. (f. 103Y): «Non solum dilectione deliberativa, informata caritate, Deus a creatura intellectuali diligitur super omnia alia, verum etiam dilectione beneplacentiae naturali».

F *84* Secundam viam proponit GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* X q. 6 in corp. (PhB IV 318-319): «Cum obiectum voluntatis sit bonum et secundum quod conveniens diligenti, Deus autem est summum Bonum secundum se et est bonum quasi commune, a quo dependet quodcumque bonum particulare cuiuscumque entis, ideo – etiam secundum ordinem naturalis inclinationis – unumquodque ens naturali dilectione inclinatur in Deum ut in finem et bonum suum optimum, prout naturali ordine unaquaeque pars naturaliter plus amat bonum commune totius quam bonum proprium suum... Quia ergo bonum maximum universale et commune est Deus (virtute scilicet et perfectione), quia etiam dicitur omne bonum, et sub hoc bono continetur homo, immo omnes creaturae, sequitur quod homo naturali dilectione plus et principalius diligit Deum quam se ipsum, ita quod non solum dilectione deliberativa – informata caritate – diligit Deum supra se et supra omnia alia, sed etiam dilectione deliberativa naturali, id est etiam sine caritate»; ibid. (p. 324). *85* Tertiam viam proponunt BONAV., *Sent.* III d. 29 a. un. q. 2 in corp. (III 642*a*): «Caritas facit Deum diligi tamquam finem ultimum et tamquam summum Bonum... Quod autem diligitur propter se et super omnia, diligitur dilectione fruitionis...; hinc est quod caritas facit nos Deum plus quam nosmetipsos diligere»; ad 4 (p. 642*b*): «Per caritatem enim diligo summum bonum Deo et summum bonum mihi, ita quod volo quod Deus habeat summum bonum et sit summum Bonum per essentiam, mihi vero per participationem»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 29 q. 2 in corp. (III f. 108*rb*): «Deus propter se et super omnia ex caritate diligendus est. Est enim illud in quo est principaliter illud bonum super cuius communicatione fundatur amicitia caritatis: fundatur enim super aeternam beatitudinem, quae in Deo est per essentiam, – in nullo autem alio est nisi per participationem»; AEGIDIUS ROM., *Quodl.* IV q. 14 in corp. (f. 75*rb*). *89* THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 23 a. 1 in corp. (VIII 163*b*): «Cum igitur sit aliqua communicatio hominis ad Deum secundum quod nobis suam beatitudinem communicat, super hac communicatione oportet aliquam amicitiam fundari... Amor autem super hac communicatione fundatus est caritas; unde manifestum est quod caritas amicitia quaedam est hominis ad Deum»; q. 26 a. 3 in corp. (p. 211*ab*): «A Deo duplex bonum accipere possumus, scilicet bonum naturae et bonum gratiae. Super communicatione autem bonorum naturalium, nobis a Deo facta, fundatur amor naturalis, quo... homo in suae integritate naturae super omnia diligit Deum et plus quam se ipsum... Unde multo magis hoc verificatur in amicitia caritatis, quae fundatur super communicatione donorum gratiae. Et ideo ex caritate magis debet homo diligere Deum... quam se ipsum».

F *94* RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 29 q. 2 in corp. (III f. 108*rb*-108*va*): «Deus propter se et super omnia ex caritate diligendus est: est enim illud in quo est principaliter illud bonum super cuius communicatione fundatur amicitia caritatis... Qualiter autem amicitia principaliter respicit illud in quo est principaliter illud bonum super cuius communicatione fundatur...; cum ergo Deus sit commune et formale bonum, a quo dependet communicatio aeternae beatitudinis, super quam amicitia fundatur, est principaliter ex caritate diligendus, – ad quod sequitur quod [illud bonum] sit diligendum propter se et super omnia».

T [7] sed cf. infra n. 20. [8] prout exponitur infra n. 19. [9] scil. secunda via (cf. supra n. 18).

T [10] scil. prima via (cf. supra n. 18). [11] Cf. supra n. 19. [12] Cf. supra n. 18. [13] scil. diversus. [14] supple: videtur inconveniens.

22 Secundo, quia si ratio 'boni simpliciter' sit ratio boni diligibilis super omnia, ergo ratio maioris boni est ratio maioris diligibilis, – et ita teneretur quilibet diligere magis proximum meliorem se quam se ipsum, quod non videtur probabile.

23 Secundum[15] non videtur probabile, quia actus caritatis – si est perfectus – respicit Deum sub perfectissima ratione diligibilitatis; non est autem perfectissima ratio diligibilitatis in Deo comparatio eius ad creaturam aliquam, sed[16] aliqua ratio est absolute 'in se': absolute enim est melius 'in se' quam posset esse quaecumque habitudo ad alterum. [5]

24 Praeterea, si[17] – in quantum beatificum – est principale obiectum caritatis, quaero quid sit illud beatificum: aut respectus aptitudinalis quo aptus natus est beatificare, aut respectus actualis quo scilicet actu beatificat?

Si primo modo, et aptitudo non est ratio terminandi actum perfectum perfecte nisi ratione naturae cuius est talis aptitudo, sicut nec universaliter aptitudo aliqua in se est perfectio, sed implicat necessario secum naturam cui inest; dicere ergo Deum sic esse obiectum beatificum caritatis, est dicere ipsum – in quantum est talis naturae – esse obiectum caritatis.

---

APSZBNYQ(μυ)

104 si *om.* N | sit] est (*ante* simpliciter Y) NYQ | boni$^{2}$] *post* diligibilis P *praem.* maioris N *om.* YQ 105 ergo] ideo Y *om.* N | ratio$^{1}$ *om.* Y | boni] *add.* simpliciter Y | boni — diligibilis] diligibilitatis Q | maioris] *post* diligibilis Y | diligibilis] *praem.* boni S *add.* boni P 106 teneretur quilibet] q. t. YQ | diligere magis] m. (maxime Q) d. BNQ | magis — se] proximum plus Y 108 Secundum — probabile] Sec. (Tertio N) improbatur PNYQ *om.* B | quia] quod $P^{+}$ | caritas B | si] qui Q 109 perfecta N | diligibilis Q 110 comparatio] per comparationem ZB 111 eius ad creaturam aliquam = A e. al. ad c. Z e. ad aliam c. B aliqua sui ad c. Qμυ e. aliqua (al e. Y e. a. eius N) ad c. *rell.* | aliqua] alia A | est = A eius *rell.* μυ | absoluta Q 112 in se] *ante* melius Y *ante* est N | possit Z 112-113 quaecumque habitudo] per quamcumque habitudinem Z *add.* eius N 114 beatificans Z 115 quid] aliquid Z | sit] est ZNQ | illud] esse Q *om.* NY 116 aptus *om.* Q | natus] *post* est NY *rep.* $P^{+}$ | respectus = AZ ratio SB 116-117 scilicet *om.* Q 117 actu *om.* SB 118 et *om.* PNYQ 119 ratione *om.* Q | sicut] ergo S 120 aptitudo aliqua] al. apt. B apt. Q *add.* alia A | in se *om.* NYQ | implicat = A coimplicat $SZY^{1}$ complicat (*post* necessario, 120-121 Qμυ) Y´ *rell.* μυ 121 dicere — esse] non est ergo dicendum Deum e. sic Q | sic] *ante* Deum N *om.* Y 122 beatificum *om.* $B^{2}$NYQ 122-123 est$^{1}$ — caritatis *om.* BQ 122 ipsum] Deum NY | est$^{2}$ *post* naturae Y | naturae] *sequitur spat. vac. 5 mm.* S 123 esse *om.* Y

T [15] scil. secunda via (cf. supra n. 19). [16] supple: Deus. [17] subintellige: summum Bonum.



Secundus modus non videtur probabilis, quia illa relatio quae est in obiecto, in quantum actualiter beatificat, sequitur actum: non enim est differentia in obiecto inter respectum actualem et aptitudinalem nisi quia actus est circa ipsum elicitus; ergo hoc dicere esset ponere quod – in quantum terminat actum a caritate elicitum – haberet rationem formalem obiecti actus. Similiter, 'appetere bonum ut huic' pertinet ad affectionem commodi, secundum quam affectionem voluntas non perficitur a caritate.

Praeterea, tam beatitudo actualis quam aptitudinalis, si quid dicit in Deo, dicit relationem rationis praecise, actualem vel aptitudinalem; nullus respectus rationis potest esse formalis ratio terminandi actum caritatis. 25

Et ad hoc possunt fieri argumenta quae tacta sunt in I libro, in prooemio, in quaestione 'De subiecto theologiae'[18]; ergo etc. 26

[6] Contra tertium[19] arguitur, quia eiusdem actus non videtur ratio duplex formalis obiectiva; altera ergo istarum rationum ponitur formalis respectu caritatis, et non ambae simul. Et ex hoc arguitur ulterius quod illud quod est ratio formalis quando coniungitur cum altero, si per se esset, esset per se obiectum formale, sicut apparet in aliis rationibus formalibus (puta si calor coniunctus est ratio formalis calefactionis, si per se esset, adhuc esset ratio formalis calefactio- 27

---

APSZBNYQ(μυ)

124 non] Nec *ante* Secundus Q | illa] ipsa A *om.* B 125 actualiter] actu Q 126 enim est] est en. N | respectum *om.* NYQ 126-127 actualem et aptitudinalem] aptitudinale et actuale NYQ 127 esset] *ante* dicere Q est B 128 ponere *om.* Q 128-129 haberet rationem formalem] habet f. r. B 130 huic *om.* Z | ad] *add.* rationem et NY | commodi *om.* $A^{\pm}$ 130-131 affectionem *om.* Q 131 voluntas *om.* Y | caritate] voluntate $P^{2}$S 132 beatitudo] beatificatio (*ante* tam Q) SNQ | actualis quam aptitudinalis] ap. q. ac. Q a. q. aptibilis (!) P a. q. beatitudinalis $S^{\pm}$ 132-133 quid dicit] d. aliquid Q 133 praecise *ante* relationem PNYQ 133-134 actualem vel aptitudinalem] ap. v. ac. Q ac. v. aptitudinem N *om.* Z 134 nullus] *add.* autem Q | formalis ratio] r. f. NY 136-140 ad — Et *om.* Q 136 fieri] *add.* alia PNY 136-137 I — prooemio] p. I NY 137 in = A | quaestione] qua (!) P | theologico Y | ergo etc.] ergo PS *om.* NY 138 quia] quod N 138-139 ratio duplex formalis] r. f. d. B d. r. f. Z dici f. r. Y f. r. N 139 alterum AS | istarum] illarum PN 140 respectu — simul] ratio terminandi actum caritatis NY 141 quod] quia $P^{1}$SQ | ratio formalis] f. r. NY 142 obiectum formale] f. o. B | apparet] patet Q 143 puta] punta $Q^{+}$ 144 calefactionis = AB calafaciens S calefaciendi *rell.* μυ 144-145 si — calefactionis] *rep.* $P^{+}$(¶ *sign.* Vacat) *om.* Y 144 adhuc *om.* NQ | formalis] *add.* respectu SZB 144-145 calefactionis] calefaciendi (*utrobique* P *ante* formalis NQ) PNQ

T [18] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 164-166 (I 108-109). [19] scil. tertiam viam (cf. supra n. 18).

nis); alterum ergo istorum quod nunc est per se ratio obiectiva, si per se esset, per se terminaret, et per consequens reliquum non terminaret, nec modo terminat.

28 Praeterea, si aliqua creatura intellectualis esset a se, et non ab alio effective, et esset de se infinita (sicut imponitur Philosopho quod senserit de intelligentiis aliis a prima[20]), talis creatura posset diligere Deum super omnia, et nullum – secundum rectam rationem – nisi Primum, et tamen non esset participatio Primi effective loquendo.

[3. – RESPONSIO PROPRIA]

29 Quoad istum articulum[21] dico quod ratio obiectiva actus caritatis [7]
vel habitus potest intelligi tripliciter: vel prima, quae – secundum se accepta – nata est esse ratio terminandi per se; vel secunda, quae est aliqua ratio praecedens aliquem actum propter quem natus est actus elici circa obiectum; vel tertia, quae concomitatur ipsum actum, immo quasi consequitur actum elicitum.

30 Prima ratio est propria ratio obiectiva, et nulla alia proprie loquendo et stricte; et haec ratio obiectiva est ratio Dei in se. Praecisa

APSZBNYQ(μυ)

145 alterum ergo] e. a. NYQ | istorum *om.* N | quod nunc] quae n. A *om.* Z 146 per se terminaret] *rep. ante* adhuc (144) Z p. se determinaret Y t. NQ | non *om.* Q 146-147 terminaret] terminavit N *add.* ergo $B^2$ 147 modo terminat] t. m. P 148 et] hoc est PNY id est SZQ 149 de] per Y | finita AZY | imponitur] *add.* de S 150 senserit] sensit B asserit N asserat (*add.* hoc Q) YQ | aliis *om.* S 151 Deum] aliquid (*ante* diligere NY) PNYQ | nullum] non aliud Q | rectam] istam Z 152 esset] est $Q^2$ | Primi] primae (!) NY 153 loquendo *om.* Q 155 Quoad] Quantum ad Q | actu B 156 vel] ut Y et Q | tripliciter] [...] $B^+$ 157 accepta] apta Z | per se] *ante* ratio PSNY *ante* esse ZQ 158 aliqua] alia *post* ratio N *spat. vac.* Y | aliquem] *post* actum P *om.* NYQ | quem] quam PZB 158-159 actus] *add.* ille Z *add.* iste $B^2$ 159 quae] *add.* quasi Q | concomitatur] communicat A | ipsum actum *om.* Q 160 quasi] quae Z *om.* B | consequitur] sequitur Z *add.* ipsum Q 161 Prima] Praeterea PS | est *om.* N | propria] proprie Q | nulla] non Q | proprie *om.* NYQ 161-162 loquendo et stricte] et s. l. P s. l. NYQ 162 stricte] constricte Z | haec] si Y

F *149* HENRICUS GAND., *Summa* a. 25 q. 3 in corp. (I f. 154H): «Procul dubio ergo Aristoteles [*Metaph.* XII c. 8 (AL XXV$^{3\,2}$ 260-261; Λ c. 8, 1073*a* 23-36)] posuit plures deos naturaliter ex se ipsis exsistentes, reducendo omnes ad unum primum non sicut a quo alii haberent esse post non-esse, sed sicut praecedens eos in ordine dignitatis et principii motivi..., ut sic non sit summus deus – secundum eum – nisi quaedam intelligentia ceteris nobilior..., et quod quaelibet earum ex se esset virtutis et substantiae infinitae»; *Quodl.* VI q. 33 in corp. (AMPh s. 2, X 282-283).

T [20] Cf. DUNS SCOTUS, *Quodl.* q. 7 n. [37]. [21] Cf. supra n. 18.



autem ratio 'huius essentiae' est formalis ratio terminandi omnem actum et habitum theologicum, et hoc in quacumque natura intellectuali (sicut tactum est supra in quaestione 'De subiecto theologiae', in prooemio I[22]). Quod probatur breviter ex hoc quod potentia, respiciens aliquod obiectum commune adaequatum sibi sive in ratione motivi sive in ratione termini, non potest perfectissime quietari nisi in eo solo in quo est perfectissima ratio obiecti adaequati; omnis potentia intellectiva et volitiva respicit pro obiecto primo adaequato totum ens terminative et motive; in nullo ergo ente, sive creato sive increato, potest quietari perfecte nisi in illo in quo invenitur perfectissima ratio entis. Tale autem solum est 'hoc primum ens', sed non sub ratione aliqua relativa, sed sub ratione qua est 'hoc ens'.

[8] Secunda ratio potest aliqualiter dici ratio obiectiva respectu ac- 31
tus amandi praecise, nam ipsa est aliqualiter nata allicere ad amandum, – et talis est in proposito ratio relativa 'huius naturae' ad amantem, quae scilicet est bonum communicativum sui illi. Sicut enim in nobis primo amatur aliquid propter bonum honestum, secundo quia scitur redamare, ita quod ista redamatio est una specia-

APSZBNYQ(μυ)

420 amore] dilectione NY | in *om.* PSBY | centuplo NY | promptius sustinerent] s. p. Y 421 pro — alii] quam a. pro Deo Z *om.* NYQ | eo] Deo B | tamen = A | talis *om.* N 422 elicitus a voluntate] voluntatis e. NYQ | actui] activi Z | eius *om.* NYQ | acquisita = A attributa P retributa *rell.* μυ 422-423 allicit — Deus] a. D. et nutrit Z D. a. et nutrit Q 423 parvulosos (!) P | deficient P 424 illud] istud Y 425 et$^1$ — intensive *om.* Q | et$^2$] sicut et Z | tenetur Z | diligere Deum] D. d. Y | super] ultra NQ 426 omnia] *add.* alia PYQ | ita — intensive *om.* $B^*$ | etiam *om.* $ZB^2$ | et = $AZB^2$ | intensive *om.* NYQ | maiore] *praem.* in Z | affectu] effectu $SZ^2B^2$ 426-427 aliquod NYQ 427 simpliciter] *ante* aliquid (426-427) Y *post* maiore Q | dico] *praem.* et Q | quia] quod Y *praem.* quam N 428 contra quod] quam quia (quia] quod $P^1$) P quia BNYQ | posset facilius] f. p. SZNYQ 429 cuiuslibet] cuiuscumque ZNQ | cuiuslibet — dilectionis$^2$] *rep.* P *om.* SY | ad oppositum dilectionis$^2$ *om.* Q 431 autem *om.* Q | illo] isto Y *om.* SB | pari] *praem.* quod A *praem.* quia PBNYQ 432 visione] dilectione Y | impletur B 433 nobis *om.* N 433-435 satis — intensionem] extensive et intensive Q 435 et — intensionem *om.* S | viam] *add.* praecepti N 436 in via] a viatore Y 436-437 exprimuntur = Z exponuntur *rell.* μυ 437 istas] illas ZNQ ista (!) S | additiones] condiciones Y | corde] *add.* tuo et B *add.* et SNYQ | ex tota mente] ex m. tua B ex t. anima NYQ *om.* Z

F *423* Luc. 10, 21; Matth. 15, 32. *437* Deut. 6, 5; Matth. 22, 37; Marc. 12, 30: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota virtute tua».

T [58] scil. pro Deo. [59] supple: teneor diligere Deum. [60] scil. actui odii (cf. infra n. 62). [61] supple: talis affectus. [62] Cf. supra n. 57 («Et confirmatur...»). [63] Cf. supra n. 53.

non potest esse in vita ista tanta recollectio virium, amotis omnibus impedimentis, ut possit voluntas tanto conatu ferri quanto posset ferri si vires essent unitae et recollectae et omnia impedimenta amota. Et quoad talem intensionem, expulsis omnibus impedimentis et recollectis viribus, debet intelligi dictum Augustini et Magistri quod praeceptum illud non impletur in via[64]: pronitas enim virium inferiorum pro statu isto impedit superiores ab actibus suis perfectis.

### [b. – QUALITER TENEATUR CREATURA RATIONALIS AMARE DEUM SUPER OMNIA]

62 Quantum ad istud dico quod illud praeceptum affirmativum Deut. 6 et Matth. 22, *Diliges Dominum Deum tuum* etc., non tantum semper obligat ad non[65] oppositum, videlicet ut non sit actus odii, sed etiam pro aliquando obligat ad actum eliciendum, quia actus iste est circa finem, ex cuius bonitate descendit omnis bonitas moralis in actibus qui sunt ad finem. Si ergo homo tenetur aliquando habere actum aliquem virtuosum, tenetur aliquando habere actum illius praecepti circa finem gratuite diligendum. Quando autem sit hoc forte, determinavit aliud praeceptum divinum: *Sabbatum sanctifica* et *maneat unusquisque apud se*, recolligendo se et ascendendo ad [18]

APSZBNYQ(μυ)

438 esse] e. inesse (!) S | vita] via N | virium] *add.* mentis Z | amotis] *post* impedimentis (439) Z amoris $S^{+}$Y | amotis] a cunctis N | omnibus] *post* impedimentis (439) B *om.* NYQ 439 ut *ante* amotis (438) Q | ferri] referri $Y^{+}$ 439-440 quanto posset ferri *om.* $P^{*}$N 439 quanto] *add.* conatu $P^{2}$ 440 ferri *om.* $P^{2}$ZQ 440-441 recollectae — amota] non impeditae NYQ 440 omnia = A 441 intensionem] *add.* actus NYQ *add.* et B | omnibus *om.* NYQ 443 illud] istud PSB *om.* NY | impletur] impleretur S impleatur Z | pronitas] parvitas S 444 ab] pro Z | suis *om.* NYQ 447 istud] aliud NY secundum Q | affirmativum *om.* SZ 448 22 = $B^{1}$(*in corr.*)μυ 20 *rell.* | Diliges — tuum *ante* et NY | Dominum *om.* S | tuum *om.* ZY | etc. *om.* NY 449 semper obligat] o. s. PNYQ | non *om.* PNQ | oppositum] *add.* inessendum SZ *add.* fugiendum Q | videlicet ut non] ut Z v. ne N scilicet ne Y ne scilicet Q | ut] *om.* P quod $P^{2}$ | sit] insit Q 450 etiam *om.* Q | pro *om.* A | obligat *ante* pro Q | elicitum NYQ 451 iste] ille (*ante* actus, 450 Q) NQ | est = AQμυ e. actus *rell.* 451-452 moralis *om.* P 452 sunt] est (!) NYQ | Si] Sic Q | ergo homo] h. e. $Z^{+}$ | tenetur aliquando] a. t. PSZBN t. Y 452-453 habere *om.* P 453 actum aliquem = A al. ac. *rell.* μυ | virtuosum — actum² *om.* YQ | tenetur aliquando] a. t. S 453-454 illius] istius PSZY 454-455 sit hoc = AQμυ h. s. *rell.* 455 forte *om.* Y | determinavit] declaravit et d. ZB determinat Y *add.* hoc Q | aliud = A illud *rell.* μυ 455-456 sabbatum sanctifica] Sanct. sab. NYQ 456 et] ut BN | maneat | manifestat N | recolligendo] *praem.* id est Q *add.* scilicet NY | se *om.* P | et] quasi Z

F *448* Ut supra ad. lin. *437.* *455-456* Ex. 20, 8; 16, 29-30.

T [64] Cf. supra n. 57. [65] scil. ad non velle.



Deum suum; et Ecclesia specificavit quantum ad missam audiendam die dominica, 'De consecratione', distinctione 1, « Missas »[66]. Nec est simile de praecepto diligendi proximum, sicut patebit in quaestione sequente[67].

### [c. – AD QUID SIT HABITUS CARITATIS NECESSARIUS]

[19] Quantum ad tertium dictum istius articuli, scilicet de habitu caritatis[68], dico sicut alias dictum est distinctione 17 I libri, scilicet quod iste habitus dat actui – quantum ad intensionem substantiae actus – aliquam intensionem ulteriorem quam sola potentia eadem et ex aequali conatu posset dare actui suo[69]. Et quamtumcumque potentia creata esset perfectior, tanto – si non haberet caritatem creatam correspondentem sibi secundum proportionem (dico arithmeticam, quia est aequalitas secundum proportionem geometricam) – esset imperfectior[70]: quantum enim deficit voluntas minor si non habeat caritatem sibi proportionalem, tantum videtur deficere voluntas maior geometrice si non habeat caritatem sibi proportionalem[71]. 63

APSZBNYQ(μυ)

457 specificabit S | missam] nullam $P^{2}$ | audiendam] *add.* in NYQ 458 dominica = A dominico *rell.* μυ | 1] 3 Y 2 *rell.* μυ | Nec est] Non e. autem PNYQ 459 patet N | in quaestione] distinctione Q 460 sequente *ante* quaestione (459) B 462-463 Quantum — caritatis] De tertio Q 462 dictum] articulum N *om.* Y | istius] illius Y | articuli] quaestionis $S^{+}$ *om.* N 462-463 habitu caritatis] c. h. Z 463 alias *om.* NYQ | libri *om.* NY | scilicet *om.* PNYQ | quod *rep. ante* sicut Z 464 habitus] *add.* caritatis Q | dat *post* actus NYQ | actui *om.* NYQ | intensionem substantiae] substantiam ZBNYQ 465 intensionem *in corr.* $P^{1}$ | qua Y | sola *om.* NYQ | potentia eadem] e. p. Q | et] etiam S | ex *om.* Y 466 dare] *ante* posset Q dari Y | quanto Q 467 esset] est Q | tanto] *add.* plus deficit in actu suo Q | habeat Q | creatam *om.* YQ 467-468 correspondentem sibi] s. c. Z 468 secundum *om.* N | portionem B 468-469 dico — proportionem *om.* SZB 469 quia — geometricam *om.* P | est = Qμυ | secundum proportionem geometricam] s. g. *ante* est Q 469-470 esset imperfectior] *om.* N *add.* actus eius Z 470-471 voluntas — deficere *om.* N 470 habet Q 471 proportionatam AP 471-472 tantum — proportionalem *om.* Q 471 videtur deficere = A deficit *rell.* μυ | voluntas *om.* PS 472 sibi *om.* N

F *458* GRATIANUS, *Decretum* pars 3 'De consecratione', d. 1 c. 64 (CIC I 1312): «Missas die dominica saecularibus totas audire speciali ordine praecipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat».

T [66] De hoc fuse iam egit DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 9 n. 18-20 (IX 323-325). – Loco «1» codices erronee tradunt «2»; sed cf. ibid. n. 19 (p. 324). [67] Cf. infra d. 28 n. 17-20. [68] Cf. supra n. 54. [69] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 64. 69-70. 80 (V 164-166. 170-171. 178-179). [70] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 17 n. 80 (XVII 206-207); III d. 23 n. 48 (XXI 115-116). [71] De propositione arithmetica et geometrica cf. ALBERTUS M., *Super Eth.* V lectio 5 ($XIV^{1}$ 333*ab*): «Proportio est habitudo unius numeri ad alium, sicut tria et tria sunt aequalia, sex ad tria sunt du-

64 Quantum vero ad circumstantiam istam actus quae est 'esse acceptus Deo', dictum est in illa 17 distinctione I libri quod ille actus est in actu principaliter a caritate et minus principaliter a voluntate[72].

65 Breviter ergo dico, sicut ibi dictum est, de necessitate habituum propter actus – et praecipue caritatis[73] – quantum ad aliquid quod est de circumstantia actus; quantum vero ad substantiam actus, dico sicut ibi dictum est[74].

66 Quantum etiam ad hanc condicionem habitus, quod scilicet sit 'infusus', dico, sicut prius dictum est de fide et spe, quod non potest aliquis per rationem naturalem probare tales habitus infusos, sed tantum fide tenetur[75]; et congruitas bona apparet, quia quantum ad actus circa Deum immediate eliciendos, non videtur probabile quod portio suprema[76] possit perfectissime perfici nisi immediate a Deo.

### [II. – AD RATIONES QUAESTIONIS]

67 Ad rationes istius quaestionis.

APSZBNYQ(μυ)

473 vero *om.* AS | circumstantiam istam] c. illam Z i. (illam P) c. PNYQ | quae] qui AY 473-474 acceptus = AS acceptum (*ante* esse, 473 Y) *rell.* μυ 474 illa] pª N I Y | illa — libri] I ubi supra Qμυ | 17 distinctione = A d. B d. 17 *rell.* | I libri = AZ I *rell.* 474-475 ille — caritate] hoc est a c. principaliter Q 474 ille] iste PZNY | actus *om.* Y 475 principaliter *om.* NY | a¹] scilicet A | voluntate] bonitate S 476 Breviter] Uniformiter NYQ | dico *om.* NQ | ibi *post* est NY 476-481 necessitate — de *om.* Z 477 praecipuo S 478 quantum — actus² *om.* N± | vero] autem Q *om.* N!Y | substantiam] gratiam P | dico *om.* Y 479 ibi] *post* est Q *om.* Y 480 hanc *om.* A | quod scilicet] sc. q. ipse Q 481 sicut = AQμυ ergo s. *rell.* 481-482 potest aliquis] oportet NY 482 aliquis — probare] probari per rationem naturalem esse Q | rationem naturalem] n. r. B | probare] ponere NY | sed *om.* Y 483 tantum] solum Q *om.* NY *add.* in Z | quia] quod Y *om.* A 484 eliciendos] elicitos Z *om.* NYQ | non videtur probabile] p. e. PNQ e. p. Y 485 portio suprema *post* perfici NYQ | possit] *praem.* non PNYQ 487 Ad — quaestionis *om.* ZQ

plum. Termini autem proportionis dicuntur numeri inter quos est proportio; differentiae vero dicuntur ea in quibus numeri a numeris superantur, sicut differentia inter sex et tria sunt tria et inter quattuor et duo sunt duo… Arithmetica [proportio]… est quando attenditur comparatio in quantitate differentiae terminorum, et non in proportione, ut si dicam 'sicut se habent quinque ad quattuor, ita se habent septem ad sex', eo quod differentiae sunt aequales in quantitate, quia inter quattuor et quinque quasi est unitas differentia… In geometrica autem [proportione] attenditur comparatio quantum ad ipsas proportiones, ut si dicam 'sicut se habent quattuor ad duo, ita sex ad tria': utrobique enim est eadem proportio, scilicet dupla, – sed non eadem quantitas differentiae, quia quattuor superant duo in duobus, sex autem tria in tribus».

T [72] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 129, 152 (V 202-203. 211-212). [73] id est: et praecipue propter actum caritatis. [74] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 53. 65. 92-97 (V 160. 167-168. 184-188). [75] De spe cf. supra d. 26 n. 132; de fide cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 23 n. 48. 56-57 (XXI 115-116. 118-119). [76] scil. suprema portio rationis, nempe voluntas (cf. supra d. 26 n. 105).



### [A. – AD RATIONES PRINCIPALES]

[20] Ad rationes principales. 68

Ad primam[77] concedo quod caritas proprie potest dici 'amicitia', sed non accipiendo omnino 'amicitiam' stricte, sicut Philosophus loquebatur de ea, ubi adducitur[78], sed aliqualiter extendendo – sicut secundum intentionem eius – ad Deum, est aliquid excellentius amicitiā: ista enim excedentia obiecti non tollit quod est perfectionis in obiecto, sed quod est imperfectionis in eo. Et ideo[79] non valet in proposito: honestas quippe in diligibili et redamatio in dilecto sunt condiciones per se in diligibili, – sed aequalitas in istis est condicio concomitans, non perfectionis, immo[80] non perfectior esset si redamaret; Deus autem habet redamationem et honestatem sive amabilitatem excellentius, et ad ipsum potest esse amicitia, ut dicatur 'super-amicitia'.

Et si arguatur quod aequalitas est ratio amicitiae, – verum est, supposita honestate, quae est prima ratio amabilis[81]; aequalitas est ratio amicitiae stricte sumptae, sed excedentia est magis ratio habi- 69

APSZBNYQ(μυ)

489-490 Ad — primam] Ad primum principale Q 489 Ad rationes] Ad Y *om.* N 490 proprie *om.* ZB | potest dici] d. p. N 491 sed non] licet n. PNYQ | accipiendo omnino = A o. a. *rell.* μυ 491-492 Philosophus — ea] de ea loquebatur Ph. Y accipit Ph. Q 492 loquitur Z | ubi adducitur] u. ad ⌊*spat. vac.*⌋ B ibi Q | aliqualiter] aliquantulum NY aliquando Q 493 secundum] *om.* Y± *add.* eum et PSZB | est] *post* aliquid N *post* excellentius (494) Y 494 excedentia] excellentia ZBNYQ 495 in obiecto] *comp.* S | sed] *add.* illud NYQ | imperfectionis] perfectionis N⁺ 495-496 in² — proposito *om.* NYQ 496 diligibile Q 496-497 redamatio = AQμυ readamatio *rell.* 498 istis] illis N | perfectionis] quidem imperfectionis Q 498-499 perfectior esset si] e. p. si non Q 499 si] sed P⁺ | readamaret PS⁺ZBNY 499-500 redamationem et honestatem = A h. (bonitatem S) et r. (r.] read. PZBNY) *rell.* μυ 500 sive] sicut NQ | amabilitatem = A amorem Z amationem (*in ras.* P¹) *rell.* μυ 500-501 excellentius — amicitia] et potest esse a. ad ipsum ita Q 500 potest *om.* Z 502 arguatur] *comp.* SZNQ arguam P 502-504 verum — amicitiae *om.* N 503 praesupposita Y | quod S | aequalitas] *add.* autem Q 504 amabilis Y | sumptae *om.* NYQ | excellentia N 504-505 magis — habitus] h. m. Q

F *493* Praeter amicitiam secundum aequalitatem, etiam amicitiam secundum excellentiam admittit et describit ARISTOT., *Eth. Nic.* VIII c. 13 (AL XXVI³ 321; Θ c. 16, 1163*b* 15-17): «[In amicitiis secundum excellentiam] possibile… amicitia requirit, non quod [est] secundum dignitatem: neque enim est [hoc possibile] in [rebus] omnibus, quemadmodum in iis qui ad deos honoribus et parentes [*scil.*: in iis honoribus qui ad deos et ad parentes tribuuntur]».

T [77] Cf. supra n. 2. [78] Cf. supra in F ad lin. *9*. [79] supple: argumentum ex Dei excedentia seu excellentia. [80] supple: ille qui superexcellens seu excedens esset. [81] Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VIII c. 3 (XLVII² 452*a*): «Illa in quibus coniunguntur omnes rationes amandi, sunt maxime amabilia, – et talia sunt bona honesta».

tus similis vel perfectioris quam sit amicitia: talem in proposito dico 'caritatem'.

70 Ad secundum[82] dico quod non solum super omnia potest[83] diligi ex caritate, sed etiam ex naturalibus (saltem in statu naturae institutae). [21]

71 Et ad illud principium Philosophi IX[84] dico quod auctoritas debet intelligi quantum ad innotescentiam amicitiae (innotescit quippe amicitia ad alterum quando similia alteri appeto qualia appeto mihi ipsi), sed non quantum ad per se rationem eius, quasi non sit alia amicitia nisi stricte loquendo de ea quae est inter aequales: ibi siquidem est mensura amati, et non e converso.

72 Cum arguitur ibi de unitate[85], dico quod duae sunt rationes concurrentes in obiecto amabili, scilicet bonitas et unitas; et licet quandoque unitas superet bonitatem, bonitas tamen ex alia parte recompensat.

73 Ad tertium[86] concedo conclusionem, – nec tamen superfluit caritas, sicut dictum est[87].

74 Ad quartum[88] dico quod non potest aliquis habitus – eiusdem speciei cum caritate – acquiri ex actibus, etsi sit aliqua amicitia tendens in Deum sub eadem ratione obiecti, et etiam per similem actum, quia[89] super omnia diligendo potest esse acquisita ex actibus: quaecumque enim natura non potest esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei cum alia, non est eiusdem speciei cum illa quae potest esse ab alio efficiente talis speciei, quia effectus eiusdem speciei possunt esse a causis similibus in specie; et ideo caritas, quae non potest esse nisi infusa, non potest esse eiusdem speciei cum aliqua amicitia quae potest esse acquisita ex actibus.

APSZBNYQ(μυ)

505 perfectioris] perfectius Z perfectionis NYQ | talem] similem Y | dico] *ante* in Y voco SZBQ 507-508 super — caritate] ex c. potest Deus (D. *om.* P) diligi s. omnia (d. s. o.] s. o. d. Q) PNYQ 507 diligi] diligendi S$^{+}$ 508 etiam] *om.* ZQ *add.* et S$^{1}$ | ex] inesse S | in] ex A 509 illud *om.* A | principium] primum N *comp.* APY | Philosophi] *om.* Z *add.* de PBY *add.* distinctione NQ | IX] *add.* Ethicorum P$^{2}$ZB *add.* innocentiam (*cf. ad* 510) P$'$ | auctoritas] *post* intelligi (510) NY *om.* Q 510 innotescentiam] innocentiam P$^{*}$Y | amicitiae *om.* NYQ | innotescit] innotescat Y *om.* S 511 alteri appeto = A ap. al. (*ante* similia Qμυ) YQμυ ap. alicui N ap. P illi ap. (a.] appono S) SZB | qualia *om.* ZQ 511-512 appeto = AS 512 mihi *rep. ante* qualia (511) P$^{+}$ | mihi ipsi] ad me ipsum NY iis quae mihi Q | quantum *om.* Y | per *rep. ante* quantum S$^{+}$ | eius] ipsius B *om.* NYQ | quasi] quod Y 513 nisi *om.* SZ | nisi — ea] amicitia tamen stricte accepta Q | stricte *om.* N | ea] amicitia PNY 514 ibi] illi P$^{+}$ | siquidem] quaedam Y | est mensura amati] amicitia ad se est m. amicitiae ad alterum Q e. amicitia mensurati Y 515 Cum] Et cum Q | unitate] virtute AB | sunt] *add.* scilicet P 515-516 sunt — concurrentes] condiciones concurrunt Q 515 rationes] condiciones NY 516 in obiecto *ante* concurrentes (515-516) Y | scilicet *om.* SB | bonitas et unitas] u. et b. Q | licet] hoc P ne Y 517 unitas] *ante* quandoque (516-517) Q utilitas A | superet] faceret S | bonitatem] utilitatem A unitatem *rell.* μυ | bonitas tamen] t. b. NYQ 517-518 recompensat] *ante* ex (517) NY recompenset SB recompensaret Z 519 nec] non B 519-520 caritas] *add.* in Deum N 520 sicut] ut Q 522 cum] in Y | acquiri ex actibus *ante* aliquis (521) Q | etsi = A licet *rell.* μυ | sit] *post* amicitia B possit acquiri Q *om.* NY | aliqua] alia ZN aliquod S$^{+}$

T [82] Cf. supra n. 3. [83] supple: Deus. [84] Cf. supra n. 4. [85] Cf. supra n. 5. [86] Cf. supra n. 6. [87] Cf. supra n. 63-66. [88] Cf. supra n. 9.



[B. – AD DUO ARGUMENTA IN SECUNDO ARTICULO ADDUCTA]

[22] 75 Ad duo argumenta pro alio membro, in articulo 'De obiecto formali caritatis', respondeo:

Ad primum[90] dico quod illa positio duorum deorum destruit naturam caritatis: quicumque enim habitus ex se tendit in unum; ponere 'illum tendere in plura' est ponere illum habitum non esse illum, – sicut si aliquis est habitus proprius simpliciter primi principii, ponere 'aliquem alium habitum primi principii' est ponere hunc habitum non esse huius ut proprii; ita dico quod 'ponere plures esse deos' includit utrumque esse diligendum ex caritate et neutrum.

APSZBNYQ(μυ)

523 in] ad S | et *om.* A | etiam *om.* Z | per] *add.* talem Y$^{+}$ | similem] *post* actum (523-524) YQ 524 quia *om.* P | potest — actibus *om.* Q | acquisita] *add.* et Z 525 quaecumque] quaelibet A | natura] *add.* quae A$^{1}$ | non potest *rep.* N 525-526 eiusdem — speciei$^{2}$ *om.* P$^{*}$ 526 cum alia = AS c. efficiente alterius Qμυ | non *rep.* N | non — illa *om.* S 526-527 non — speciei$^{1}$ *om.* Z 526 est = AQμυ potest esse (*sequitur rasura unius cm.* B) P$^{2}$ *rell.* | eiusdem speciei = ABQμυ ab alio efficiente P$^{2}$NY | illa = A illa alia (a.] anima Q) Qμυ alia *rell.* 526-530 quae — actibus] sic est in proposito Q 527 alio] illo SB$'$ *om.* B$^{1}$ | talis speciei] specie S | quia — speciei$^{2}$ *om.* B$^{*}$ 527-528 possunt *in corr.* B$^{1}$ 528 et *om.* Z 529 nisi *rep. post* esse$^{2}$ N | aliqua] alia BY alia nisi cum a. N 530 ex actibus *om.* BY 532 alio] primo NYQ | membro *rep. ante* argumenta Y$^{+}$ 533 respondeo] *post* primum (534) NY *in ras.* B$^{1}$ *om.* ZQ 534 dico *om.* N | illa] ista ASBN | positio] potentia S ratio N | deorum] *comp.* BY dierum S terminorum N | destruit] *add.* se ipsam, secundum (sec.] scilicet N) NY 535 ex] in N 536 illum — ponere *om.* S | illum$^{1}$] ipsum Q *add.* per se Z | illum$^{2}$] ipsum Q hunc P$^{+}$NY | habitum *om.* Q 536-537 illum] istum NY ipsum Q unum S$^{+}$ 537 est *om.* Q | simpliciter *om.* SZB | principii] principali P$^{+}$ 538 ponere — est] poneretur esse alterius primi principii esse Q | alium *om.* N | habitum] *add.* esse SZBY 538-539 primi — non *om.* N | habitum non] h. Q *om.* Y 539 huius] *add.* dei P$^{+}$NY | ut = A ut obiecti Z ut obiecti non (n. *om.* P$^{2}$) PNY obiecti ut Qμυ obiecti SB | proprii] *add.* et non proprii Q | dico] *add.* in proposito Q | ponere = A 540 includit] includitur P$^{+}$Z | esse *om.* Y

T [89] supple: talis amicitia. [90] Cf. supra n. 21.

76 Ad aliud[91] dico quod non est simile de 'magis' et 'minus' in aliquo ordine et de supremo in illo ordine, quoad esse extrinsecum operans circa illa quae sunt illius ordinis: potest enim alicuius operatio necessario requirere supremum illius ordinis ut sit perfectissima, et tamen non necessario habet ordinem ad alia ordinata in illo ordine (exemplum est in coloribus: non enim potest esse perfectissima visio nisi sit coloris perfectissimi visibilis, et tamen non oportet necessario quod sit perfectior visio circa colorem propinquiorem illi). Et ratio huius est, quia ratio quietationis ex parte actus est perfectissima ratio obiecti totalis in eo, in aliis est illud obiectum deminute; et licet unum aliqualiter excellat alterum, tamen non est ibi aliquid necessario ratio quietandi, licet potentia naturaliter sit libera. Licet ergo infinitum Bonum et solum quietet voluntatem, et hoc in quantum est infinitum Bonum, non tamen oportet quod quodlibet bonum inferius eo – secundum gradum suum in bonitate – magis et minus quietet, quia isti gradus sunt accidentales per comparationem ad extrinsecum quietandum.

---

APSZBNYQ(μυ)

541 dico *om.* AZ | magis] maius A 541-542 in aliquo ordine] me[te] or[to] Y | aliquo] alio B 542 supremo] ⌊…⌋ P[+] *add.* et Y | illo] isto N | esse] omne PSB 543 illa] illam (!) Y | quae sunt *om.* Q 543-544 alicuius operatio] o. a. Q 544 necessario *rep. post* supremum B | necessario requirere supremum] r. suprema n. P | illius ordinis] huius o. ZB *om.* NYQ 545 et tamen non] n. t. N et t. P | alia] illa Z | in *om.* S | illo] huiusmodi Z 546 est *om.* NYQ | in] de N | non enim] verbi gratia, in coloribus non NY | esse *om.* P[*] 547 sit *om.* ZNYQ | coloris perfectissimi visibilis = A p. v. c. PS p. c. NYQμυ perfectum visibile c. Z in perfectissimum visibile c. B 548 perfectissime Q 549 ratio huius est] r. e. Q e. r. N ideo Y | actus *om.* NYQ 549-550 est perfectissima] perfectissimi (*add.* coloris Q) est NYQ 550 obiecti *om.* A | totalis *om.* Q | in eo] eius quae Q | aliis] alio Q | illud obiectum] idem o. ZB *om.* Q 551 licet] ideo licet in proposito Q | unum *post* excellat PSZBNY | excellit AS 551-552 tamen — necessario] in nullo t. est Q 553 Bonum *rep. post* solum B 553-554 et[1] — Bonum *om.* P[*] 553 et solum] s. (*ante* infinitum Q) YQ | quietat P[?]SZB | et[2]] *add.* in P[?]Z 554 quod *om.* Q 554-555 quidlibet P 555 inferius eo] i. Y finitum Q 556 quietare Q 557 extrinsecum] *add.* quodcumque B

T [91] Cf. supra n. 22.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO VIGESIMA OCTAVA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM EODEM HABITU SIT DILIGENDUS PROXIMUS QUO DILIGITUR DEUS]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem vigesimam octavam quaero utrum[a] eodem habitu sit diligendus proximus quo diligitur Deus[1]. 1

Quod non: 2

Quia unius habitus unum est obiectum; in Deo et in proximo est alia et alia ratio formalis obiecti bonitatis; ergo etc.

Item, ille habitus quo diligitur Deus, est habitus theologicus; ergo solum respicit Deum pro obiecto, et non aliquid creatum. 3

Respondetur quod hoc est verum principaliter, tamen respicit aliud solum prout attribuitur ipsi Deo. 4

Contra: si attributio sufficeret, ergo omnium posset esse unus 5

---

1* [a] *Loco* Circa – utrum *textus interpolatus*: « Hic quaeri potest » [1+]. Circa istam vigesimam octavam distinctionem, in qua Magister agit de diligendis ex caritate, quaeritur unum, utrum scilicet.

APSZBNYQ(μυ)

5 *adnot.* Distincto 28 A[1] *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — utrum (5) = APSZBNY Hic (1*) — scilicet (3*) Qμυ 5 quaeritur Z 6 sit diligendus] d. est Y | proximus] *ante* eodem (5) B *comp.* Y 8 Quia = AQμυ | unum est] e. u. NYQ | obiectum] *add.* formale Q | et in = AP autem et Qμυ et *rell.* 8-9 est alia] a. e. Z+ 9 et alia *om.* SZNYQ | formalis obiecti = A f. NYQμυ o. f. *rell.* | ergo etc.] er. S. etc. Z *om.* NYQ 10 Item] Praeterea NYQ | ille] iste PSB | Deus *om.* Y 11 solum respicit] r. s. Q | et non] *rep.* B+ n. autem Q n. NY 12 Respondeo B 13 aliud] *add.* pro obiecto ZB | solum prout = A p. s. S p. scilicet ZB quod Y p. PNQμυ | ipsi Deo] D. i. Y 14 attribuere Y 14-15 *et* 4*-7*: omnium (14) — etiam (15) = APSBNYQμυ unus (4*) — habitus (7*) Z 14 omnium] obiectum Q *add.* intelligibilium (*cf.* 5*) B

F *12* BONAV., *Sent.* III d. 27 a. 1. q. 2 in corp. (III 594*b*-595*a*): «Generaliter ergo in actu dilectionis ipsius caritatis unum est bonum optatum, licet multi sint quibus illud bonum optatur: et illud est obiectum principale ipsius habitus diligendi, quoniam ipsum propter se optatur a caritate, ita quod habet rationem obiecti principaliter moventis»; ad 3 (p. 595*a*): «Diversitas illorum modorum [diligendi] non venit ex diversitate principalis obiecti, sed ex varia comparatione ipsius».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 28 q. 1 et 2.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 28 c. 1 n. 1 (SB V 168).

habitus intellectualis et etiam[b] appetitivus: quia omnia intelligibilia attribuuntur ad unum, – similiter, omnes virtutes morales attribuuntur ad unam, quia ad felicitatem tamquam ad 'per se appetibile' attribuuntur omnes virtutes morales.

6 Praeterea, ad principale arguitur sic: alius est habitus principii et conclusionis, – ergo similiter in appetitivis alius est habitus finis et alius eius quod est ad finem; caritas est finis; ergo etc.

7 Oppositum in prima canonica Ioannis.

### [I. – AD QUAESTIONEM]

8 Circa istam quaestionem tria sunt videnda: primum est, qualiter [2] iste habitus, quo diligitur Deus, respiciat proximum pro obiecto diligibili; secundum est de habitu habendo circa proximum; et tertium est, quis sit ille proximus.

---

[b] *Loco* omnium (14) – appetitivus (15) *textus interpolatus*: unus habitus intel- 4* lectualis posset esse omnium intelligibilium (Augustinus, De doctrina christiana, libro I cap. 5: ibi enumerat diligibilia ex caritate[2+]), et etiam omnium appetibilium unus habitus.

APSZBNYQ(μυ)

15 appetitivus] *add.* omnium appetibilium (*cf.* 6*-7*) B | intelligibilia *om.* NYQ 17 unam] unum Y una (!) S | quia] scilicet Q | ad] aliud S | per se *post* appetibile B 18 attribuuntur] *ante* tamquam (17) Z$B^2$NY *om.* PSB´Q | omnes virtutes morales *om.* Q 19 arguitur sic] arguo s. B s. Z *om.* NYQ | alius *rep. post* et P | habitus] actus NY 20 in appetitivis] in appetitu Y et appetitivus Q | est] *ante* alius N erit (*ante* alius B) ZB esset S | habitus] *add.* principii scilicet P | et *om.* B 21 alius *om.* NYQ | caritas] *add.* autem P | est] *add.* ipsius PSZB 22 Oppositum in] Contra NYQ | in *om.* B | prima *om.* PSZY | Ioannis] *add.* cap. P *add.* 3 cap.: 'Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum NQ *sequitur spat. vac. 3 cm.* Y 24 Circa — sunt] Hic s. tria Q | primum est] primo Q 25 iste] ille ZYQ | proximum] Deum $Q^+$ 25-26 pro — diligibili *om.* NYQ 26 secundum est] secundo Q | habitu] actu Z | et *om.* ZY 26-27 et tertium est] tertio Q

F 22 I Ioan. 4, 21: «Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum».

T [2+] AUGUST., *De doctr. christ.* I c. 23 n. 22 (CCL 32, 18-19; PL 34, 27); c. 27-29 n. 28-30 (p. 22-23; col. 29-30). – Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 28 princ. 1 q. 4 arg. 1 in opp. (III f. 105*va*): «Augustinus... inter diligibilia ex caritate enumerat illud quod infra nos est... Cum omnia creata animae serviant in quantum per ea potest [homo] in cognitionem Dei reduci..., omnes aliae creaturae quae sunt infra nos diligibiles sunt ex caritate»; in corp. (f. 105*vb*): «Unde videtur dicendum quod illud quod est infra nos... diligendum est ex caritate elicitive, non dilectione amicitiae proprie loquendo, sed in quantum ex caritate volumus illud conservare ad honorem Dei et utilitatem hominum quos ex caritate diligimus dilectione amicitiae».



### [A. – DE HABITU CARITATIS RESPECTU DEI ET PROXIMI]

Ad primum dico, sicut tactum est distinctione 17 I libri, quod caritas dicitur habitus quo Deus habetur carus[2]. 9

Posset autem haberi carus aliquo amore privato, quo amans nollet habere condiligentem, sicut apparet in zelotypis habentibus uxores suas nimis caras. Sed iste habitus non esset ordinatus nec perfectus: 10

Non, inquam, ordinatus, quia Deus, qui bonum est commune, non vult esse bonum proprium et privatum alicuius personae, nec secundum rectam rationem debet aliquis sibi appropriare bonum commune; et ideo habitus vel amor iste, inclinans ad illud bonum ut ad bonum proprium non condiligendum nec habendum ab alio, esset amor inordinatus.

Non perfectus etiam, quia perfecte diligens vult dilectum ab alio 11 diligi, sicut apparet per illud Richardi *De Trinitate* III 11.

---

APSZBNYQ(μυ)

29 Ad primum] De primo NYQ | est] fuit Z *om.* S | 17] 27 PSZ | libri = AZ 29-30 quod caritas *ante* sicut (29) Q 30 dicitur] est Y | habetur] dicitur B 31 autem] enim N | privatus $Y^+$ 31-32 privato — in *om.* $Z^*$ 32 apparet] patet B *om.* Q 33 uxores] mulieres Q | suas nimis] n. B *om.* NYQ | iste] ille SB 35 Non] Nec Z | inquam = A quidem (*post* ordinatus ZN) ZNQμυ | qui] quia A | bonum est] e. b. SZNYQ 36 bonum proprium] p. b. B | proprium et privatum] pro. Z priv. Q *om.* NY | personae = $AB^2$ | nec] aut $S^+$ 37 rectam] istam Z | aliquis] *post* sibi B *post* appropriare N *om.* YQ | bonum = A istud b. NY Qμυ illud b. *rell.* 38 commune — bonum *om.* Y | habitus vel *om.* NQ | iste] ille NQ | illud] istud PSBN hoc Q 39 ad] aliquod Y | alio] aliquo A 40 amor *om.* Q 41 Non] Nec N | Non — etiam] Esset e. imperfectus Q | perfectus] perfecte Y | diligens] *add.* non Y | ab alio *om.* NYQ 42 diligi] condiligi PZ | apparet] patet Q | illud *om.* Q | De Trinitate III 11] d' 13 $p^i$ ASY 13 d. I libri B l' 3 cap. 1. 7 et 11 in d. 3 I libri Z l' 3 cap. 7 et 41 $P^2$ *om.* P´Nμυ *spat. vac.* Q; *adnot. in mg.* III De Trinitate μυ

F *42* RICHARDUS DE S. VICTORE, *De Trin.* III c. 11 (PL 196, 923): «Hinc ergo manifesta ratione colligitur quod praecipuus gradus caritatis et eo ipso plenitudo bonitatis esse non possit, ubi voluntatis vel facultatis defectus dilectionis consortem praecipuique gaudii communionem excludit. Summe ergo dilectorum, summeque diligendorum uterque oportet ut pari voto condilectum requirat, pari concordia pro voto possideat»; insuper c. 15 (col. 925): «Ubi itaque mutuo diligentes, tantae... benevolentiae sunt, ut quidquid perfectionis est, commune esse velint, oportet... utrumque pari voto, aequa ratione, condilectum requirere et iuxta potestatis suae plenitudinem pro voto possidere»; c. 19 (col. 927): «Condilectio autem iure dicitur ubi a duobus tertius concorditer diligitur, socialiter amatur et duorum affectus tertii amoris incendio in unum conflatur».

T [2] Deus scil. habetur carus, in quantum acceptatione speciali acceptat creaturam, caritatis habitu ornatam, tamquam dignam vitā aeternā, – cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 129 (V 202-203).

Deus ergo, amorem infundens quo omnia perfecte et ordinate tendant in ipsum, dat habitum quo habeatur carus ut Bonum commune et ut Bonum condiligendum ab aliis; et ita habitus ille qui est respectu Dei in se, est etiam inclinans ad velle eum haberi et diligi ab alio, saltem cuius amicitia sit ei grata, vel non-displicens pro tunc pro quando est ei grata. Sicut ergo habitus iste inclinat ad diligendum Deum in se ordinate et perfecte, ita etiam inclinat ad velle eum diligi a se et ab alio quocumque cuius amicitia sit ei grata.

12 Ex hoc apparet qualiter habitus caritatis sit unus, quia non respicit primo plura obiecta, sed solummodo respicit pro obiecto primo Deum ut est in se bonum et primum bonum; et secundario 'velle eum diligi a quocumque' (si est perfecta dilectio eius) et 'velle eum haberi per dilectionem a quocumque quantum est in se' est ordinata dilectio eius. Et – in hoc volendo – diligo me ipsum et proximum ex caritate, volendo mihi et sibi 'diligere Deum in se', quod est simpliciter bonum et actus iustitiae, ita quod primum obiectum est solus Deus in se, omnia autem alia sunt quaedam media obiecta quasi actuum reflexorum, mediantibus quibus tendo in infinitum Bonum quod est Deus. Idem est autem habitus qui est principium actus recti et reflexi.

APSZBNYQ(μυ)

43 Deus ergo] Ergo Deus Q | amorem] habitum *post* infundens Q *om.* NY | omnia = A animae *ante* quo B anima *rell.* μυ | perfecto S | perfecte et ordinate] o. et p. NYQ 44 tendant = A tendat *rell.* μυ | habeatur] *comp.* AZ *add.* habitus S | carus] Deus N | Bonum *om.* P 44-45 Bonum — ut *om.* A | commune] est Y 45 ut Bonum *om.* Q | est] erit $Z^{+}$ 46 respectu — se] Dei NYQ | est etiam inclinans] inclinat etiam Q | etiam] *om.* A *add.* habitus NY | eum] ipsum Q | haberi] *add.* carum Q | diligi] condiligi P 47 cuius] eius Y | vel] et N *add.* saltem Z 47-50 pro — grata *om.* Z 48 ei *om.* NYQ | iste] ille (*ante* habitus Q) NYQ 49 se] *add.* et NY | etiam *om.* BNYQ 50 ab alio quocumque] a q. al. Q | grata] *add.* vel non displicens PSB 51 Ex] Et ex PSB | apparet = A patet *rell.* μυ | qualiter] quod quod (!) B *om.* S 52 solummodo] solum Q | respicit *om.* ZNY 52-53 respicit — Deum] Deum r. pro obiecto Q 53 est *om.* Q | et primum bonum] p. Q. *om.* B | velle] vult B *om.* Y 54 eum] *add.* sic Z | a quocumque = A a quodlibet PSZB | si] quia PZBNY 54-55 si — est[2]] et per dilectionem haberi a quocumque, quantum est in se, quia in hoc est perfecta et Qμυ 54 et] sed Z ad P′*om.* $P^{2}$S 55 haberi per dilectionem = A p. d. h. *rell.* | quocumque] quo causatur (!) S | est in se, est] in se e., e. ZY in se e. SP 55-56 ordinata] perfeca B 56 dilectio eius] e. d. Y | in *om.* NYQ | diligere A | ipsum *om.* NYQ | et *rep. post* proximum Y 57 diligere] velle et per dilectionem habere Q | in se *om.* Z | quod *om.* S 57-58 simpliciter bonum] b. s. Q 58 et actus *om.* NYQ | obiectum] *add.* eius NY 59 autem alia = Qμυ autem A alia *rell.* | media obiecta] o. m. ZNYQ | quasi] quia S 60 reflexorum] referre eorum (!) S | mediantibus quibus] q. m. P | tenditur A 61 est autem habitus = A a. h. e. B a. e. h. *rell.* μυ | qui] quod Y | qui est principium *om.* Q



[3] Contra hoc obicitur, quia non eodem habitu intelligo Deum et intelligo alium intelligere Deum; ergo, a simili, non eodem habitu volo Deo bene esse et volo alium velle Deo bene esse[3]. 13

Respondeo: actus super quem fit reflexio potest significari nominaliter, et tunc significat actum secundum quiditatem suam, – vel verbaliter, et tunc significat actum ut est in supposito vel[4] concernentem suppositum. Primo modo, universaliter potest fieri reflexio super rectum actum eodem habitu quo primo elicitur actus rectus, non solum in appetitivis sed in intellectivis: eodem enim habitu quo intelligo aliquid, intelligo intellectionem ipsius, sive alii inhaerentem sive mihi. Secundo modo exprimitur per infinitum verbum[5] et infinitivi modi (ut 'scire', 'velle', 'intelligere' et similia). Et sic, si[6] comparatur ad 'velle', non necessario accipitur sub ratione praesen- 14

APSZBNYQ(μυ)

63 hoc *om.* Y | habitu = AYμυ 64 intelligo *om.* Q | alium] obiectum P′ a. Deum $P^{2}$ *om.* Y | Deum; ergo] Deus (ergo $P^{2}$) est P | a simili] similiter B *om.* SZ 64-65 habitu *om.* $P^{*}$NYQ 65 Deo[1]] Deum N | volo[2] *om.* Q | alium] obiectum $P^{*}$ | velle] volo $S^{+}$ *om.* Y 66 fit] fuit $Z^{+}$ | reflexus Y 66 significare NYQ 67-68 et — verbaliter *om.* $P^{*}$(*tardiore manu*) | secundum — actum *om.* SN 67 suam] suum *ante* secundum Q 68 actum] *add.* suum Q | est *om.* NYQ | vel] ut in Y *add.* ut Q 68-69 concernentem] concernente A concernens Z concretum S contrahente Y 69 universaliter] *add.* eodem habitu (h.] modo Q) NQ | potest] *add.* elici actus et Q 70 rectum — rectus] eodem actu NY illum Qμυ | super rectum actum = A s. a. reflexum PSB | primo = A 71 solum] *add.* enim N | appetitivis… intellectivis] i. … a. Q | in[2]] etiam in SZ etiam B *om.* $P^{*}$ | eodem enim habitu = A e. h. PSZB | quo] *add.* enim Q 72 aliquid] aliquem Y | intelligo[2]] *praem.* eodem PNY | ipsius = A illius *rell.* μυ 72-73 alii — mihi] inhaerentem m. sive alteri Q 73 modo] *add.* scilicet verbaliter $P^{2}$ZB 73-74 infinitum — similia = A$P^{2}$Z infinitum P′ *rell.* infinitivum μυ 73 infinitum verbum] v. i. $P^{?}$ | et = A 74 velle] vel $P^{?}$Z | et similia = A | Et sic] Et tunc PBNYQ *om.* S 75 comparetur PBNY | non necessario *rep. post* velle (76) $B^{+}$ | accipitur *om.* Y

F *63* HENRICUS GAND., *Summa* a. 54 q. 9 in corp. (II f. 104C-D): «Duplex est actus intelligendi in intellectu: unus simplicis intelligentiae de re intelligibili ut secundum se est obiecta ante verbi formationem, sed per ipsius rei obiectae actionem formatus, ex quo manet simplex notitia in memoria, – et alter cogitativus, post verbi formationem formatus de re intelligibili ut est obiecta in ipso verbo… Notitia secunda, quae est verbo, [intelligentia] non solum scit et intelligit rem, sed sic scit et intelligit eam, ut sciat se scire et intelligere eam intellectu intelligendi secundo, reflexo super actum intelligendi sive sciendi primum… Consimiliter intelligatur quoad aliqua… ex parte voluntatis respectu actus volendi»; GUIL. ALTISSIODORENSIS, *Summa* III tr. 14 c. 3 (SB XVIIIA 257): «Impossibile est quod eodem motu numero diligatur Deus et proximus».

T [3] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 27 n. 11-13 (VI 67-68). [4] supple: actum. [5] ex. gr.: 'non currit'. – De 'verbo infinito' cf. DUNS SCOTUS, *Quaestiones in duos libros Perihermeneias* II q. 1 n. 9-10 (OPh II 195). [6] supple: actus.

tis: possum enim velle te currere, licet non pro nunc sed pro alias. Si vero comparetur ad 'scire', quia scientia non est nisi respectu veri, nec 'scire' est 'agere' (nisi sit 'agere' praesentialiter illius suppositi), 'scire' non reflectitur super actum sic significatum nisi actus insit supposito cui significatur inesse. Et quia possibile est in me stare scientiam et actum reflexum in se, non tamen oportet actum illum alii inexsistere a me[7]; ideo non habeo actum reflexum super actum ipsum, ut verbaliter significatum et dictum est de alio supposito.

15 Patet ergo quod licet non eodem sciam Deum et sciam te scire Deum, eodem tamen volo Deum et volo te velle Deum; et in hoc diligo te ex caritate, quia in hoc volo te velle tibi actum inesse etiam iustitiae. Secundum istud non assignatur 'proximus' quasi secundarium obiectum caritatis, sed quasi obiectum omnino accidentale obiecto caritatis, quia ut aliquid potens mecum perfecte et ordinate condiligere Dilectum, – et ad hoc eum diligo ut condiligat; et in hoc quasi accidentaliter eum diligo, non propter eum, sed propter obiectum quod volo ab eo diligi, – et volendo illud ab eo diligi, volo simpliciter sibi bonum, quia bonum iustitiae.

---

APSZBNYQ(μυ)

76 possunt Y | velle te] te v. NQ | pro$^{2}$ *om.* Y | alias] aliis S$^{+}$ 77 vero = A autem *rell.* μυ | comparatur A 78 est] respectu PSB$^{2}$Y *add.* respectu NQ 78-79 agere$^{2}$ — suppositi] practicum N$^{1}$YQ pretium N$'$ 78 praesentialiter] respectu PS *add.* respectu B 79 non] nisi Q | nisi *om.* N 80 stare] scire S esse Q 81 et] etiam Z | actum reflexum] actus (*add.* recti et Q) reflexivi (reflexi N) SZNYQ | in se *om.* B$^{\pm}$ 81-82 non — inexistere] absque hoc quod actus ille inexsistat alii Q 81 tamen *om.* Y | actum illum] istum a. Y 82 alii inexsistere] i. a. Y | ideo] immo Z | reflexum] reflexivum S r. (reflexivum P) illius suppositi PBNYQ 83 ipsum = A istum YQμυ illum (*ante* actum, 82 B) *rell.* | verbaliter significatum] s. v. Q | est = ABY | alio] *post* supposito PB aliquo NQ 84 quod *om.* S$^{+}$ | te *om.* Y 85 tamen] *ante* eodem PNYQ scire S *add.* velle B | Deum et volo *om.* P | volo$^{2}$ *om.* Q | velle] *ante* te Q *post* Deum B 86 in] secundum Q | hoc *in corr.* P$^{1}$ | volo *post* tibi PSB | te velle = AZ | actum] bonum NYQ | inesse] *post* iustitiae (87) B *comp. post* iustitiae (87) Y *om.* Q | etiam = A 87 Secundum] *praem.* Et Q | istud] illud AZN hoc Q | proximus quasi] prius quam (!) Y 87-88 secundarium] secundum alium B 88-89 sed — caritatis *rep.* B; ¶ *sign.* Nota B$^{2}$ 88 obiectum$^{2}$] *post* omnino N *om.* YQ 89 obiectum YQ | aliquis P | potens] potest P$'$ *pon.* potens P$^{2}$ | et *om.* N 90 condiligere] *ante* et (89) P *ante* perfecte (89) SZB *ante* mecum (89) NYQ | Dilectum] delecta S 90-91 Dilectum — eum$^{2}$ *om.* Z 90 diligo] *ante* eum B diligere A | condiligat] c. (cum diligat B) mecum Dilectum PSB | et *om.* Y 92 quod *om.* Y | volo$^{1}$] *post* eo$^{1}$ SB *add.* quia volo Z | ab$^{1}$ — volo$^{2}$ *om.* N | diligi$^{1}$ = AS condiligi *rell.* μυ 93 simpliciter sibi] sibi simpl. BQ | bonum] *add.* est NY | iustitiae] scientiae Y

T [7] id est: inexsistere alii a me.



[B. – DE HABITU HABENDO CIRCA PROXIMUM]

[4] De secundo dico quod sicut negatio conclusionis non necessario sequens ex principio stat cum assertione principii (nam non omnis error circa conclusionem destruit veritatem vel assertionem principii), ita, cum non necessario sequatur – ex dilectione Boni infiniti – dilectio boni finiti, non sequitur ex natura rei in actibus dilectionis destructio dilectionis Dei ex destructione dilectionis proximi, et hoc sive intelligatur destructio dilectionis contrarie vel contradictorie; et multo magis nec ex natura habitus esset contradictio quod esset Dei et non proximi. 16

Est ergo iste actus circa aliud quatenus praeceptum datum est de diligendo aliud; et ad istum actum oportet uti illo habitu, aut saltem non contra-agere illi habitui, alioquin non ex natura contradictionis, sed ex natura demeriti destrueretur actus et habitus circa Deum: transgressio enim praecepti non corrumpit positive actum diligendi Deum, nec etiam habitum, sed demeretur ut Deus se subtrahat, ut neque actus neque habitus possit inesse. 17

Quantum etiam est ex parte habitus, patet hoc, quia iste habitus, qui ex natura sua non est privatus sed communis, natus est inclinare ad Deum amandum non private; et ita actus amandi privatus, qui 18

---

APSZBNYQ(μυ)

96 sequentis PBNY | sequens — stat] arguit negationem principii, sed potest stare Q | nam] quia Q | non *om.* NY 97 conclusionem] *add.* est error circa principium nec ZB | veritatem vel *om.* NYQ 98 ita, cum] tamen Y i. etiam Q | non] *add.* ex Y | sequitur ZYQ | Boni infiniti] i. B. NYQ 99 dilectio boni finiti *om.* P | infiniti Q$^{+}$ | non] nec Q | in actibus *ante* sequitur Q | dilectionis *om.* NYQ 100 ex destructione] destructio Y | proximi] Christi Z 101 sive intelligatur] si intelligitur Z | contrarie vel contradictorie] contrarii v. contradictorii (c.] -rie B) BNY 102 nec *om.* NYQ | habitus] *add.* non Q | quod] quae B 102-103 Dei et non] respectu Dei et non respectu Q 104 actus] habitus Q | datum est] e. d. Q | de *rep. post* diligendo (105) N$^{+}$ 105 aliud] illud a. PZBNQ *add.* etc. S | ad] aliud Y | istum] *post* actum PB illum A | illo] *post* habitu Z$^{+}$NY isto Q | aut] ut Y 106 illi habitui] h. i. Y | 106-107 non$^{2}$ — demeriti *post* Deum (108) Q 106 non$^{2}$] *add.* quidem Q 107 ex natura] per naturam SZNYQ | demeriti] *add.* et P$^{+}$ 108 non *om.* P$^{\pm}$ 109 nec etiam habitum] h. n. *ante* actum (108) Q | etiam *om.* NY | Deus] *add.* actum Y$^{+}$ 109-110 se subtrahat] sub. se Y 110 ut] et sic NYQ | neque] nullus Z | neque ... neque] nec ... nec NYQ | actus ... habitus] h. ... a. Q | posset S 111 Quantum etiam] Q. enim Y Quia quantum Q Q. N | est *post* habitus Y | patet hoc *om.* PNYQ | quia *om.* Q | iste] ille NYQ | habitus] est talis Q *add.* talis NY 112 qui] quod Q *om.* NY *add.* est P | sua] *add.* est quod Y *add.* quod N | non — communis *om.* Q | communis *om.* NY | natus est] e. n. NY 113 Deum] *post* amandum ZNY *om.* Q | non private] n. p. vel privative A *om.* P$^{2}$SZ | ita] *rep. ante* private N ideo Q | amandi] *add.* et S | qui] quasi P$^{+}$

scilicet destruit 'amare proximum', non potest esse aliquo modo eius. Et in hoc apparet magna perfectio huius habitus, quia etsi zelus acquisitus posset esse maior quam modica caritas infusa quantum ad intensionem actus eliciendi hinc et inde, tamen iste habitus, quia ordinatus et perfectus in genere habituum appetitivorum, non potest esse Dei nisi ut Boni communis condiligendi; et ideo non potest esse principium alicuius actus quo diligatur Deus cum contrario dilectionis proximi.

19 Ex hoc ergo patet de actu qualiter est necessarius ex natura habitus, si quis debet elici ex illo habitu, hoc saltem intelligendo quod non potest elici ut privatus nec ut contrarius actui circa proximum.

20 Ex natura etiam praecepti superadditi habitui oportet elicere actum circa proximum positive, vel saltem non contrarie, ne quis demereatur corruptionem habitus qui est circa Deum[8].

### [C. – QUIS SIT ILLE PROXIMUS EX CARITATE DILIGENDUS]

21 [5] Quantum ad tertium dico quod proximus est quilibet cuius amicitia grata est Dilecto, ut scilicet ab eo diligatur: non enim debeo velle rationabiliter 'a me summe dilectum' ab alio condiligi a quo non vult diligi vel cuius dilectio non sit ei grata.

22 Quia ergo certum est bonorum dilectionem sibi[9] gratam esse,

APSZBNYQ(μυ)

114 destruit] *add.* et Y 114-115 non — eius] nullo modo potest esse talis habitus Q 115 apparet magna] magis a. Y | huius habitus] hab. hu. Z | etsi] si NY 116 acquisitus] requisitus Y | possit Q | modica] minima Q 117 actus] habitus PBNY | eliciendi] diligendi Q | hinc et inde] h. i. PBNYQ habitum A | tamen] *praem.* et Y | iste] ille NQ | habitus] *add.* infusus Q 118 quia] qui N | ordinatus] *praem.* est N *add.* est Q | appetitorum P 119 communis] *add.* et SZNYQ | condiligendi] commodi (!) S | et *om.* Q 119-120 non potest] p. n. Y 120 alicuius actus] act. al. ZN | Deus *om.* Y 122 Ex — patet = A Patet ergo *rell.* μυ | est] sit N 123 quis] aliquid Q | debet] debeat NY deberet P habeat Q oportet B | ex] in A 123-124 ex — elici *om.* B 123 illo] isto N | saltem] tamen Q 125 superaddi (!) Y | elicere] eligere N 125-126 actus A 126 positive *om.* Q | non] esse S | ne] *add.* scilicet Q 126-127 quis demereatur] d. q. NYQ 127 corruptionem habitus] h. c. Y | qui est *om.* B 129 tertium] secundum Y | quilibet *om.* $S^+$ 130 grata est] e. g. Q | Dilecto] condilecto $B^2$ | enim] autem AS 131 velle — dilectum] summe d. a me, v. Q | a me *om.* PSZBNY | alio] aliquo PBNYQ | condiligi] diligi (*ante* ab Q) YQ 131-132 condiligi — vult *om.* N 131-134 condiligi — diligi *om.* S 131-132 a quo — diligi] et a quo — dil. *post* grata (132) Q 132 vel *om.* Q | sit ei] est sibi Q 133 certum est] e. c. N | bonorum] beatorum NQ | sibi gratam esse = A s. e. g. N e. g. Y e. Deo g. Qμυ e. s. g. *rell.*

T [8] De caritate positive exercenda erga proximum fusius agit DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 28 n. 34 (XXI 227-228). [9] scil. Dilecto seu Deo.



absolute debeo velle eum ab eis diligi; et quia hoc de quocumque viatore signato est dubium, debeo sibi[10] velle cum condicione, ut si placeat ei ab eo diligi vel pro tunc vel quando placet ei ab illo diligi.

23 Circa viatores autem in communi, quia semper supponendum est esse aliquos bonos, quorum dilectio est ei grata vel non-displicens, potest haberi actus volendi absolute Deum ab eis condiligi.

24 Circa dammatos autem vel daemones, vel etiam homines qui sunt ei extra terminum displicentes, non debeo velle eos ipsum diligere.

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

25 [6] Ad primum argumentum principale[11] patet quomodo hic[12] est unum obiectum tantum. Et cum probatur quod sit alia ratio propria bonitatis in Deo et in proximo[13], dico quod ratio propria bonitatis proximi non est ratio terminativa actus caritatis ut obiectum, sed[14] tantum ratio bonitatis divinae, quia etsi tendatur in bonitatem proximi, hoc non est nisi actu reflexo, qui semper ulterius tendit in obiectum actus recti, sicut prius dictum est[15].

26 Ad secundum[16] patet per idem, quia haec virtus[17] tantum habet Deum pro obiecto per se quietativo; tamen pro obiecto proximo in

APSZBNYQ(μυ)

186 sine] si S | eius *om.* N | potest] posset Z 187 bonum] *add.* finale N | forte] formaliter S | teneretur ZY 188 quis] aliquis SZB | non solum] ad SBQ *add.* ad PZ | finale] commune (c.] f. Q$^{1}$) spirituale Q 188-189 proximo — finale *om.* S 188 immo etiam] et (*om.* Z$^{1}$) i. et Z 189 ei] sibi Q est P$^{+}$ | bonum finale] f. b. ZQ 190 volitione exteriore] v. interiore Z *om.* Q | etiam] et SB | prosequendo] exsequi Q | operatione] volitione P 191 adsit] adest Q adesset SZBNY 192 autem *om.* SZ | vel] et ZY | sanitatem = B s. et huiusmodi Qμυ paupertatem *rell.* 193 sibi] simul N | sicut *om.* B$^{+}$ | dictum = A tactum *rell.* μυ | casu *om.* Y 194 sibi velle] v. s. ZNYQ 195 Quantum] *add.* autem Q | tenetur *post* quis Y | etiam] *ante* spiritualia SZB *ante* tenetur PN et Y | quis *om.* P | solum] *add.* quantum ad Q | velle] v. sibi *ante* non Z 196 sed etiam exterius *rep.* P$^{+}$ | etiam] per Z | efficaciter] *ante* exterius N *om.* Y | opere NY 197 quod *om.* Y | orare et adorare = A o. *rell.* (*om.* Q) μυ | suum *om.* P 198 Ecclesia = A Eccl. Dei *rell.* μυ | ista oratione = N istam orationem *post* velle Qμυ illa o. PB i$^{a}$ o. *rell.* | eam] *ante* velle B *om.* ZQ 199 cuilibet, et *om.* Q | sicut enim = AB$^{2}$Qμυ et s. N s. *rell.* 200 valere *ante* sustentationem NY 201 esset] est SZ | bonum membrum] bonus NYQ | ille = A 202 suum *om.* Y | si] *pon.* sed P$^{2}$ 202-203 Ecclesiae — et$^{1}$ *om.* P$^{*}$ 203 pro quanto$^{1}$] et p. q. et pro quibus N p. quibus Q | illud Deus] D. i. (i.] illum NQ) P$^{2}$ZNYQ | sibi *ante* potest Y | et$^{2}$] vel Z$^{+}$ 203-204 valere *post* potest (203) NYQ 204-205 numquam — velle *delevit hic* P$^{2}$ *et transposuit post* ista (194) B$^{2}$ 204 enim] autem Q *om.* S$^{+}$ | quis] aliquis PZNY | velle] nolle N | simpliciter *om.* Y | illud = AQμυ aliquid B$^{2}$ 204-205 oppositum] propositum N 205 potest] *praem.* bene (*etiam in textu transposito* B$^{2}$) PZBN *add.* bene SYQ | velle] nolle P$^{2}$ZB(*etiam* B$^{2}$)YQ

T [40] Cf. supra n. 17.

33 Sed de vita corporali forte tenetur velle quantum ad actum interiorem et quantum ad actum exteriorem, et hoc si possit eam salvare et non adsit tunc alius proximus potens adiuvare: puta, si quis esset moriturus fame vel moriturus in fluvio, et solus unus adesset qui posset relevare famem eius vel etiam eripere eum a fluvio, teneretur forte non tantum velle huic vitam, sed etiam – ad habendum hoc – pro viribus laborare.

34 Unde tamen probetur ista tentio, non videtur bene manifestum nec ex Scriptura nec ex ratione, quia si tunc[41] periclitaretur, supposito quod sit bonus, pertingeret ad diligendum Deum perfecte in patria, – et salvatus quantum ad vitam corporis, forte postea laberetur in peccatum et potest esse finaliter malus. Pium tamen est sentire pie pro vita salvanda proximi, quia supponendum est quod, si est bonus, possit esse melior, et valebit sibi et aliis bonitas sua, – si est malus, supponendum est quod corrigetur: hoc enim est 'pie iudicare' semper interpretari melius quando non est oppositum manifestum.

---

APSZBNYQ(μυ)

206 forte tenetur] t. f. et Z *add.* et PSBY *add.* quis Q | quantum ad] quoad Q 207 quantum — et$^{2}$ *om.* Z 207-210 quantum — fluvio] eam salvare, si potest, quoad actum exteriorem, si non adsit alius proximus qui possit eum iuvare, puta si quis moreretur fame vel in fluvio et unus solus adesset qui posset liberare eum Q 208 non *om.* NY | tunc] circa Y$^{+}$ | alius] autem N | proximus] *add.* et P$^{+}$ 209 moriturus fame] f. m. Y | fame vel moriturus *om.* S | moriturus in fluvio] f. m. Y in f. B m. in flumine Z | solum PZY 210 relevare] revelare PZ | famen eius] *om.* B$'$ f. illius B$^{2}$ | eius] huiusmodi *ante* relevare ZNY | etiam *om.* ZY | eum *om.* ZNY | a fluvio *ante* eripere NY | teneretur] *comp.* N 211 velle huic] h. v. YQ | etiam *om.* ZQ | ad habendum hoc] adhibendum h. S adhaerendum hic P ut eam habeat Q | hoc *om.* Z 213 Unde tamen] U. cum A Tamen cum S | probetur] habetur N | ista tentio] i. sententia *in corr.* B$^{1}$ i. intentio P$^{2}$Y illud (*in corr.* A$^{1}$) tenue (t.] *spat. vac.* A) AP$'$S | bene *om.* Q 214 nec$^{1}$ *om.* Q | ex$^{2}$ *om.* Z | si *om.* S 214-215 supposito] supponendo Y posito Q sufficit (!) S 215 sit] esset Q 216 salvatus] salvatur Y salvat N | ad *om.* Q | corporis] corporalem (*add.* sed Y *add.* scilicet N) PZNYQ | postea] post B *om.* Y 216-217 postea laberetur] fuisset p. lapsus Q | laberetur] *in corr.* B$^{1}$ liberetur N 217 potest — malus] forte finaliter in aliis Q | Pium] *post* tamen NY *add.* [...] B$^{+}$ | tamen *om.* A 217-218 sentire] laborare Q 218 pie *om.* NYQ | salvanda proximi] p. s. Q 218-220 est$^{1}$ — supponendum *om.* S 218 quod *post* bonus (219) Q 218-219 est bonus] b. e. Y 219 possit esse] potest e. ZB est Q | bonitas] *post* sua YQ voluntas B | si] *praem.* et PBQ 220 supponendum est] supponendo N$^{+}$ | quod *om.* A | corrigetur] corrigeretur Q corrigatur Y | enim est] est en. PSZBN | pie iudicare] praeiudicare Y *add.* et Z *add.* scilicet Q 221 semper *om.* P$^{*}$ | interpretari] interpretare *ante* semper Q *add.* in Y | non *om.* P$^{*}$ | oppositum *ante* non Z

T [41] ille qui est inimicus per accidens (cf. supra n. 11 et n. 13).



[II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[13] Ad primum argumentum[42] dico quod illa responsio Christi ad quaestionem quae quaerit 'quis est proximus', debet sic intelligi: 'proximus' dicit relationem aequiparantiae, sicut amicus vel frater; ergo si iste qui facit misericordiam est 'proximus' (quod habebatur ex responsione pharisaei), sequitur quod ille cui facta est misericordia, habebatur apud eum tamquam proximus: non enim erat gentis suae nec alligatus ei ex natione sed extraneus, ex parabola. Ergo quilibet, quantumcumque extraneus, cui possum servire in necessitate, habendus est ut proximus. Et hoc est quod subiungit Salvator: *Vade, et tu fac similiter*, – hoc est, habe pro proximo omnem cui potes benefacere, etiamsi sit tibi extraneus. Non ergo solus benefaciens est proximus, sed omnis potens a nobis bene pati, – et hoc, sive bona passione exteriore, sive bona dilectione interiore passiva, quae est motus interior. Et hoc modo etiam beati, quibus nihil possumus benefacere, possunt bene diligi et esse proximi. Deus autem licet bene diligatur, non tamen ex dilectione alicuius posset aliquod aliud bonum sibi addi; et ideo non comprehenditur sub proximo. 35

[14] Ad secundum[43] dico quod omnia praecepta secundae tabulae explicant illud praeceptum *Diliges proximum*, quia specificant illa in quibus debemus non odire inimicum: nam 'non occidere' includit non 36

---

APSZBNYQ(μυ)

223 illa] ista Z 224 quae quaerit] quae quaer. vel qua quaeritur A *om.* NYQ 224-225 debet — proximus *om.* PQ 224 sic *om.* N 225 proximus] *comp.* SZ 226 iste] ille PNY | iste qui facit] faciens Q | habebatur] habetur N habeatur Z 227-228 ex — habebatur *om.* Y 227 ille] iste Z 227-228 misericordia *om.* A 228 habeatur Z | eum] Deum N | tamquam] sicut B | proximus *om.* P$^{*}$ | enim] autem (*post* erat Q) NYQ 229 ligatus Q | ei] sibi BNYQ | parabola] patria Q parentela A 230 quantumcumque *om.* Y | cui] *add.* ergo Q *add.* [...] B$^{+}$ | servire] subvenire Y 231 est$^{1}$] *ante* habendus Q *om.* NY | est$^{2}$ *om.* S | subiungit = A dicit *rell.* μυ | Salvator] *praem.* ibi PSZ *add.* ibi BN 232 tu fac] f. tu Z | hoc] id Q | habere ZB$^{+}$ | omnem] Deum Y 233 etiamsi sit tibi] etsi s. ibi B si s. etiam Y | solus] omnis Q 234 est *add.* tantum Q | sed] *add.* etiam PZNYQ | a nobis] *ante* potens Y *post* pati Q | bene *om.* S 234-235 bona *om.* Q 235 dilectione] delectatione P$^{+}$ | interiore = AP 236 etiam *om.* Q | nihil] non Q 237 diligi] intelligi S$^{+}$ *add.* et esse dilecti Y 237-238 et — dilectione *om.* B$^{*}$ 237 et] *praem.* a nobis B$^{2}$ 238 potest Q | aliud = A 239 sibi addi] a. s. *ante* aliquod (238) Q 240 omnia] alia Z 240-241 secundae — specificant *om.* B$^{*}$ 241 proximum *om.* PS | specificat A 242 debemus] debeo (*post* non$^{1}$ Q) NQ 242-243 inimicum — odire *rep.* S 242 nam *om.* A

F *232* Luc. 10, 37. *241* Lev. 19, 18; Matth. 5, 43.

T [42] Cf. supra n. 2. [43] Cf. supra n. 3.

odire sibi iniuste vitam corporis; 'non furari', 'non moechari', includit non odire sibi bonum fortunae nec familiae; et sic de aliis[44].

37 Ad auctoritatem A u g u s t i n i, – quaere[45].

38 Ad illud Matth. 5 *dictum est antiquis* etc.[46], signanter loquitur Salvator dicens 'dictum est' non 'scriptum est', quia etsi scriptum esset 'diliges amicum', non tamen scriptum esset 'odies inimicum'; sed Iudaei, Scripturam pervertentes, arguunt hoc per locum a contrario[47], et ita servabant. Quod autem male intellexerunt Scripturam, probat Salvator ibi, quia *si tantum diligis amicos qui te diligunt, quam mercedem habebis?* Ita male intellexerunt pharisaei de aliis[48], sicut patet de illo praecepto *Honora patrem et matrem*, de quo r e d a r g u i t eos Salvator, quia interpretabantur quod si quis offerret sub-

APSZBNYQ(μυ)

243 corporalem PZNYQ 243-244 includunt Q 244 nec] vel Q | familiae = AP famae NQμυ scientiae Y f. suae Z f. scilicet SB 245 Ad] Item Y | auctoritates Q | auctoritatem Augustini] Augustinum SZB 246 5] *add.* audistis quia Z | est *om.* Y | etc. *om.* NYQ | signanter] assignanter (!) Y 247 dicens *om.* PBNYQ | non scriptum est] *om.* Y *praem.* et PQ | etsi] si NY | esset] est B erat Q 248 amicum] *add.* tuum NYQ | tamen = AYQμυ | esset] est SB erat *ante* scriptum Q 249 Scripturam pervertentes = A p. Scr. *rell.* μυ | arguunt hoc] h. a. a simili B 250 contrario] contrariis B *add.* sensu PZNYQ | servarunt SB | Quod autem] Quia Y | intellexerint Q 250-251 Scripturam *om.* Q 251 probat Salvator] Sal. p⌈*spat. vac.*⌋ Y | ibi] scilicet S *add.* scilicet $B^+$ | ibi, quia si] si enim | quia] quod SY | diligis] diligitis ZN | amicos] amicum PSB eos Z illos NYQ | te] vos ZN | diligunt] diligit PSB 252 habebitis ZN | Ita] Sic etiam Q | pharisaei *om.* PNYQ | de = A in $B^2$ *rell.* μυ | aliis = ASZ a. pluribus B plerisque locis a. NY pluribus a. locis (l. *om.* P) PQμυ 253 patet] apparet (*add.* ibi N) SZBNY *add.* ibi Q | $de^1$] in B | illo] *post* praecepto N *om.* Y | patrem] *add.* tuum PZBQ | et matrem] etc. Z *add.* tuam PB 254 quia] quod BY | interpretantur Z | quis] *post* offerret PB aliquis Y | offerret] offerat Z afferret S

F *251-252* Matth. 5, 46. *253* Ex. 20, 12. *253-256* Matth. 15, 4-9; Marc. 7, 9-13.

T [44] Ad argumentum n. 4 non respondet. [45] Ad argumentum n. 5, ex Bonaventura sumptum (cf. supra nota 4), sic respondet ipsemet BONAV., *Sent.* III d. 30 a. un. q. 4 ad 3 in opp. (III 665*ab*): «Ad illud quod obicitur, quod diligere inimicos est mirabile, dicendum quod 'mirabile' dicitur illud quod est supra facultatem naturae; hoc autem potest esse dupliciter, secundum quod est operatio naturae simpliciter, et naturae rationalis. Facere autem mirabilia supra posse naturae simpliciter..., hoc non omnibus est datum; facere vero mirabilia supra posse naturae rationalis, hoc est per gratiam gratum facientem, utpote per fidem et caritatem. Per fidem enim credimus multa, quae non possemus credere sine ea, et quae videntur infidelibus nimis incredibilia; et per caritatem amamus ea quae videntur caritatem non habentibus odibilia. Et haec mirabilia continentur in Lege divina, et datum est illa omnibus facere qui volunt in se suscipere gratiam gratum facientem. Et pro tanto non potest argui quod non teneamur ad dilectionem inimici: hoc enim est aliud genus 'mirabilis' quam illud de quo loquitur Augustinus». [46] Cf. supra n. 6. [47] De argumentatione per locum a contrario, cf. PETRUS HISPANUS, *Tractatus* tr. 5 n. 29 (p. 72). [48] supple: praeceptis.



stantiam suam ad templum et non daret patri egenti, servaret praeceptum, quia Deus est 'pater spiritualis'; sed Christus improbat hoc dicens: *Irritum,* inquit, *fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.*

Per hoc apparet ad illud de II *Topicorum*[49], quod regula illa non 39
intelligitur nisi de causis praecisis[50], hoc est ubi non ambo contraria ex una parte subsunt uni extremo alterius contrarietatis: si enim color haberet contrarium, puta *a*, non sequitur 'album est coloratum, ergo nigrum est coloratum, puta *a*'; sic autem est in proposito, quia sub ratione 'diligendi' continetur et amicus et 'inimicus per accidens': de inimico patet, quia eadem ratio diligibilitatis est in utroque, puta possibilitas diligendi primum obiectum caritatis quod convenit eis in quantum sunt imago Dei.

APSZBNYQ(μυ)

255 ad templum] in (*om.* Q) templo PNYQ | patri *om.* Y | servaret] *praem.* quod Q 256 est *om.* $B^*$ | Christus] Deus Q *add.* non habuit $Z^+$ | improbat hoc = A h. i. SZB h. reprobat *rell.* μυ 257 dicens *om.* NYQ | Dei *om.* $B^*$ | traditiones vestras Z 258 apparet] patet Q | II Topicorum] libro Top. I Z | quod] quia PSZQ | regula illa = A i. r. *rell.* μυ 259 causis] contrariis Q | est] enim N 260 una parte] p. u. N 261 est] *rep.* P esse N 262 $est^1$] *add.* non $B^2$ | coloratum, puta *om.* Q | autem *om.* Q | quia] quod Y 263 diligendi] diligibilitatis PSZB diligibilis Q | $et^1$ *om.* Q 263-264 per — inimico] loquendo de i. p. accidens Q | per accidens *om.* S 264 patet = A | est *om.* NY 265 puta] scilicet NYQ | diligendi *om.* Y 265-266 quod convenit eis *om.* Q 266 sunt *om.* N

F *257* Matth. 15, 6.

T [49] Cf. supra n. 7. [50] De causis praecisis cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 43 n. 10 (VI 355-356); II d. 34-37 n. 94 (VIII 407); *Lectura* I d. 43 n. 13 (XVII 532-533); d. 3 n. 360-368 (XVI 366-368).

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA PRIMA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM CARITAS REMANEAT IN PATRIA ITA QUOD NON EVACUETUR]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam primam quaero[a] utrum caritas remaneat in patria, ita quod non evacuetur[1]. 1

Quod non: 2

Ratio Apostoli, I ad Cor. 13, quare evacuantur alia dona, est quia sunt ex parte: *Ex parte enim cognoscimus* etc.; sed caritas nunc est ex parte, quia imperfecta, alioquin – cum in ea sit beatitudo – esset modo aliquis perfecte beatus.

Quod si dicatur beatitudinem non consistere in habitu caritatis, sed in actu eius, – contra: secundum perfectionem habitus potest elici actus proportionatus; et ita si habitus est nunc aequalis ei qui habebitur in patria, consimiliter et actus; et ita fruitio[2] nunc ita intensa et perfecta sicut et tunc. 3

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Illud quoque praetermittendum non est »[1+]. Circa istam trigesimam primam distinctionem, in qua Magister agit de caritate quantum ad eius durationem, quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

5 *adnot.* Distinctio 31 $A^{1}$ *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSZBNY Illud (1*) — quaeritur (3*) Qμυ 5 quaeritur S 6 maneat Q 7 Quod] *praem.* Videtur P 8 Ratio] *praem.* Nam Q *rep. post* 13 B | I] *post* Cor. S *om.* AZY | ad *om.* SZ | 13 = $ZQ^{1}$μυ 31 Q′ 3 *rell.* | quare] quarum (!) Y *add.* non A | evacuantur] *post* dona Q enumerantur N | alia dona] fides et spes $P^{2}Z$ *om.* $P^{2}$(¶ *sign.* Vacat) | est *ante* quare NY 9 Ex — etc. *om.* NYQ | sed] haec Y 9-10 sed — parte *om.* Q 10 quia imperfecta *om.* $B^{+}$ | in *om.* Z | ea] eo A 11 modo] nunc NQ *om.* Y | aliquis] *add.* hic YQ | perfecte *om.* Z 12 habitu] actu N 13 sed] sicut B 14 actus] *add.* sibi Q | ita] ideo Y 14-15 si — ita *om.* Q 14 est] esset N 15 habetur SZBN | nunc *post* perfecta (16) Q | ita[2] *om.* P 15-16 intensa et perfecta] p. et i. Y 16 et = A

F *8* I Cor. 13, 8-10: «Sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 31 q. un. [2] supple: esset.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 31 c. 1 n. 1 (SB V 180).

4 Praeterea, fides evacuatur quia est circa obiectum latens; circa idem vero est caritas; ergo etc.

5 Praeterea, Augustinus *83 Quaestionum* quaestione 48: 'Quaedam rerum sunt credibilia, quae numquam sciuntur quod fiant'; illorum si modo habetur fides aliqua in via, potest haberi cognitio aliqua in patria, – et non nisi fides, quia tantum possunt credi; ergo fides saltem quoad illa non evacuatur.

6 Praeterea, habitu eodem cognosco aliquid et quiesco in habito[3], nam secundum Augustinum, IX *De Trinitate* ultimo, «appetitus inhiantis fit amor fruentis»[4], et multo magis patet de habitu; probatur etiam a simili in naturalibus, quia eadem forma est principium motus ad terminum et quietis in termino. Ergo cum spes sit habitus desiderandi bonum infinitum, idem erit ratio quiescendi in habito, et ita non evacuatur.

7 Contra:

I Cor. 13: videtur Apostolus ad oppositum.

---

APSZBNYQ(μυ)

17-18 Praeterea — etc. *om.* P 17 quia] quae SBN 18 ergo etc.] ergo SZ *om.* NYQ 19 Praeterea] Item Z | Augustinus *om.* NY | quaestione *om.* PSZ | 48] 8 A 19-20 Quaedam — quae] Credibilium quaedam sunt quae semper credentur et Z 20 rerum *om.* NYQ | sunt ... quae *om.* S | sciuntur] intelliguntur Z | sciuntur quod fiant] sc. sed tantum creduntur sicut historiae N fiant S fient YQ 20-21 illorum] istorum P *om.* NY | illorum si modo] sed talium quorum non Q 21 modo] nunc N non Y | aliqua] *ante* fides Z *post* via NQ alia *post* via Y | cognitio *ante* potest Q 21-22 aliqua] *om.* NYQ *add.* (*seu rep.*) fides in via potest haberi (21) Z+ 22 in patria *ante* cognitio (21) Z | et — fides *om.* Q 23 quoad] quantum ad NYQ | illam PZ 24 habitu eodem = $A^{1}$ habito h. e. A´ e. h. *rell.* μυ | cognosco] cognoscitur SZ concupisco Q | aliquid *om.* P | et] quo Z | in habito] in h. vel in habitu A in eo h. Y 25 IX = Zμυ VII Q XI *rell.* (*om.* NY) | De Trinitate = Qμυ Trinitatis *rell.* | ultimo = Z cap. u. μυ *spat. vac.* Q 7 *rell.* 26 inhiantis] *in corr.* $S^{1}$ utentis NQ | patet] fit N | habitu] *add.* intellectus Z 26-27 probatur] praeterea S *praem.* praeterea N 27 etiam] *post* simili SB *om.* ZY | in] de N 28 cum] *ante* Ergo Q *om.* S 28-29 spes — desiderandi] actus sit actus diligendi (!) Y 29 desiderandi — ratio *om.* Q | in] *add.* ipso Q *add.* termino NY | in habito] in h. vel in habitu A 32 I] *om.* Z *add.* ad P | 13 = Qμυ 18 ASB 14 NY 4 Z II P´ 2 $P^{1}$ | videtur Apostolus = $ASB^{1}$ v. [...] Ap. B´ Ap. expresse v. Z v. expresse auctoritas Apostoli P v. auctoritas Apostoli expressa NYQμυ

F *19* AUGUST., *De diversis quaest. 83* q. 48 (CCL 44A, 75; PL 40, 31): «Credibilium... alia sunt quae semper creduntur et numquam intelliguntur, sicut est omnis historia, temporalia et humana gesta percurrens». *25* AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (CCL 50, 310; PL 42, 972): «Appetitus quo inhiatur rei cognoscendae fit amor [rei] cognitae». *32* I Cor. 13, 8: «Caritas numquam excidit».

T [3] id est: cognosco aliquid cum distat et quiesco quando illud habeo praesens. [4] Cf. supra d. 26 n. 10.



[I. – AD QUAESTIONEM

A. – DE FIDE ET SPE]

[2] Respondeo. Nullus habitus ibi ponendus est frustra manere; frustra autem est habitus cuius inclinatio tunc esset impossibilis. Fides autem ex ratione sui inclinat tantum in bonum non apparens et latens, secundum illud ad Hebr. 11: *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*; et spes tantum inclinat in bonum commodum ad concupiscendum, iuxta illud Rom. 8: *Spes quae videtur, non est spes*, accipiendo 'spem' pro sperato et pro obiecto. Inclinationes autem istae non poterunt haberi in patria, ubi erit Bonum patens et habitum; ergo isti habitus non manebunt nec ibi erunt, quia superflui essent. 8

Sed hic est unum dubium, an scilicet istae virtutes evacuentur ibi, quia scilicet succedunt eis aliqua incompossibilia[5]? 9

Respondeo: non oportet quod succedant eis alii habitus, proprie loquendo de habitu sicut differt actus ab habitu, quia (sicut dictum est supra in materia de anima Christi[6]) non est necessarium ponere 10

---

APSZBNYQ(μυ)

35 ibi ponendus est = A p. e. i. (i.] ubi Y) *rell.* μυ | manere] maneret Y *sequitur spat. vac. unius cm.* P 35-36 manere; frustra *om.* Q 36 autem] enim PB | est] esset (*add.* ibi Q) SZQ | habitus] *add.* huiusmodi Z | tunc] *post* esset Q *om.* ZB 37 sui] sua Q | bonum] verum ZQ *pon.* verum $B^{1}$ | non apparens et *om.* Q 38 secundum] *add.* glossam super Q | ad *om.* SNYQ | 11 = μυ 4 A 10 *rell.* (*om.* SB) 38-39 substantia rerum sperandarum] sp. sub. r. P r. sp. A *om.* NYQ 38 rerum *ante* substantia $B^{2}$ 40 commodum] *add.* absens ZBNYQ | ad concupiscendum] illud Q | Rom. *om.* N | 8 *om.* Z 41 et = A id est SB scil. *rell.* μυ | $pro^{2}$ *om.* Y 42 autem] ergo Z | istae] illae Q | poterunt] possunt P 42-43 Bonum patens et] verum p. et Bon. Q 43 patens] apparens Y | manebunt] remanebunt P´ inclinabunt PSB *om.* Z | nec ibi erunt] i. n. ibi e. SB e. i. Z i. P *om.* NYQ 44 superflui] *post* essent Q superflue B superfluo (!) S 45 istae] illae Y | evacuentur] *comp.* Z 46 quia] ita quod A | scilicet *om.* Q | succedant Q | aliqua] alia Y *om.* A 47 oportet] *add.* ponere PNYQ | eis] ei N 47-48 proprie loquendo] l. p. NYQ 48 de habitu *om.* NYQ | differt — habitu] habitus differunt ab actibus Q | actus ab habitu] habitus ab actu ZNY 48-49 dictum — ponere *om.* S 49 supra] quia (!) Y | necesse Y

F *38* Hebr. 11, 1. *40* Rom. 8, 24.

T [5] Talia incompossibilia in caelo sunt: respectu fidei illuminatio et claritas visionis gloriae, respectu spei summum Bonum iam habitum seu eiusdem Boni tentio firma. – Cf. BONAV., *Sent.* III d. 31 a. 2 q. 1 in corp. (III 681*b*); q. 2 in corp. (p. 684*b*-685*a*; a. 3 q. 1 in corp. (p. 689*a*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 31 princ. 3 q. 2 in corp. (III f. 115*rb*); d. 26 princ. 5 q. 2 in corp. (f. 94*vab*). [6] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 14 n. 25-30 (IX 431-434).

habitum distinctum in anima Christi et creatum, alium saltem a caritate, qui sit principium videndi et tendendi in obiectum, nam habitus non ponitur in potentia nisi ad habilitandum et facilitandum eam[7], non ad eliciendum actum, – aut saltem non[8] in intellectu ut obiectum sit praesens intellectui, ut intellectus possit[9] prompte circa illud operari, quod non posset si in quocumque actu esset obiectum novum vel de novo adipiscendum: ibi[10] obiectum semper erit praesens et semper agens actu in potentiam, et potentia[11] summe inclinata et facilitata.

11 Quod si succedant aliqui actus repugnantes illis qui habentur nunc (si quidem 'videre' et 'tenere' repugnant istis actibus 'credere' et 'sperare'), illi actus succedentes non habent proprie habilitatem ad successionem fidei et spei (quod probatur, quia Paulus in raptu habuit saltem actum visionis[12], et tamen non erat evacuatus in eo habitus fidei; igitur ille habitus non repugnat illi habitui); non ergo evacuantur fides et spes quia succedit eis aliquid incompossibile, sed quia essent superflui[b].

[b] *Sequitur adnotatio interpolata:* quia actus ad quos inclinant, repugnant actibus ibi.

APSZBNYQ(μυ)

50 habitum distinctum] h. aliquem d. Z aliquem h. d. (d. *om.* B[±]) B aliquem creatum h. Y aliquem h. (*add.* in patria Q) creatum PNY | in] *add.* ipsa Q | Christi et creatum] creata PB *om.* NYQ | et *om.* Z 50-51 alium — caritate] saltem a. nisi caritatem *post* obiectum (51) Q 51 qui] quae A | et] vel ZBQ | tendendi in] tenendi NQ | nam] quia Q 52 habilitandum et facilitandum] f. et h. SZQ f. Y 53 eam, non] potentiam PZNYQ | aut] vel Q | non[2] = A | intellectu] intellectualibus SQ intelligibilibus Y rebus N | ut] nisi ut Z 54 posset N 55 illud] idem SZB | operari *ante* circa (54) Q | quod] quia NY | possit A | si — obiectum] sed o. esset in quolibet actu Q 56 novum vel de *om.* NYQ | de novo] denuo N | ibi] *praem.* sed Q | erit] est P 56-57 praesens] prius Y 57 et[1] *om.* N | semper] super P | actu] *ante* agens PZNY *om.* Q | potentiam] potentia Q | potentia] *om.* S *add.* est P *add.* et Z 57-58 inclinata et facilitata] i., delectata et f. P f. et delectata NYQ 59 Quod] Quia Q | aliqui] alii *in corr.* B[1] | repugnantes] *add.* actibus Z | illis qui] quae P′ actibus illis qui P[2] | qui] quae SZB[+] 59-60 habentur nunc] n. (non S) h. SBNYQ alibi videntur Z 60 si quidem] ut Q | repugnant istis actibus] r. i. ambobus Y succedant Q 61 et *rep. ante* credere (60) PZB | habilitatem] successionem fidei P[2] 61-62 habilitatem ad *om.* Z 62 probatur] videtur SB | quia = AQμυ nam *rell.* 63 non erat] est Y *add.* ab aliquo Z | evacuatus] *post* eo Q auctus SZ | in eo *rep. ante* evacuatus N 64 ille] *post* habitus Y iste N | illi] alii P[2]B *om.* Q | habitui] actui Z *add.* fidei Q 65 succedat PNQ | eis *rep. post* incompossibile PZB

4*-5* quia — ibi = B

T [7] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 7. 48-51 (V 142. 158-159); cf. etiam infra d. 33 n. 25; HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 100H). [8] subintellige: ponitur. [9] id est: quo obiecto praesente intellectus possit. [10] supple: enim. [11] supple: erit. [12] Cf. II Cor. 12, 2-4.



[3] Sed adhuc restat aliud dubium circa istarum virtutum obiectum, an sit Deus ut latens sive absens, ita quod latentia sive absentia sit formalis ratio obiecti, – vel sola obiecti ratio formalis est Deus ut Deus (sicut dictum est supra distinctione 26 huius III de obiecto fidei et spei[13], et in prooemio I de obiecto primo fidei et obiecto theologiae[14]): non videtur tunc quod isti habitus careant formali ratione obiecti, et ita poterunt manere ibi[15] et inclinare in proprium obiectum. Et eodem modo potest argui de actibus, nam idem sub propria ratione est obiectum habitus et actus proprii illius habitus. 12

Praeterea, saltem de spe, sicut argutum est[16], videtur quod possit esse inclinans ad amandum praesens et desiderandum absens. 13

[4] Dico quod respectu eiusdem obiecti et sub eadem ratione formali obiecti possunt esse multi actus (et non solum diversarum potentiarum ordinatarum, sed etiam respectu eiusdem potentiae), differentes secundum perfectum et imperfectum; nec tamen perfectum et imperfectum sic se habent sicut se habent maius et minus in eadem specie, sed sicut se habent diversae species in eodem genere (puta media et extrema). Hoc modo dico quod respectu Dei in se non solum sunt actus intelligendi et volendi, qui sunt actus subordinati diversarum potentiarum, sed etiam actus diligendi sic vel sic, 14

APSZBNYQ(μυ)

67 istarum virtutum obiectum] o. i. v. NYQ i. v. primum o. B primum o. i (i.] ista P[+]) v. P 68 an] cum non B non S videtur quod earum (e.] eorum Q) formale obiectum non NYQ | an sit Deus] quod est Deus non Z | sive = AB sive ut *rell.* μυ | ita] *rep.* S ⌊...⌋ B[+] | latentia *in corr.* P[1] | latentia sive] l. vel Q *om.* Y 69 formalis ratio] r. f. Y | vel = A sed *rell.* μυ | sola] tota B | obiecti ratio formalis = A r. f. o. PSB f. r. Z r. o. f. NY r. o. Qμυ 69-70 ut Deus = NQμυ vel ut D. *rell.* (*om.* Y) 70 sicut] ut B | dictum] tactum NYQ | supra *om.* NYQ | 26 = μυ 6 APZ 13 6 S 6 13 N 6 et 13 Y 13 Q | huius III = AB III h. P h. Qμυ 70-71 de — spei = APB de (*praem.* et N) obiecto NY 71 et[2] *om.* N | prooemio — et] I quaestione de Q | de *rep. post* et[3] PZ 72-73 non — obiecti] et tunc n. videtur quod formali ratione o. careant habitus isti Q 72 careant *om.* P[*] 73 ibi *om.* NYQ | proprium] *post* obiectum (74) NYQ propositum B[+] 74 Et *om.* Y | idem] Deus Y 75 propria] eadem Q | habitus et actus] a. et h. N | illius habitus] illi habitui NY 76 saltem de spe *post* est Q | posset NY 77 amandum — absens] desiderandum (considerandum N) ab. et am. praesens NYQ 78 eadem *om.* Q 79 obiecti *om.* Q | diversarum *om.* NYQ 80 etiam *om.* Q | respectu *om.* NYQ 80-81 differentes] *praem.* non solum Y 81-82 nec — imperfectum *om.* P[±]Y 81 nec tamen] et non tantum secundum quod Q 82 sic se habent *om.* PZNY | sicut se habent] *rep.* P[+] sicut Q | maius] magis NYQ 82-83 maius — habent *om.* B 85 solum sunt] su. so. B | volendi] videndi SZ 86 diversarum potentiarum] *ante* subordinati (85-86) NY *om.* Q | etiam] et SB | vel sic = A et sic (*add.* scilicet Qμυ) *rell.* (*om.* SY)

T [13] Cf. supra d. 26 n. 89-105. [14] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 151-157. 167. 170 (I 102-105. 109. 113-114). [15] scil. in patria caelesti. [16] Cf. supra d. 26 n. 97.

non tantum quasi differentes secundum magis et minus in eadem specie, sed quasi medium et extrema in eodem genere.

15 Quod potest sic poni in proposito, quia cum perfectio actus sit a duobus, scilicet a potentia et obiecto, quando variatur propria ratio alterius istorum in se vel etiam in coniunctione cum reliqua causa, sive etiam in approximatione ad reliquam causam, quia minus perfecte agunt causae partiales respectu effectus quando non sunt sufficienter approximatae et coniunctae, variabitur tunc perfectio illius actionis. Et ita est in proposito.

16 Respectu autem actus tentionis[17], obiectum voluntatis est in se [5] praesens, respectu autem actus desiderii absens, – et hoc ex ratione formali huiusmodi actus (obiectum non est in se realiter coniunctum potentiae). Est ergo iste actus imperfectus respectu illius[18], et hoc in alia specie, quae[19] est speciei mediae ad extremam: non propter aliam rationem in obiecto, sed propter approximationem ipsius obiecti ad reliquam causam partialem, quae[20] sufficit ad distinguendum specie effectum illarum duarum causarum, – sicut si aliqua actio sequeretur solem in quantum praecise et solum est praesens secundum radium reflexum, et aliqua actio sequeretur ipsum solum et praecise secundum quod praesens est secundum

APSZBNYQ(μυ)

87 non tantum] t. n. S | quasi *om.* Q | differenter PSB | magis] maius A 88 quasi] sicut Q | extremum Y | in eodem genere *om.* NYQ 89 Quod *om.* Y | potest sic] s. p. PY | quia] quando Q | cum] enim SNYQ | sit] est Q 90 a *om.* Z | et] *add.* ab NY 91 alterius — etiam] istorum vel a. eorum in se vel Q 92 sive — approximatione] vel secundum approximationem Q | in *om.* NY | quia] *praem.* tunc Z 93 partiales] principales $P^*$ | non sunt] s. n. Y 94 illius] istius PSZBN huius Q 95 actus Q 96 autem] enim ZNY *om.* Q | tentionis] intensionis $Z^+$Q *add.* in Y 97 praesens] *add.* voluntati Z | autem] etiam A *om.* Z | absens *om.* NYQ 97-98 et — formali] secundum rationem formalem Q 98 huiusmodi] huius PZY talis Q | actus] *add.* est quod Z | in se *om.* BY 99 iste] ille N 100 alia] illa N *om.* Y | est — extremam] est media ad (e. m. ad] mediat NY) extremum NYQ | extrema B 101 obiecto] *add.* nec in potentia $ZB^2$ | propter²] per Q 102 ipsius *om.* Q 103 effectus PBQ | illarum duarum] istarum Y 104-105 aliqua — et *rep.* $P^*$(¶ *sign.* Vacat); ¶ *adnot.* Extra $P^2$ 104 aliqua] *post* actio B alia (*in textu rep.* P) PNYQ *om.* S | solem *om.* N | in quantum *om.* P(*in textu rep.*)N | praecise *om.* Y | et solum *om.* P(*in textu rep.*)NYQ | est *rep. post* praesens (105) $Z^+$ 104-105 est praesens] secundum quod p. e. P(*in textu rep.*)N 105-107 reflexum — radium *om.* N 105 aliqua] alia YQ *add.* alia P 105-106 actio — praecise] a. p. P *om.* Q 106 ipsum solum et praecise = A s.(solem ZBY) et (et *om.* Y) p. i. (i. *om.* Y) SZBY | quod *in corr.* $B^1$ | praesens est] e. p. praecise Q p. Y

T [17] De tentione cf. supra d. 26 nota 19. [18] supple: potentiae. [19] scil. quae imperfectio. [20] supple: approximatio.



radium rectum, isti effectus distinguerentur specie non ex distinctione passi nec ex distinctione agentis (quantum ad rationem formalem agentis), sed ex approximatione alia et alia eiusdem agentis ad passum.

[6] Quando igitur arguitur 'obiectum est idem formaliter'[21], 17 concedo[22] obiectum virtutum in patria. Nec ex hoc sequitur quod actus sunt idem in specie, nec etiam actus illi qui sunt eiusdem potentiae, immo possunt esse diversi et etiam in eadem vi si per se sint circa obiectum diversimode praesens potentiae. – Et ex hoc quod dictum est de distinctione actuum, videtur quod similis distinctio possit dici de distinctione habituum inclinantium ad plures tales actus, nam ad omnem actum alicuius speciei in eadem natura rationali, qui frequenter potest elici sic et sic, potest esse aliquis habitus regulariter inclinans ad tales actus.

Praeterea, aliud quod tangit de spe[23], dici posset ad illud quod 18 sicut quilibet actus distinctus specie ab alio potest habere proprium habitum in voluntate et intellectu inclinantem ad ipsum, ita etiam potest esse unus habitus generalis inclinans ad unum actum in genere et multos in specie, – quemadmodum si iustitia ponatur virtus una secundum genus, non secundum speciem, habet actum similiter unum. Hoc modo posset esse aliquis habitus, qui per se respiceret Deum pro obiecto in quantum conveniens naturae rationali, et

APSZBNYQ(μυ)

107 radium rectum] re. ra. B | distinguentur AY | specie *om.* NY 108 passi — distinctione] p. vel Q *om.* P 108-109 quantum — agentis *om.* N 109 ex] etiam $P^+$ | alia¹] sua Y 110 ad] *add.* idem Q 111 Quando] Cum B 112 obiectum] omnium N | in] in se in Q 113 sunt¹] *post* idem Y sint Q | in *om.* BNYQ | nec — illi] etiam Q | etiam] *add.* alii N 113-114 potentiae] specie (!) S 114 et *om.* NYQ | etiam *om.* ZQ | vi] ut $P^*$ *om.* N 115 circa obiectum] *rep.* Q c. idem o. B | praesens] *post* potentiae Z praesentis Y | Et *om.* PSB 115-116 ex — quod *om.* Qμυ 115 hoc = A eo *rell.* 117 potest NYQ | dici] poni Q | de distinctione] de differentia SZ *om.* Q | plures = AP 118 speciei] *add.* et Z | in *om.* N | eadem = A 118-119 rationali] *ante* natura (118) PB *om.* A 119 frequenter potest] p. f. Q | sic et sic *om.* Q 119-120 regulariter] realiter NQ faciliter Y 120 tales actus] a. t. N 121 Praeterea] Propter N Per P Quantum ad Q | tangitur Q | spe] specie $B^+$Y | dici posset] p. d. N | ad illud = A 122 sicut] sic B | distinguitur Y 123 et] et (vel Q) in PSBYQ | intellectum N | inclinante B 124 unum *om.* B 126 non] et n. P 126-127 similiter] simpliciter $P^2$Z 127 Hoc] Et hoc Q | aliquis] unus N omnis YQ | habitus, qui] virtus, quae Y | per se *om.* B 127-128 respiciat N 128 pro obiecto *om.* Q | rationali] in universali Y

T [21] Cf. supra n. 12. [22] id est: concedo quod est idem. [23] Cf. supra n. 13.

sic indistincte inclinaret in ipsum; et si huiusmodi actus esset habitus sic indistincte tendens in ipsum[24], id est non sub propria ratione ipsa secundum quam sic est approximatus potentiae tendenti, iste habitus non variaretur, sive potentia tenderet in obiectum desiderando sive tenendo[25]; iste habitus non ponitur spes, sed ponitur praecise inclinans ad actum ipsum imperfectum, qui est desiderium. Concedo ergo quod bene posset esse unus habitus tendens in Deum ut est bonum commodum, et non oporteret ipsum evacuari. Sed spes ponitur perfecte inclinans ad actum imperfectum, – et hoc imperfectione alterius rationis, quae scilicet sit ex absentia obiecti respectu potentiae tendentis.

### [B. – DE CARITATE]

19 Viso de fide et spe, quomodo evacuentur, videndum est de caritate quomodo manet eadem in via et in patria. Supposito enim quod haec sit ratio caritatis, quod scilicet est amicitia Dei ut est in se bonum, iste habitus non distincte inclinat ad actum perfectum amandi Deum sicut amatur quando est in se et perfecte praesens, nec ad actum imperfectum sicut amatur quando est imperfecte [7]

APSZBNYQ(μυ)

129 in *om.* Y | si *om.* P$^{*}$NQ | huiusmodi] huius Y | actus esset] poneretur Z *pon.* vel: poneretur P$^{2}$  130 id] hoc PY | est] autem P$^{2}$  131 ipsa = A | secundum quam] in quantum scilicet Q | sic est] e. s. NYQ sic vel sic e. B | approximatus] *add.* vel sic coniunctus Q | potentiae tendenti] p. sic t. Y vel sic (*add.* coniunctus Q) p. t. (p. t. *rep. ante* vel P$^{2}$Z) PZNQ  132 sive *rep. ante* iste (131) P | in obiectum *om.* NY  133 sive] vel BQ | tenendo] tendendo PS | iste] talis (*post* habitus B) PBNYQ | spes *rep. post* sed Z  133-134 sed ponitur praecise] autem pr. po. Y  134 ipsum = A istum *ante* actum Qμ illum *rell.* | desiderare PSB  135 ergo *om.* P | in] *add.* ipsum NYQ  136 bonum commodum] obiectum b. consequendum B | ipsum = A illum *rell.* μυ  137 perfecte inclinans] praecise Q | imperfectum] perfectum Z$^{+}$N  137-138 perfectione N  138 quae] qui Y | quae — ex] quam facit Q | scilicet sit] est sic P  138-139 respectu potentiae tendentis] t. p. N  139 potentiae] obiecti A  141 Visio B | fide et *om.* S | quomodo evacuentur] q. evacuantur (*add.* quomodo N$^{+}$) NYQ  141-142 de caritate quomodo] q. caritas SZ  142 maneat ZNY | eadem *om.* Z | in via et *om.* NYQ | Suppono PYQ | enim = AQμυ  143 haec] ista Y | scilicet] *ante* quod Q *om.* NY | est$^{2}$ *om.* AQ  144 bonum] *add.* honestum Z | habitus] actus S | ad actum] in hoc actu Z *om.* S | perfectum] *ante* actum B *post* Deum (145) Y  145 amandi] amanti S | quando est *om.* Y | est *post* se N | et perfecte *om.* NYQ  146 sicut amatur *om.* B

T [24] scil. in Deum. [25] scil. tenendo ipsum obiectum, scil. Deum.



praesens et in aenigmate, – sed indistincte inclinat in hunc actum et in illum[c].

Et quod talis habitus possit haberi, patet ex dictis modo de spe[26]. 20
Rationabilius enim est hoc de habitu tendente in Deum ut est in se bonum, quam de habitu tendente in ipsum ut est bonum mihi[27], quia non ita variatur actus ille qui tendit in Deum ut est in se bonum ex praesentia perfecta et imperfecta Dei, sicut ille qui tendit in Deum ut est bonum commodum: prima enim variatio vel non est secundum speciem, vel – si est – non tamen specie ita remota sicut est modo secunda[28]. Ex quo ergo inclinatio manebit in patria ad diligendum Deum in se, manebit inclinatio ad actum illum qui ponitur esse caritatis ut ponitur actus eius, et ita ille habitus poterit manere.

[8] Si obicias quod 'praesentia vel variatio obiecti talis vel talis potest 21
variare actum specie, ergo possunt esse duo habitus distincti specie, quorum unus sit principium diligendi Deum in se ut praesens est per fidem, et ille evacuabitur in patria, alius diligendi Deum ut est praesens per visionem, et ille succedet visioni', – concedo quod duo tales habitus simul possunt esse in voluntate; sed hic non ponitur ra-

[c] *Sequitur textus interpolatus*: Sed inclinatio ad diligendum Deum in se manebit in patria; ergo caritas quae inclinat ad sic amare eum.

APSZBNYQ(μυ)

147 et] sicut Q *om.* Y | et in aenigmate] scilicet aenigmatice PSZB | indistincte *om.* (*sed cf. ad* 148) NYQ | in] ad NYQ | hunc actum] a. h. Y  148 in] ad Y *om.* NQ | illum] *add.* licet indistincte NYQ  149 habitus] actus N | possit] *comp.* AP | patet *rep.* B | ex] in N | modo] nunc Q  150 enim est = Qμυ etiam est BNY est etiam *rell.* | habitu] *add.* debite P  150-151 in$^{2}$ — est *om.* Q | in se bonum = A b. in se *rell.* μυ  151 de *om.* N | ipsum] Deum NY  152 ita *om.* NQ | in Deum *om.* N | in$^{2}$ *om.* Y  153 et] vel ZNYQ  154 est$^{1}$] *om.* Y *add.* in se A | bonum *om.* NY | enim *om.* A  155 specie — est$^{2}$] e. secundum speciem remotam sicut Q | sicut est] e. s. Y est s. e. N  156 modo secunda = A in s. Y secundo m. P m. N s. *rell.* μυ | inclinatio] inclinatur Y *add.* ipsa N | in patria] *ante* manebit Y *om.* N *add.* et Z  157 manebit] *add.* etiam Q  158 caritatis ut] ⌜...⌟ Y | ut] vel Z | ponitur *om.* Z | ille habitus] iste Q  159 Si obicias] Et si obicis (obicitur ZQ) ZNYQ | vel variatio *om.* NYQ | obiecti talis] t. o. (*add.* ut dictum est Z) ZY | vel talis *om.* S  160 specie$^{1}$] secundum speciem Q | ergo] ideo Y | ergo — specie$^{2}$ *om.* S | duos B$^{+}$ | habitus] actus Y  161 unus] *post* sit SB unum Q | principium *om.* Y | Deum *om.* Y | praesens = A praesentatus (*post* est B) *rell.* μυ  162 ille] iste Q | evacuetur NY | in patria *om.* NYQ | diligendi Deum] *om.* Q *add.* in se Z  163 succedat PSBY | visioni *om.* PNYQ  164 simul] *post* possunt Z *post* esse NYQ | sed] et B | hic] hoc NQ v$^{c}$ A  164-165 ratione N
6$^{*}$-7$^{*}$ Sed — eum = B

T [26] Cf. supra n. 18. [27] scil. ut est bonum commodum (cf. ibid.). [28] supple: variatio.

tio caritatis quod sit praecise principium actus imperfecti circa obiectum latens, sed quod sit indistincte principium actus tendendi in Deum ut est bonum in se.

### [C. – CONCLUSIO]

22 Breviter ergo – quidquid sit de fide – de istis duabus virtutibus appetitivis spe et caritate concedi potest quod posset esse unus habitus appetitivus respectu commodi manens (sicut caritas), et possent esse duo habitus appetitivi respectu Dei ut est bonum honestum et bonum commodum, quorum unus evacuaretur (sicut ponitur nunc fidem evacuari).

23 Sed supponimus, ex dictis s a n c t o r u m, distinctionem istorum habituum spei et caritatis, quod scilicet spes non inclinat ad actum tendendi in bonum commodum absolute, sed ad actum imperfectum qui est ex absentia obiecti, ita quod illa imperfectio non accidat actui in quantum est istius habitus, sed sibi sit essentialis in quantum elicitur a tali habitu. Caritas autem, ut est habitus, est principium tendendi in Deum ut est bonum in se, ita quod actui – ut est eius – accidat perfectio et imperfectio ut est ex praesentia et absentia obiecti: sed ad actum imperfectum inclinat ex absentia obiecti, ad actum vero perfectum ex praesentia obiecti.

---

APSZBNYQ(μυ)

165 sit] fuit P 165-167 imperfecti — Deum] tendendi in D. indistincte P 166 indistincte *post* Deum (167) SZB | actus *om.* Q 167 est — se] in se bonum praecise Q 169 Breviter] Hic Y | istis] *add.* tantum Q 170 appetitivis *om.* A | posset] potest NYQ 171 caritas] *add.* manet PSZB 172 habitus] actus APNY | est *om.* Y | bonum] *add.* in se $S^+$ 172-173 et bonum commodum *om.* NQ 173 quorum] sed Q | nunc] modo (*ante* ponitur PB) PSZB 174 fides $NQ^+$ | evacuata N 175 Supponimus] Supponamus A *add.* nunc NYQ 176 spei] *praem.* scilicet Q *add.* scilicet PSB | et *om.* P | quod] quia ANY *praem.* ita Q | scilicet *om.* Q 178 qui] quae PS | qui est *om.* NYQ | ita] *add.* scilicet PSB | illa] ista NQ *om.* Y | accidet B 179 istius] illius N huiusmodi Q | habitus] *add.* caritas autem sit principium (*cf. ad* 180) NY 179-180 sed — habitu] s. sit de ratione eius Q *om.* $P^2$(¶ *sign.* Vacat)N 179 sed] licet PB | sibi] *post* sit SZY *om.* P | essentiale Z 180 elicita Y | Caritas — principium] C. autem sit p. et habitus Q et habitus NY 181 $est^1$] *add.* quoddam PSZB | se *in corr.* $P^1$ | actui ut est] a. etiam ut Y e. a. B 182 ut est] ut Z *om.* Q | $et^2$] vel Q 183-184 sed — obiecti *om.* PNYQ 183 inclinatur Z 184 vero] et *ante* $ad^2$ (183) SZB | obiecti *om.* SB

F *175* Ut supra d. 26 n. 10. 110. 113. 114. 121.



### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[9] Ad primum argumentum[29] dico quod aliae virtutes sunt 'ex parte', quia essentialiter includunt in actibus suis aliquid quod necessario determinat sibi imperfectionem, quae tunc in illo statu evacuabitur. Caritas autem non necessario determinat actum suum ad aliquid ad quod sequatur imperfectio, sed actus – in quantum est eius – est indifferens, ita quod accidit sibi talis imperfectio vel perfectio posita. 24

Quod arguitur contra illam responsionem datam ibi (quae bona est in quantum negat beatitudinem posse hic haberi: etsi enim aliquis haberet hic aequalem caritatem sicut in patria, non propter hoc esset hic beatus, quia etsi ita esset, non tamen posset nunc habere aequalem actum sicut tunc habebit, et in illo actu consistit beatitudo), – ad illud, inquam, quod obicitur[30], respondeo quod non potest haberi actus ita perfectus, etsi habitus sit ita perfectus, nam genitive actus diligendi[31] non solum est causa partialis una ipsa voluntas, nec etiam una ipsa caritas[32], sed tertia ipsum obiectum praesens per actualem inclinationem, sicut dictum est distinctione 25 II libri[33], et hoc determintae perfectionis secundum quod est determinate praesens: si magis, magis, – si minus, minus. In via non potest 25

---

APSZBNYQ(μυ)

186 dicendum Y 186-187 ex parte] in p. S imperfectae B 187 includunt] *ante* essentialiter NY *om.* AQ | aliquid] aliud A 188 determinant A | sibi *rep. post* determinat (189) Y *om.* N | sibi — tunc *rep. post* determinat (189) $S^+$(¶ *sign.* Vacat) | in illo statu *om.* SZNYQ 190 ad] aliud NY *om.* AZQ 191-192 imperfectio vel perfectio posita = Aμυ i. et per. po. N per. po. v. i. BQ i. po. Y per. v. i. po. PSZ 193 Quod] Sed Q | illam] istam ZNYQ | responsionem] solutionem NYQ | ibi] sibi $Z^+$ 194 posse hic] h. p. Y | etsi enim] si en. N nam et. Q 195 haberet hic] hic hab. (hab.] diceret $P^{\pm}$) PSB hic Y 196 hic] *post* beatus Z *om.* NY 196-197 quia — habebit *om.* A 196 etsi — tamen] non NYQ | nunc *om.* NYQ 197 aequalem] *post* actum Q aliquem N essentialem Y | et in illo] in quo Y 198-202 ad — praesens] nec sequitur, si habitus est aeque perfectus hic et ibi, igitur et actus similiter, quia actus diligendi dependet sicut a causa partiali non solum a voluntate et caritate, sed etiam ab obiecto praesente Q 198 illud] aliud N | inquam] in quantum SB in contrarium Y | $quod^1$] quando B *om.* $P^*$ | $quod^2$] quando S 199 haberi *om.* N 200 genitive = A | causa *om.* $B^{\pm}$ | una *om.* N 201 nec etiam una] sed e. N | una ipsa] i. u. Y | tertia] secunda Z circa NY | ipsum obiectum] o. i. SZB 202 inclinationem] intellectionem ZQ intellectum N | 25 = μυ 21 NQ 22 *rell.* | II *om.* P 203 libri = A | determinatae perfectionis] d. est p. SZB secundum determinatam perfectionem Q 204 non potest *post* lege (205) PSZBQ

T [29] Cf. supra n. 2. [30] Responsio et id quod contra illam obicitur, cf. supra n. 3. [31] scil. ipsius actus diligendi. [32] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 40 (V 154). [33] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 69-80 (XIX 253-257).

de communi lege obiectum esse praesens sicut in patria, nec etiam praesentiā illius speciei; et ideo probabile est quod non possit haberi actus non solum aequalis, sed etiam nec eiusdem speciei. Nec ex hoc sequitur quod habitus non posset esse aequalis, quia habitus non est principium totum illius actus, sed partiale, et eo modo quo habitus ipse est principium, semper dat aequalem actum: semper enim – quantum est ex se – dat actui suo quod sit quoddam amare Dei in quantum est Bonum summum in se; nec habitus dat sibi quod sit Dei ut praesens vel absens, nec absolute illam perfectionem quam habet ex obiecto sic vel sic praesente.

26 Ad secundum[34] patet quod etsi latentia non sit formalis ratio in [10] obiecto fidei vel spei, tamen actus fidei est per se talis – ex specie sua – quod necessario concomitatur ipsum imperfectio ex determinatione sui habitus. Et ideo fides determinate inclinat ad actum talis speciei ad quem non potest esse determinatio in patria; caritas autem, etsi modo sit circa illud quod latet, et per consequens circa imperfectum, non tamen inclinat ad actum sic imperfectum, sed ad actum cui accidit imperfectio.

27 Ad tertium[35] potest dici quod credibilia sunt in triplici differentia:

Quaedam enim sunt quorum visio in se pertinet ad beatitudinem (sicut est visio Trinitatis), – et talia sunt scibilia, extendendo

APSZBNYQ(μυ)

205 obiectum esse] e. o. Q | nec] et N *om.* Q | nec etiam] in Y 206 illius] *post* speciei Q eiusdem PSZB 206-207 et — speciei *om.* BQ 206 non] *add.* solum (*add. ulterius* non Z) PSZ | posset PS 207 actus *ante* probabile (206) NY | non solum *om.* PSZ | aequalis] *rescr.* Z | etiam] *post* nec PSZ nemo $P^{+}$ | etiam *om.* NY | Nec] Unde Q 208 habitus] actus Q | possit ZBQ | esse] *om.* Y *add.* ita perfectus etsi habitus sit Q 209 est = PN erit *rell.* μυ | principium totum] t. p. NYQ totale p. PSZB | sed partiale] partialis Y | modo *om.* Y 210 ipse] *ante* habitus NYQ *om.* PSZB | est] *rep.* N *om.* Y | semper dat aequalem] aequaliter se habens ad Q 211 ex] de P 212 summum] *ante* Bonum N suum A *om.* PSZB | in se *om.* NYQ 213 quod] ut Z | vel absens] v. ut a. Y *om.* N | absolute illam] a. istam NY i. SZ dat sibi Q 215 secundum] tertium Y | quod = ABμυ quia *rell.* | etsi] si PS | latentia] absentia Q 216 vel spei *om.* Z 216-217 est — sua] ex specie (ex sp. *om.* μυ) e. talis per se Qμυ | ex specie sua = A ex sp. N et spei Y ex sua sp. *rell.* 217 comitatur Y | ipsum] eum SB eam Z 217-218 ex — habitus *om.* ZNYQ 218 fides] spes Y 219 speciei] spei Y | quem] quam Y | esse] *add.* inclinatio vel Z 219-220 patria; caritas autem] praesentia caritatis Y 220 modo] nunc Q | sit] *add.* determinata ad actum NYQ | illud] id Y 223 tertium] secundum Y 224 visio] sibi $P^{+}$ | in se] per se Q *om.* B | pertinet] parte (!) B 225 Trinitatis] triplicis B

T [34] Cf. supra n. 4. [35] Cf. supra n. 5.



'scire', id est visibilia, et videbuntur. Et de istis per se intelligendum est illud quod 'fidei succedit visio'[36].

Alia sunt quorum visio aliquo modo pertinet ad beatitudinem, non tamen essentialiter, – quae etiam non sunt scibilia, quia sunt quaedam facta temporalia, sicut sunt credibilia de incarnatione. Et de talibus concomitanter fidei succedit visio, non quidem rei in se, quia non videbitur in patria Christus in cruce nec in utero Virginis, sed in visione in Verbo.

Tertia sunt quae numquam scibilia sunt, quia perfecta temporalia, nec umquam pertinentia ad beatitudinem (nec principaliter nec concomitanter), cuiusmodi sunt aliqua alia vera pertinentia ad actus humanos. Et de talibus si quis viator habet fidem, concedi potest quod in illo – etiam in actu beatifico – potest manere fides.

Ad ultimum, de spe[37], patet ex dictis in corpore quaestionis[38]. 28

APSZBNYQ(μυ)

226 id est] quasi Z et Y ad N et sunt Q | et videbuntur] extendendo videre Q *om.* N | Et *om.* Y | per] et B 227 illud *om.* SZNYQ | fidei succedit visio] v. s. f. Z | succedet NYQ 228 Alia] *add.* autem B | Alia — visio *om.* Q | sunt] *add.* visibilia Z | aliquo modo] aliqualiter Y | pertinent P 229 essentialiter] aequaliter B | non² *om.* $P^{2}$Y | quia] quae Y 229-230 sunt quaedam] q. s. PSZB 231 concomitanter] communiter $P^{2}$Z concomitabitur et Y | fidei *post* visio Z | succedit] succedet (*ante* fidei NYQ) SZNYQ | non] tantum Y | rei *om.* A 232 videbitur] videtur Y videbunt Q | cruce — Virginis] utero et in c. Z | nec] et PSB | Virginis *om.* S 233 in visione = A illorum est visio Z visio *rell.* (*om.* Q) 234 Tertia] Alia (*add.* autem S) $P^{2}$SZQ | quae *om.* NQ | numquam = AP´ non Y nec umquam $P^{2}$ *rell.* μυ 234-235 scibilia — umquam *om.* SZ 234 scibilia sunt = A s. (s. *om.* $P^{*}$) sc. PY | quia] ut $P^{2}$ | perfecta] facta PBYQ 234-235 temporalia] temperantia NY 234-238 temporalia — fides] habent fide[m]. Et de talibus potest concedi manere fides, et haec beatifice Q 235 nec] non P 235-236 ad — pertinentia *om.* N 235 nec³] non Y 236 aliqua] *ante* sunt S *rescr.* $P^{2}$ | alia *om.* SZY | vere Y 237 Et *om.* NY | talibus] *add.* autem Y 238 quod] *add.* nihil $P^{+}$B *add.* vel S | in illo] *add.* in illud S | etiam *ante* in B | in actu beatifico = A b. P´B beatifice $P^{2}$SZN beatitudine Y | potest *om.* Y | fides = ABμυ 239 de spe] de se $A^{+}$ *om.* Q

T [36] Cf. supra n. 11. [37] Cf. supra n. 6. [38] Cf. supra n. 18. 23.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA SECUNDA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM DEUS DILIGAT OMNIA EX CARITATE AEQUALITER]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam secundam quaero[a] utrum Deus diligat omnia ex caritate aequaliter[1]. 1

Quod non: 2

Caritas est habitus, et per consequens formaliter perficiens potentiam, – supponit igitur eam esse imperfectam; voluntas Dei in se perfectissima est; ergo etc.[2].

Praeterea, non omnia sunt diligibilia ex caritate, quia non inanimata nec irrationalia; ergo etc. 3

Praeterea, Deus non omnes eligit, quibusdam etiam irascitur[3]; ergo non-electos et quibus irascitur, non aeque diligit ut electos. Praeterea, non omnibus dat bona aequalia, in omnibus autem impletur voluntas beneplaciti eius; ergo non omnibus vult aequaliter bona. 4

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: «Praemissis adiciendum est»[1*]. Circa istam trigesimam secundam distinctionem, in qua Magister agit de caritate qua Deus diligit creaturam, quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

4 *adnot.* Distinctio 32 A[1] *et alii*  5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSZBNY Praemissis (1*) — quaeritur (3*) Qμυ  5 ex caritate] *ante* omnia Q *post* aequaliter PSZB | aequali Y  7 est habitus] h. e. P | et per consequens *om.* SZ | formaliter] *post* potentiam (7-8) Q formalem Y | perficiens *om.* Y  8 supponit igitur] i. s. Q | perfectam Y | voluntas] *post* Dei Y *add.* autem Q | in se *om.* Y  9 est] *ante* perfectissima YQ *ante* in (8) PSZB | etc. *om.* SZQ  10 sunt diligibilia] d. s. A *rep.* B[+] | quia] quod S  11 nec — etc.] ergo a simili de diligere ex caritate (c.] aequalitate Z) (*cf.* 18) PSZ | etc. *om.* BQ  12 non] nos Y | omnes eligit] e. o. PB[1] omnia diligit B´ | quibusdam] quodam Z | etiam] autem Y sed *ante* quibusdam Q *add.* Deus N | irascitur] *add.* si ergo Deus diligit aequaliter omnia ex caritate B[2]  13 non-electos = PSB non-electis, nec eligit illos A electos *rell.* μυ | non *om.* SB | aeque *in corr.* B[1] | ut electos = A  14 in] *praem.* nec Z | autem] etiam non Q *om.* Z  15 ergo non] n. e. Z | omnibus vult] v. o. B | aequaliter bona] b. aeq. Q

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 32 q. un.  [2] id est: ergo Deus potest omnia aequaliter diligere sine caritate.  [3] Cf. Ex. 32, 11; Num.11, 1; Rom. 1, 18; Eph. 5, 6; Col. 3, 6; etc.

[1*] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 32 c. 1 n. 1 (SB V 184).

5 Ad oppositum:

Omnia intelligit aequaliter, quia per unam rationem formalem; ergo a simili de diligere ex caritate.

[I. – AD QUAESTIONEM]

6 Hic tria sunt videnda: primo, quod Deus diligit omnia; secundo, quod iste actus non est proprius alicui personae; tertio, quod est unus actus, – et in hoc dicetur quomodo est unus, et aequalis vel non aequalis, vel quomodo se habet aequaliter vel inaequaliter respectu omnium. [2]

[A. – DEUS DILIGIT OMNIA]

7 Primum probatur, quia – sicut ostensum est distinctione 2 I libri – Deus ex se naturaliter est intelligens et volens[4], et per consequens beatificabilis[5]; non autem praecedit in eo potentia actum, quia tunc esset imperfectus; ergo est actu beatus, – et nonnisi volendo et intelligendo se, quia nullum aliud obiectum potest creaturam rationalem beatificare (ex distinctione 1 quaestione 2 I libri)[6]; ergo actu intelligit et diligit se.

8 Quod etiam alia[7], probatur, quia sicut omnis intellectus potest in quodlibet intelligibile, ita omnis voluntas potest in quodlibet volibile; voluntas igitur divina potest diligere omnia diligibilia, et non[8] potentia ante actum; ergo diligit omnia diligibilia alia a se.

Obicitur contra hoc, quia si sic, simul diligeret contraria, quia utrumque habet rationem diligibilis. 9

Conclusio est de se concedenda in naturis illis quae sunt in se contraria; sed non diligit eas inesse simul eidem susceptivo, quia hoc non est diligibile. Quaedam etiam diligit voluntate, et hoc volitione efficaci, puta illa quae aliquando producit in esse; quaedam volitione quadam simplicis complacentiae, non efficaci, quae tamen numquam producet in esse, quae tamen ostenduntur ab intellectu suo ut possibilia habere tantam bonitatem sicut illa quae diligit volitione efficaci. 10

Ad illam etiam conclusionem, quae supponitur probata distinctione 2 I, scilicet quod Deus sit volens formaliter[9], ponitur una ratio, quia 'esse volentem' est perfectio simpliciter: in omnibus enim dividentibus ens, nobilius dividens est perfectio simpliciter; sed si ens dividatur per voluntarium et involuntarium, simpliciter perfectius est voluntarium; ergo est perfectio simpliciter. 11

---

APSZBNYQ(μυ)

16 Ad *om.* N 16-17 Ad — aequaliter *om.* Y 16 Ad oppositum] Contra PSBQ 17 Omnia] Opposita Q | quia] et PSZ *om.* B | formaliter NYQ 18 diligere] dilectione SZ diligentia P | ex] et A 20 tria sunt videnda] s. t. v. PSZQ s. v. t. B t. v. N | primo] primum (*add.* est Y) AY | quod] quia Q | diligit] vult $B^+$(*post* omnia) | secundo] *praem.* et Y 21 iste] ille NYQ | quod$^2$] *add.* non Z 22-23 est — aequalis *om.* $P^2$(¶ *sign.* Vacat) | est — habet *om.* NYQ 23 non] n. unus non P *add.* unus SZB 23-24 vel$^1$ — omnium *om.* $P^*$ 23 vel$^1$ = A et $P^2$SZB | vel inaequaliter] est Q 26 Primum] *spat. vac.* Y | distinctione] de $P^+$ | 2] 1 S 3 N 27 libri = A | ex se naturaliter *om.* NYQ 29 esset imperfectus] i. est Y | est] *ante* ergo N *om.* ZY | actu *om.* NYQ | et = AQμυ | nonnisi] non enim Y 29-30 volendo et intelligendo = ANY i. et v. *rell.* μυ 30 se *om.* NY | aliud] *post* obiectum Y alium (!) N | potest] *add.* etiam PSZB | creaturam *rep. post* rationalem (31) $Z^+$ 31 rationalem] *add.* vel intellectualem PSB | 1] 2 B | 1 quaestione *om.* Y | I] *ante* quaestione Z *om.* PSB | libri = A 33 etiam] autem ZY | alia] alias PBNY aliter Q | quia *om.* Y 34 quodlibet$^1$] omne PSZB | potest *om.* Q | quodlibet$^2$] omne Z

T [4] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 2 n. 74-88 (II 174-180). [5] Cf. ibid. II d. 1 n. 30-31 (VII 16-18); IV d. 49 pars 1 q. 1-2 n. [27]. [6] Cf. ibid. I d. 1 n. 15 (II 9-10). [7] id est: Quod Deus diligat etiam alia a se.



APSZBNYQ(μυ)

35 voluntas igitur] i. v. Q | diligere *post* diligibilia Q | et = A 35-36 non — diligibilia *om.* ZY 35 non] *add.* autem Q 36 ante actum] aut N *om.* Q | a *om.* A 37 Obicitur — sic] Videtur ergo hic quod Y | contra hoc] hic NQ | si sic = A sic N tunc *rell.* μυ | simul *om.* N 37-40 quia — contraria *om.* $P^*$ 38 habet] *add.* de se $P^2$SZB 39 Conclusio = A Et c. NQ Haec c. μυ Dico quod c. $P^2$ *rell.* | de se] *post* concedenda Q *om.* SZB | in] de SZB | naturis *om.* Z | illis *om.* NYQ | se$^2$ *om.* NYQ 40 contraria] *add.* dispositione $Y^+$ | eas] ea ZQ | inesse = A | simul *om.* Y | quia *rep. post* est (41) Y 41 etiam] tamen Q vero N *om.* B 41-42 voluntate — volitione] dilectione Qμυ 41 voluntate et hoc = A 41-42 volitione *rep.* S 42 illas Y | quae] quod S | aliquando producit] p. a. (a.] aliter B) PSB | quaedam *om.* Y 43 simplicis *om.* NYQ | tamen *om.* SZB 44 producet] producit Z produceret Y | quae tamen ostenduntur] o. t. Q 45 sicut] sic B 45-46 volitione] dilectione Q 47 illam = A hanc Qμυ istam *rell.* | etiam] autem Q igitur N *om.* Y | conclusionem] quaestionem S 48 2 I] 1 I Z 1 Y 2 II S | volens formaliter = A f. v. *rell.* μυ 49 simpliciter] *comp.* S 49-50 in — simpliciter *om.* Y 50 dividens] ens NQ | est *om.* B | sed = AQ enim *post* si μυ 51 voluntarium] volitivum $NY^1$Q ultimum $Y'$ | et involuntarium *om.* N | involuntarium] non voluntarium (v.] volitivum YQ) PSBYQ | simpliciter perfectius *rep. post* voluntarium (52) $S^+$ | perfectius] *add.* dividens SZB 52 est voluntarium] e. volitivum NYQ *om.* $P^*$ | est$^2$ *om.* PYQ

T [8] supple: est (cf. supra n. 7). [9] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 2 n. 74 (II 174).

[B. – HUIUSMODI AMOR NON EST PROPRIUS ALICUI PERSONAE]

12 Ex isto[10] sequitur secundum, quod nulla perfectio simpliciter est propria alicui personae[11]. [3]

13 Hoc enim probatur aliter[12], quia si[13] esset proprium alicui personae, esset proprium Spiritui Sancto, et ita vel Spiritus Sanctus non necessario procederet, vel Deus amaret necessario aliquid aliud a se. Pari ratione sequitur de Verbo, quod non dicit aliquem respectum proprium ad 'aliud a Deo'. Pro utroque enim est una ratio communis, quia respectus non potest esse necessarius extremo, quia praeexigit utrumque[14]; sed nihil aliud a Deo – in quocumque 'esse' – est ex se necessarium; ergo nullus respectus ad quodcumque 'aliud a Deo' in quocumque 'esse' potest esse in se simpliciter necessarius; ergo non potest esse intrinsecus alicui personae divinae, in quantum habet naturam divinam determinato modo habendi.

14 De Verbo etiam arguitur[15] quod si Verbum diceret proprium respectum ad creaturam ut declarativam, aut hoc esset in quantum creatura habet 'esse' in memoria paterna, et sic exprimit 'verbum' sui[16b], – et ex isto membro videtur sequi falsum multipliciter: [4]

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: aut in quantum declarat omnia et facit illa in esse intelligibili[2+].

APSZBNYQ(μυ)

54 quod] quia PYQ *add.* scilicet SZB   56 enim] autem PSB | esset *rep. post* proprium Z | alicuius NYQ   57 vel *om.* SB   58 procederet] *add.* ut amor Filii Z | necessario *om.* Y | a se] se Y *om.* Q   59 dicit *om.* S   59-60 dicit — Deo] dicat alium respectum ad ipsum quam ad Deum Q   60 proprium] *add.* necessario PSZB | ad] *om.* $S^1$N *add.* aliquid PSZB | ad Deo] extra se PSZB | enim *om.* Q   61 esse] *add.* magis YQ | necessarius] *add.* sine fundamento et $P^2$Z   62 praeexigit utrumque] u. (*add.* extremum Q) p. NYQ *add.* simul B   63-64 esse — quocumque *om.* N   63 est ex se] potest esse simpliciter Z   63-64 ex — esse$^2$ *om.* $P^*$   64 esse$^1$ *om.* NY | potest — se] est $P^2$Q | in se simpliciter] si. in se N   64-65 necessarium Y   65 non] nec Q | intrinsecus] necessarius Y | alicuius P   66 naturam divinam] d. n. Z   67 quod] SZBNQ   67-68 proprium respectum] r. p. PSZB   68 ut declarativam = Y ut declarativum μυ ut declarativa SB ut declaratam PZN | aut *om.* Q | hoc esset *rep. post* sui (70) $Z^+$   69 et = AQμυ ac PS ut Z aut BN quae ut Y | exprimitur B   70 et *om.* Z | et — sequi] sed hoc est Q | membro] verbo Y | videtur sequi] v. P´SZB sequitur $P^2$ *add.* primum N | falsum *om.* Y

4*-5* aut — intelligibili = $P^2$Z

T [10] Cf. supra n. 11.   [11] Cf. supra n. 6.   [12] scil. aliter quam in textu n. 11.   [13] subintellige: 'diligere'.   [14] id est: quia respectus seu relatio praeexigit utrumque extremum.   [15] id est: Praeter rationem communem Spiritui Sancto et Verbo, nunc expositam (n. 13), de Verbo habetur alia ratio, scilicet.   [16] Aliud 'aut', seu alius intellectus huius dicti, ponitur infra n. 15.

[2+] Cf. infra n. 15.



Primo, quia nulla creatura habet 'esse' proprie in memoria divina ut memoria est, sicut tactum est quaestione 1 II libri[17]: fit enim actu intelligibile primo per actum intelligentiae divinae.

Secundo, quia tunc[18] esset ratio movendi intellectum infinitum ad 'verbum' in quantum est eius, et ita finitum moveret intellectum infinitum, et sic vilesceret ille intellectus, – saltem si per impossibile esset unus lapis in memoria divina (sicut aliquando est unum intelligibile in memoria nostra), illud tum in memoria esset ratio exprimendi 'verbum' sui, et tunc sequeretur propositum, scilicet quod finitum esset ratio movendi intellectum infinitum[c].

Idem etiam, cum non sit formaliter infinitum in memoria nec etiam in intelligentia, non videtur probabile quomodo fundaret relationes oppositas originis.

Videtur etiam sequi quod essent tot 'verba' quot essent intelligibilia in memoria paterna, – et[19] simpliciter distincta, quia si ipsa essent in memoria et si sic exprimerent, non exprimerent nisi ut quodlibet est sic intelligibile.

---

[c] *Sequitur textus interpolatus*: esset ratio producendi notitiam infinitam; hoc videtur falsum.

APSZBNYQ(μυ)

71 esse *om.* $P^*$   71-72 divina] paterna Z *om.* Q   72 est$^1$ *om.* S | tactum] dictum Z | quaestione] distinctione SZ | libri = A   73 primo *ante* actu Q | per actum] in actu NY | divinae] *add.* et in illo est primo Q   74 intellectum] *add.* divinum P   75 verbum] *add.* producendum B *add.* exprimendum Q | eius] ens S | moveret] *add.* divinum NY | intellectum] integrum (!) Y *om.* Z   76 et — impossibile *rep post* infinitum (80) $A^+$(¶ *sign.* Vacat | sic] ita Q *om.* SZNY | ille intellectus] int. eius Z   77 in memoria divina] *ante* esset μυ in m. *ante* esset NYQ in m. *rep. ante* unus A   77-78 memoria — intelligibile *rep.* $S^+$ | aliquando — intelligibile] est a. unum i. *post* nostra (78) Q   77 est unum] s (*om.* $S^1$) u. e. *in textu rep.* S | unum] *rep. post* intelligibile (77-78) A *om.* Y   78 illud *om.* Q | tum in = A cum essentia Qμυ cum *rell.*   79 sui *om.* Q | scilicet *om.* Q   80 esset ratio] r. e. Y | movendi — infinitum] intelligendi intellectui infinito Q   81-82 Idem — intelligentia *rep. post* falsum (7*) B   81 Idem] Illud (*utrobique* B) PZBNYQ | cum non sit] quod n. est Q | non] *add.* fundatur $P^+$ | nec *rep. ante* in Q   82 etiam *om.* NYQ | in *om.* PSZY | videtur] *add.* etiam $P^2$SZB | probabile] *om.* P *add.* etiam A   83 oppositas originis] or. op. PSBQ   84 Videtur] Et (*om.* SB) videretur SZBQ   84-85 essent intelligibilia] i. e. Q   85 in memoria *rescr.* N | paterna] aeterna Y   86 si *om.* Q | exprimerentur … exprimerentur Q | non exprimerent *om.* N   87 quidlibet Z | est] et Q

6*-7* esset — falsum = *codd.* μυ[*post* intelligentia (82) SB *rep. post* intelligentia (82) $P^2$]   6* esset] *add.* principium vel $P^2$ | infinitam] *add. ac rep.* Non videtur etiam probabile etc. (*cf.* 82), ratio producendi eam (e. *om.* $B^1$) notitiam infinitam B | hoc] quod Qμυ   6*-7* hoc videtur falsum *om.* $P^2$S

T [17] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 1 n. 32 (VII 18).   [18] supple: creatura.   [19] supple: essent.

15 Quod si detur alius intellectus prius dicti[20], scilicet quod Verbum declarat alia in quantum alia habent rationem termini, respectu actus declarationis, in quodam esse intelligibili, – istud non est proprium Verbo, quia tota Trinitas producit ea in esse intelligibili, sicut dictum est in quaestione 1 II[21]: quaelibet enim persona sibi meminit quidlibet.

16 Qualiter autem Pater concedatur dicere Verbo proprie, expositum est distinctione 32 I libri[22], quia 'dicere' ibi importat duplicem respectum: unum realem originis, qui est expressi ad exprimentem, et alium rationis, qui est declarati ad declarantem, ut[23] sit illud quo vocetur et 'expressum' a dicente eo et 'declarans' dictum per ipsum. Iste autem respectus qui est 'declarare', tantum appropriatus est Verbo, quia procedit per modum notitiae genitae, et ita declarativae. Est autem communis tribus, accipiendo 'declarare' formaliter; sed quasi accipiendo principiative, potest esse proprius Patri, quia Pater principiative declarat, in quantum exprimit notitiam genitam.

17 Et iste duplex modus accipiendi hoc quod est 'declarare', scilicet formaliter et principiative, apparet in aliis relativis, sicut in eo quod

---

APSZBNYQ(μυ)

88 detur] tenetur N | prius dicti] praedicti Q p. dictus A 89 in quantum] tamquam SZ | alia *om.* SZB | habent] habeant SZ habet B | termini] nisi S | respectu *om.* Q 90 esse *om.* Y | istud] illud Z 90-91 istud — intelligibili] tunc non erit proprium Verbi, quia *post* II (92) Q 91 Verbi NY 92 in *om.* SZBQ | quaestione 1] 1 q. Q q. 2 N | II] *add.* libri PSZB | enim] etiam A *om.* Q | sibi meminit] m. s. Z 93 quidlibet] quodlibet PSBN cuiuslibet Q 94 Pater] Patrem $P^2$ Patri Z | concedatur] conceditur *ante* Pater PSBQ conceditur *post* Verbo N conveniat Z | dicere Verbo] V. (vero $P^2$) d. PN 94-95 expositum] dictum Q 95 est *om.* $P^*$ | distinctione] de $P^*$ | 32 = AYμυ 31 SZNQ 22 P´ 12 $P^2$ 21 B | libri = ANY | quia] et Y | ibi *om.* P 96 unum realem] unam relationem PSB | qui] quae PSB | exprimentem] *comp.* P 97 et *om.* Q | aliam PSB | qui] quae PSB | declarati] declarantis SB declarativi Y | declarantem] declaratum B | ut sit] et sic per N ut si Q | quo] quod Q 98 vocetur] notatur P´notetur $P^2$ | expressum] *add.* est SB | eo] ipsum Q | et$^2$] quod N 99 Iste autem] Ille a. Y Et iste Q | appropriatus est] e. a. BQ 100 modum] verbum Z 100-101 declarativae] declaratione Y declarare NQ 101 autem] actus NQ | accipiendo] *praem.* non A 101-102 declarare — accipiendo *om.* $P^2$ 102 sed] licet B | quasi] illud q. *post* accipiendo PSZB *om.* NQ | principiative] privative PQ | esse] *add.* respectus PSZB 102-103 quia Pater *om.* Y 103 principiative] privative PQ 104 Et iste] Et ille Y Qui Q | hoc quod est *om.* Q 105 principiative] privative PQ | apparet] patet Q 105-106 eo quod est *om.* Q

T [20] Cf. supra n. 14 (»si Verbum… declarativam»). [21] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 1 n. 32-33 (VII 18-20). [22] Cf. ibid. I d. 32 n. 24-25 (VI 231-233). [23] supple: Verbum.



est 'assimilare' et 'adaequare'[24]: forma enim qua aliquid est simile, formaliter assimilat ipsum alteri, – sed agens dans formam illam, effective assimilat.

Eodem modo potest concedi quod Pater diligit Spiritu Sancto, sicut expositum est distinctione 32 I libri[25]; et hoc est appropriatum Spiritui Sancto, non proprium. Et connotatur ibi duplex relatio, scilicet: una realis, scilicet spiratio, et quaedam alia rationis in spirato ad amatum ipso, – qui respectus rationis est appropriatus Spiritui Sancto, vere tamen convenit tribus[26]. 18

[C. – QUOMODO IN UNO ACTU DILECTIONIS DEI SIT AEQUALITAS ET INAEQUALITAS]

[5] Tertium[27] apparet, quia una est potentia[28] et unum obiectum primum, et habet unum actum infinitum adaequatum sibi. Nec oportet istum unum actum esse omnium, quasi omnia requirantur ad perfectionem huius actus, sed solummodo ex perfectione huius actus consequitur hoc quod perfecte tendit in primum terminum; tendit etiam in omnia circa quae primus terminus est totalis ratio agendi. Tam autem intellectui divino quam voluntati sola essentia 19

---

APSZBNYQ(μυ)

106 enim] autem APSZB naturae Y | est$^2$ *om.* $P^+$Y 107 assimilat ipsum] a. eum Z assimilatum S | alteri] aliter $P^*$ | sed] hic S | dans] datam S | illam] *ante* formam PB istam Y 107-108 effective assimilat] a. e. Y a. e. vel privative Q e. assimilatum a. PSB 109 quod] quia P | Spiritum Sanctum N 110 sicut] sic N modo quo Q *om.* Y | 32] 33 N 22 Y | libri *om.* ZQ | appropriatum] approximatum Y 111 connotatur ibi = B notatur i. μυ quod notatur i. est Q quod i. notatur est Y notatur i. *rell.* 112 una realis, scilicet *om.* ANYQ | quaedam *om.* $P^2$SZBQ | in spirato] inspiratio NYQ ut spiratio $P^*$ 113 amatum] *spat. vac.* Y | ipso] *ante* spirato (112) B *om.* $P^2$ 114 vere] dictae (!) Y | convenit] communis (*add.* est Q) NYQ | tribus] duobus Y 117 Tertium] Secundum Y | apparet] patet Q | quia] quod BY | una] *post* est N unum B | obiectum] subiectum P *add.* omnibus Y 119 quasi] quia S quae Y | requiruntur Y 120 solummodo] solum ZQ | perfectione] parte Z | huiusmodi BQ 121 sequitur Q | hoc *om.* NQ | quod] quia BN *add.* enim $P^2$ | terminum *om.* B 122 tendit — omnia *rep.* $P^+$ | tendit etiam] quod perfecte tendat Q | etiam *om.* Y | circa quae] certa qui Y | est *rep.* *aute* terminus $P^+$ 122-123 totalis ratio agendi] formalis ratio agendi vel t. r. a. (v. — a. *om.* $P^*$) PSZB 123 voluntati] *add.* divinae B | sola] sub (!) Y | essentia] autem e. divina Q

T [24] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 31 n. 23-29 (VI 214-217). [25] Cf. ibid. d. 32 n. 32-33 (VI 237-238). [26] Cf. ibid. n. 33 (VI 237-238). [27] Cf. supra n. 6. [28] scil. voluntas qua Deus diligit.

potest esse prima ratio agendi, quia si aliquid aliud posset esse prima ratio, vilesceret illa potentia.

20 Ex hoc patet quod non est inaequalitas Dei in diligendo omnia, [6]
comparando actum ad agens.

21 Sed comparando actum ad connotata sive ad ea super quae transit, est inaequalitas, non tantum quia illa volita sunt inaequalia vel inaequalia bona sunt eis volita, sed etiam quia[29] secundum ordinem quemdam transit super ea: nam omnis rationabiliter volens, primo vult finem, et secundo immediate illud quod attingit finem, et tertio alia quae sunt remotius ordinata ad attingendum finem. Sic etiam Deus rationabilissime, licet non diversis actibus, unico tamen actu, in quantum ille[30] diversimode tendit super obiecta ordinata, primo vult finem, et in hoc est actus suus perfectus et intellectus eius perfectus et voluntas eius beata; secundo vult illa quae immediate ordinantur in ipsum, praedestinando scilicet electos, qui scilicet immediate attingunt eum, et hoc quasi reflectendo, volendo alios condiligere idem obiectum secum (sicut prius dictum fuit de caritate, distinctione 28 huius III[31]): qui enim primo se amat ordinate (et per consequens non inordinate, zelando vel invidendo), secundo vult

APSZBNYQ(μυ)

124 prima ratio] r. p. NY | agendi] essendi Z   124-125 quia — ratio *om.* Q   124 posset] potest SB   125 ratio] *add.* agendi ZNY | illa] ista N   126 quod] quomodo Q | non] ratio (!) Y *om.* SQ | est *om.* Q | aequalitas S$^{1}$NYQ | Dei] in Deo Q   127 comparando] *praem.* in ZN   129 non — inaequalia *om.* B | illa] ista Z *om.* Q | inaequalia vel] aequalia v. SZ$^{2}$NY *om.* Z´   130 sunt eis] sicut ei S | etiam *om.* Y | quia *om.* Z   131 quemdam] *ante* ordinem (130) PQ *om.* Y | ea] illa Q ista omnia N omnia Y | rationaliter N   131-132 primo vult] v. p. Q   132 immediate] *post* quod Q *add.* vult PSZB | quod] quo SB in quo Z | attingit] *praem.* immediatius PSZB | et] *add.* in Y   132-133 et$^{2}$ — finem *om.* S   133 remotius] *ante* sunt Q *om.* Z | Sic etiam = A Sicut N Cum igitur Qμυ Sic *rell.*   134 rationabilissime] *add.* velit Qμυ vult omnia PSZB | non] in P *add.* in Y | unico tamen actu] uno t. a. Y sed tantum uno Q   135 in quantum *om.* N | ille] iste Y illo Q *om.* Z | super obiecta ordinata] in obiecta ordinata vel s. ob. or. A   136 in *om.* Z | suus] eius (*ante* actus PSB) PSZB huiusmodi Y   136-137 et$^{2}$ — perfectus *om.* NYQ   136 eius] *add.* est B   137 eius] sua Y *add.* est B | beata] vera P$^{*}$ | secundo = ZQμυ secundario *rell.* | quae immediate] q. immediatius (*rep. ante* secundo Z$^{+}$) PSZB   138 in ipsum] *ante* ordinantur (137-138) B *om.* S   138-139 praedestinando — eum *om.* N   138 scilicet$^{1}$ *om.* Q   139 attingant SBY | eum *om.* YQ   139-140 diligere SZ   140 idem] illud Y | prius dictum fuit] p. f. d. N d. f. p. PSB   141 III *om.* Q | qui = PSμυ quia ZQ quare AN or$^{i}$ B quaestione Y | enim] autem SB 2 Y | primo se amat] a. se p. Q | se] *ante* primo SBY *post* amat N | amavit PSZB   141-142 et per consequens *rep. post* inordinate (142) N$^{+}$   142 invidendo] *add.* illo Q

T [29] supple: actus dilectionis.   [30] scil. actus.   [31] Cf. supra d. 28 n. 14-15.



alios habere condiligentes, et hoc est velle alios habere amorem suum in se, – et hoc est praedestinare eos, si velit eos habere huiusmodi bonum finaliter et aeternaliter; tertio autem vult illa quae sunt necessaria ad attingendum hunc finem, scilicet bona gratiae; quarto vult – propter ista – alia quae sunt remotiora, puta hunc mundum sensibilem pro aliis ut serviant eis, ut sic verum sit illud II *Physicorum* «homo quodammodo est finis omnium», sensibilium quidem, quia propter ipsum volitum a Deo quasi in secundo signo naturae, sunt omnia sensibilia volita quasi in quarto signo; illud etiam quod est propinquius fini ultimo, consuevit dici finis eorum quae sunt remotiora[32]. Sive ergo quia in ordine ad hominem praedestinatum vult Deus mundum sensibilem esse, sive quia quodammodo immediatius vult hominem amare se quam mundum sensibilem esse, homo erit finis mundi sensibilis.

Et ita patet inaequalitas volibilium – quantum ad ipsa volita – 22
non ut volitio est ipsius volentis, sed ut transit super obiecta modo praedicto. Nec tamen ista inaequalitas in actu est propter bonitatem praesuppositam in obiectis quibuscumque aliis a se[33], quae sit quasi ratio quare sit sic vel sic volenda, sed ratio est in ipsa voluntate divina sola: quia enim ipsa acceptat aliqua in tali gradu, ideo ipsa sunt

APSZBNYQ(μυ)

143 habere] *ante* alios$^{1}$ Q *add.* secum PSZB | est *om.* N | alios$^{2}$] *add.* etiam PSZB   144-145 eos habere huiusmodi = A eis (*add.* et Z$^{+}$) hoc *rell.* μυ   145 finaliter] formaliter B | et aeternaliter *om.* Q | autem *om.* Q   146 attingendum] accipiendum N *add.* ad Y | hunc finem] f. h. Z   147 ista = AP istos *rell.* illos μυ   148 mundum sensibilem] s. m. Y | pro aliis *om.* Q | serviat BY | sic *om.* SZB | II] I A   149 homo] hoc SN non P$^{*}$ | quodammodo est] e. q. Y   149-150 sensibilium quidem = A s. scilicet Qμυ omnium q. s. *rell.*   150 signo] instanti B   151 sunt] sicut S | illud] igitur Q   152 etiam] esset Z   153 Sive ergo quia] Quia e. sive B | quia] quis P$^{+}$   154 vult — sensibilem] Deus v. mundum s. *ante* in (153) Q | esse = AZ(*om.* Z$^{1}$) | sive *om.* Y   154-155 quodammodo *om.* N   155 immediatius vult] v. i. Q   156 erit] est P | finis] *post* sensibilis Z servus Y   157 Et ita patet] Patet igitur Q | volibilium] nobilium N sensibilium Y   159 Nec] Non P | in actu *om.* NYQ   160 quibuscumque] cuiuscumque Q$^{+}$ | quasi *rep.* P$^{+}$   161 ratio *om.* N | quare] quasi Y | quare sint *om.* Q | volenda] volita B volendi Q | ipsa] potentia B *om.* Y   161-162 voluntate divina sola = A v. d. NYQμυ s. v. d. *rell.*   162 enim] ut NY sicut Q | accepta A | aliqua] alia Q *om.* Y   162-163 ideo — gradu *om.* AS   162 ideo *om.* PNQ | ipsa] ita Q

F *148-149* ARISTOT., *Physica* II t. 24 (B c. 2, 194*a* 34-35): «Utimur tamquam propter nos omnibus quae sunt: sumus enim quodammodo et nos finis»; *Auctoritates Aristotelis* 2, 63 (PhM XVII 145): «Nos sumus quodammodo finis omnium».   *152* THOMAS, *Sent.* II d. 1 q. 2 a. 3 in corp. (ed. Parmen. VI 398*ab*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* II d. 1 princ. 5 q. 3 in corp. (II f. 8*vab*).

T [32] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 41 n. 41 (VI 332-333).   [33] scil. aliis a Deo.

bona in tali gradu, non e converso. Vel si detur quod in eis – ut ostensa sunt ab intellectu – sit aliquis gradus bonitatis essentialis, secundum quem rationabiliter debent ordinate complacere voluntati, saltem hoc certum est quod beneplacentia eorum, quantum ad actualem exsistentiam, mere est ex voluntate divina, absque aliqua ratione determinante ex parte eorum.

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA UTRIUSQUE PARTIS]

23 Ad primum argumentum[34] dico quod habitus habet aliquid perfectionis, et quoad hoc ponitur in Deo; quoad hoc autem quod requirit imperfectionem, quia[35] potentiam perfectibilem per actum, non est ibi[36]: est enim per identitatem idem quod potentia, idem quod actus, cum quidlibet[37] ex se formaliter sit infinitum.

24 Ad secundum[38] dico quod si proprie inanimata non sunt diligibilia ex caritate, quia caritas est amicitia, et ad ista non est amicitia proprie habenda, tamen possum ex caritate ad ista habere aliquod 'velle' quale habendum est ad ea ex caritate: possum enim ex caritate velle arborem esse et arborem mihi servire ad talem actum, in quantum talis actus iuvat me ad diligendum Deum in se. Et hoc mo-

APSZBNYQ(μυ)

163 non] *praem.* et PSZBQ | detur] tenetur Z | in$^{2}$ *om.* A 164 sunt *om.* Y | sit] ostenditur NYQ | gradus bonitatis] b. (bonitas $S^{+}$) gr. PS 165 quem] quam ZQ | rationabiliter] *post* debent PB rationaliter N | debent] debet Q deberet ZN | ordinate *om.* Q 166 saltem hoc] h. s. Q | certum] verum SZB | quod] quia ZN | beneplacentia] beneplacita $P^{*}$SB complacentia Q 167 actualem exsistentiam] e. a. Y | mere est] e. m. Q | ex] a PSZB | aliqua] *rescr.* $P^{2}$ alia NY 168 determinate NY 170 argumentum] principale B *om.* Q | quod] *add.* licet B | habeat B 170-171 perfectionis] *comp.* $N^{+}$ 171 quoad$^{1}$] quantum ad B | ponitur] *add.* habitus N | quoad hoc$^{2}$] quae ad S quod Q | autem *om.* Z | quod *om.* Q 171-172 requirit = AQμυ r. aliquam *rell.* 172 quia] scilicet PSZB 172-174 quia — actus] in perfectibili, hoc est per accidens; unde in Deo est per identitatem cum potentia Q 172 actum] accidens NY *add.* eius SZB 173 idem$^{1}$] illud PBNY *om.* SZ | quod] *add.* est PSZBN | idem$^{2}$] illud $P^{+}$SZB 174 quod] *add.* est PSZB | quidlibet] quodlibet NYQ utrumque SZB | ex se formaliter sit = A sit NYQμυ sit ex se f. *rell.* | ex se formaliter *rep. post* sunt (175) $Z^{+}$ 175 si] etsi SN licet Q | proprie — sunt] inanimata non sint p. Q | sunt] sint Z 176 quia caritas] q. N qua YQ | est] *add.* ex N | et ad ista] ad i. autem P | ista] illa Y ipsa Q 177 possum] *post* caritate PSZB potest *ante* tamen Q | ad ista] *post* velle (178) PZB ad ipsa Q | haberi *ante* ex Q 178 velle] *add.* scilicet Q | ex caritate] *ante* ad B *om.* Q 178-179 possum — caritate *om.* $P^{\pm}$N 178 enim] autem S 179 velle] *add.* me diligere Z | arborem$^{2}$] velle eam PSZB 180 talis actus] a. t. ulterius B *add.* ulterius PSZN | me *om.* P 180-181 modo *om.* NYQ

T [34] Cf. supra n. 2. [35] supple: requirit seu supponit. [36] scil. in Deo. [37] scil. quidlibet quod est in Deo. [38] Cf. supra n. 3.



do potest concedi quod Deus ex caritate diligit omnia, non volitione amicitiae, sed volitione tali qualis est habenda respectu eorum.

Tertium[39] concludit inaequalitatem quantum ad bona volita ipsis dilectis, nam non-praedestinatis non vult tanta bona quanta vult praedestinatis, nec illis quibus dicitur irasci pro tunc pro quando dicitur irasci non vult tantum bonum quantum quibus non dicitur irasci. Et ista inaequalitas dilectionis, hoc est effectus dilectionis, concedenda est non solum quantum ad gradus naturae, sed etiam in individuis eiusdem speciei; nec huius est ratio natura in isto et in illo, sed sola voluntas divina[40]. 25

Argumentum ad oppositum, de 'intelligere'[41], non concludit aequalitatem nisi ut actus est operantis, non ut transit super obiecta. 26

APSZBNYQ(μυ)

181 potest] *praem.* pie NQ *add.* pie Y | ex caritate *post* omnia PSZB 182 volitione tali = A t. v. *rell.* t. μυ | habita Y | eorum *rep. ante* habenda N 183 Tertium] Ad t. dico B *add.* argumentum PSZ | includit YQ | ad] *add.* ipsa PSZB | ipsis] *add.* electis Y 184 nam — vult] non enim v. non-praedestinatis Q 184-185 non — praedestinatis *om.* N 184 vult$^{2}$ *om.* YQ 185 dicitur] vult Z 185-187 pro — irasci] vult tantum bonum pro tunc pro quando dicitur i. Q 185-186 pro$^{1}$ — non$^{1}$ *om.* BN 186-187 vult — irasci *rep.* $B^{+}$ 186 quantum = A q. aliis NY q. vult aliis (*utrobique* B) *rell.* μυ | non$^{2}$ *om.* $S^{\pm}$ 187 ista] ita SNYQ | hoc] id PS | hoc — dilectionis$^{2}$ *om.* ZB | hoc est] quia in istis Q | effectus] defectus YQ *om.* N 187-188 concedendus est Q 188 est] *add.* nobis N | naturae] specificos Q *om.* N | etiam *om.* Z | in *om.* $P^{*}$B 189 est] *post* ratio PSB *post* natura Z | ratio *ante* huius Q | natura] vera S non N | in$^{2}$ *om.* Z 190 sola] solum Q *om.* A | divina] deminuta $P^{+}$ 191 ad = AN in *rell.* μυ | oppositum] propositum N | de intelligere *om.* Q 191-192 inaequalitatem ZQ 192 ut$^{1}$] *add.* ea $B^{+}$ | actus] *add.* eius P | non] *praem.* et PSB *add.* autem Q | ut$^{2}$] *add.* actus PSB

T [39] Cf. supra n. 4. [40] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 41 n. 53 (VI 337). [41] Cf. supra n. 5.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA TERTIA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM VIRTUTES MORALES SINT IN VOLUNTATE SICUT IN SUBIECTO]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam tertiam quaero[a] utrum virtutes morales sint in voluntate sicut in subiecto[1]. 1

Quod non: 2

I *Ethicorum* dicit Philosophus quod sunt in parte irrationali animae[2], Commentator autem exponit quod sunt in eo quod est medium inter[3] plantativam et rationalem; talis non est voluntas, sed appetitus sensitivus.

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: «Post praedicta, de quattuor virtutibus»[1+]. Circa istam trigesimam tertiam distinctionem, in qua Magister agit de virtutibus moralibus vel cardinalibus, quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

5 *adnot.* Distinctiones 32 et 33 A[1] Distinctio 33 (*litteris capitalibus* A[1]) A[1] *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSZBNY Post (1*) — quaeritur (3*) Qμυ 5 trigesimam tertiam] trigesimam secundam et distinctionem tr. ter. A 6 subiecto] voluntate S[+] 8 Ethicorum] *add.* cap. 18 et 19 P[2]Z | Philosophus *ante* I Q | irrationali] ut (*om.* A) rationali AY 9 Commentator autem exponit = A Et C. e. Qμυ C. e. NY Et e. C. *rell.* | sunt in] in NYQ summum A 9-10 eo — medium] ea quae est media Q 10 media Y | plantam Z 11 sensitivus] *add.* ergo etc. PSZB

F *8* ARISTOT., *Eth. Nic.* I c. 19 (AL XXVI[3] 162; A c. 13, 1103*a* 3-5): «Determinatur autem virtus secundum differentiam hanc [scil. inter rationale et irrationale]: dicimus enim harum has quidem intellectuales, has autem morales». *9* EUSTRATIUS, *In Eth. ad Nic.* I c. 18-19 (CLCAG VI[1] 191-192): «Quia in homine animale et appetitivum, quod et sensitivum et phantasticum est, medium ordinatur plantativi et rationalis..., videtur utrimque inclinativum aliquid esse medium et extremis ambobus appropriatum... Quae enim... prudentia, praecipere apta nata est animali et appetitivo et sensitivo animae... Dividitur igitur, ait, et virtus secundum harum duarum differentiam, velut sint hae quidem intellectivae quaecumque sunt rationis secundum se ipsam..., hae autem morales, puta liberalitas, sobrietas et quaecumque aliae diriguntur a ratione motus et appetitus mediae vitae... ducente et formante».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 33 q. un. [2] Partem tamen irrationalem in plantativam et concupiscibilem (seu appetibilem) distinguit ARISTOT., *Eth. Nic.* I c. 18 (AL XXVI[3] 161-162; A c. 13, 1102*b* 28-31): «Videtur utique et irrationale duplex: plantativum quidem enim nequaquam communicat ratione; concupiscibile vero, et universaliter appetibile, participat aliqualiter». [3] subintellige: partem.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 33 c. 1 n. 1 (SB V 187).

3 Praeterea, III *Ethicorum* ponit Philosophus fortitudinem et temperantiam in appetitu sensitivo[4].

4 Praeterea, VI *Ethicorum* 7 commento (quaere): 'Prudentia est' etc.

5 Praeterea, I *Politicae* cap 3: 'Ratio dominatur appetitui inferiori principatu despotico, sed appetitui superiori principatu politico, id est civili, ita quod appetitus potest contra moveri'; ergo ad hoc quod[5] delectabiliter moveatur a ratione recta in illo[6], erit necessarium ponere ibi aliquas virtutes.

6 Praeterea, fortitudo et temperantia dicuntur esse in irascibili et concupiscibili; haec non distinguuntur in voluntate, sed tantum in appetitu sensitivo, quia condiciones in obiecto quas respiciunt – scilicet bonum arduum et delectabile[7] – non semper variant per se obiectum voluntatis, sed tantum bonum sensibile quod obicitur appetitui sensitivo.

APSZBNYQ(μυ)

12 Praeterea] Et iterum B | Ethicorum] *add.* cap. 13 Z | fortitudinem] virtutem A 12-13 et temperantiam] *om.* Q *add.* in parte sensitiva, ut SZ 13 sensitivo] *ante* appetitu B tali; ergo SZ 14 Praeterea] Item, Commentator B | VI] VII B VIII N | Ethicorum *om.* Z | 7] *post* commento NQ *om.* BY | Commentator Z | quaere] *post* etc. N q. ibi *post* etc. Q Si Y 15 Praeterea] Item B | Politicorum N | cap. 3] 3 Y *om.* N | inferiori] superiori B$^{1}$ 16 principatu$^{1}$ *om.* S | despotico] *ante* principatu$^{1}$ B *rescr.* P$^{2}$ | despotico — principatu$^{2}$ *om.* ZNYQ | superiori] inferiori B 16-17 id est civili *om.* Z 17 appetitus] *add.* ille Q 18 quod] ut ZNYQ | moveatur] *comp.* SZB | recta in illo *om.* Z | in illo] *post* ponere 19) Q in nullo APSB$^{+}$ | erit = A est (*post* necessarium, 18-19 N) *rell.* μυ 19 ibi *om.* NYQ | aliquas virtutes] tales habitus Q *om.* N 20 dicuntur] dicantur Z d. vel debent A debent P 20-21 irascibili et concupiscibili] c. et i. A 21 haec] *add.* autem Q | voluntate] voce A | tantum *om.* A 22-25 quia — sensitivo *om.* N 22 in obiecto *om.* YQ 23 arduum et delectabile] a. et bonum d. ZQ et a. A | semper variant per se = AP p. se v. *rell.* μυ

F *12* ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 12 (AL XXVI$^{3}$ 196; Γ c. 13, 1117*b* 23-49): «Post haec [quae de fortitudine dicta sunt, nunc] de temperantia dicamus. Videntur enim irrationabilium partium hae esse virtutes». *14* EUSTRATIUS, *In Eth. ad Nic.* VI c. 6 (cod. Vat. lat. 2171, f. 110*rb*-110*va*): «Quid quidem est prudentia et quid differt ab arte et scientia, dixit [Aristoteles] sufficienter. Differentibus autem particulis vel potentiis exsistentibus animae, tradit hic et quali harum prudentia subsistit. Dividit utique rationem animae in duo: intellectivum et opinativum... Ostenditur igitur in opinativa parte animae prudentia fieri». *15* ARISTOT., *Politica* I c. 5 (AL XXIX$^{1}$ 9; A c. 5, 1254*b* 4-9): «Anima quidem corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui [dominatur principatu] politico et regali. In quibus manifestum est iam, secundum naturam et expediens corpori regi ab anima et passionum parti ab intellectu et parte rationem habente; ex aequali autem aut e contrario nocivum omnibus».

T [4] Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* III c. 19 (XLVII$^{1}$ 180*a*): «Istae duae virtutes [scil. fortitudo et temperantia] conveniunt in subiecto: utraque enim est irrationalium partium, prout scilicet irrationalis pars animae dicitur quae nata est et contraire et obedire rationi... Huiusmodi autem est appetitus sensitivus». [5] supple: appetitus. [6] supple: principatu. [7] Cf. supra d. 26 n. 28.



[2] Contra: 7

«Virtus est habitus electivus» ex definitone sua, ex II *Ethicorum*, – electio autem est actus vel voluntatis vel rationis, secundum Philosophum VI *Ethicorum*: «est enim vel appetitus consiliativus vel» etc.; haec pertinent ad voluntatem, quae operatur praesupposita cognitione rationis. Habitus est illius potentiae cuius est per se illa operatio; ergo habitus moralis est per se ipsius voluntatis.

Praeterea, virtus habet pro per se obiecto bonum honestum; illud est per se obiectum voluntatis. 8

Praeterea, virtus est principium actus laudabilis, ex II *Ethicorum*; sed nulli debetur laus nisi quia voluntarie agit; ergo eius est virtus – per quam laudabiliter agit – cuius est per se libere agere: illud est voluntas. 9

[I. – AD QUAESTIONEM

A. – OPINIO THOMAE]

[3] Hic dicitur[8] quod Philosophus sensit partem negativam, 10
vel alias insufficienter locutus fuit de virtutibus moralibus: ubicum-

APSZBNYQ(μυ)

26 Contra] Ad oppositum B 27 electus B | sua] *ante* definitione B eius Z | ex$^{2}$] in NY *om.* ZBQ | Ethicorum] *add.* cap. 4 Z *add.* cap. 5 B 28 actus *om.* Y | vel$^{1}$] rei P *om.* Q | voluntatis vel rationis] r. vel v. N 28-29 secundum Philosophum *om.* NYQ 29 vel$^{1}$ *om.* S$^{+}$Q | appetitus] habitus NY | consiliativus] considerativus Y 29-30 vel etc. *om.* ANYQ 30 haec] *add.* autem Q | pertinet ANYQ | quae operatur *om.* S 31 Habitus] *praem.* Sed B *add.* autem Q | per se *rep.* *ante* illius Z | illa = A talis Qμυ istius N illius *rell.* 32 habitus moralis] m. h. Z | ipsius *om.* Q 33 Praeterea] Secundo sic B 33-34 Praeterea — voluntatis *om.* N 33 virtus] *add.* est quae Y | pro *om.* YQ | per se *om.* Z | obiecto] obiectum Y obiecta Q 33-34 illud] *praem.* sed B *add.* autem Q 35 Praeterea] Tertio sic B | ex *om.* Q 35-37 ex — laudabiliter *om.* Z 35 sed = A 36 nulli] *add.* autem BQμυ | nisi *in corr.* P$^{1}$ | quia *om.* Q | agenti Q 36-37 ergo — agit *om.* N 36 eius est] est eius Y 37 libere agere] a. l. NY | illud] cuius Y *add.* autem P$^{+}$ | voluntas] voluntatis B *add.* ergo etc. PSZB 40 negativam] sensitivam (!) N 41 vel – moralibus] quia Q | insufficienter] etiam sufficienter Y | fuit] est PSZB

F *27* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 171; B c. 6, 1106*b* 36-1107*a* 1): «Est ergo virtus habitus electivus, in medietate exsistens». *28-29* Ibid. VI c. 3 (AL XXVI$^{3}$ 254; Z c. 2, 1139*a* 22-23): «Moralis virtus [est] habitus electivus, electio autem appetitus consiliativus»; ibid. (p. 255; 1139*b* 4-5): «Propter quod vel appetitivus intellectus [est] electio, vel appetitus intellectivus». *35* Ibid. II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 169; B c. 5, 1106*a* 15-17): «Omnis virtus, cuius utique fuerit virtus, et id bene habens perficit et opus eius bene reddit»; *Auctoritates Aristotelis* 12, 37 (PhM XVII 235): «Virtus est habitus, quia habentem se perficit et opus eius laudabile reddit». *40-44* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 56 a. 5 arg. in opp. (VI 360*a*): « Morales autem virtutes omnes sunt in parte appetitiva..., sicut patet in VI

T [8] Thomae opinionem sic enuntiat HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp.

que enim de eis loquitur, videtur concedere quod sint in parte sensitiva, – nusquam autem quod sint in intellectiva, nisi de iustitia V *Ethicorum*.

11 Ad hoc ponuntur rationes:

P r i m a talis: voluntas est ex se determinata ad bonum simpliciter, quia vel illud est proprium obiectum eius, quod distinguitur contra bonum 'ut nunc' (quod est obiectum appetitus sensitivi), –

APSZBNYQ(μυ)

42 enim de eis] de virtutibus moralibus Q | sint] sunt AY 42-43 sensitiva] intellectiva P$^+$ 43 numquam PSB | autem] *add.* videtur dicere PSZB | sint] sunt A | in] *add.* parte PSZB | de iustitia *post* Ethicorum (44) Q | V] IV Y IX Q 46 talis] est haec Q *add.* est BNY | ex] per PSZB | terminata Q 47 proprium] primum B | eius *om.* Q | distinguitur] distinguuntur P$^+$ dicatur Z

*Ethicorum* [ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 3 (AL XXVI$^3$ 254; Z c. 2, 1139*a* 22-26)]»; a. 4 ad 3 (VI 359*b*): «Alia ratione regitur corpus ab anima, et iracibilis et concupiscibilis a ratione. Corpus enim ad nutum obedit animae absque contradictione, in his in quibus natum est ab anima moveri; unde Philosophus dicit in I *Politicorum* [cf. supra n. 5] quod 'anima regit corpus despotico principatu', id est sicut dominus servum; et ideo totus motus corporis refertur ad animam; et propter hoc in corpore non est virtus, sed solum in anima. Sed irascibilis et concupiscibilis non ad nutum obediunt rationi, sed habent proprios motus suos, quibus interdum rationi repugnant: unde in eodem libro Philosophus [cf. supra n. 5] dicit quod ratio regit irascibilem et concupiscibilem 'principatu politico', quo scilicet reguntur liberi, qui habent in aliquibus propriam voluntatem. Et proter hoc etiam oportet in irascibili et concupiscibili esse aliquas virtutes, quibus bene disponantur ad actum»; *De virtutibus in communi* a. 4 in corp. (ed. Parmen. VIII 533*a*); a. 5 arg. 1 in opp. (p. 555*a*); *Sententia libri Politicorum* I c. 10 (XLVIII A-115*a*); *Sent.* III d. 26 q. 2 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VII 285*b*): «Omnes auctoritates distinguentes irascibilem a concupiscibili – sive sancti, sive philosophi – ponunt irascibilem et concupiscibilem in appetitu sensitivo». Speciatim quoad iustitiam, THOMAS, *Sent.* III d. 33 q. 2 a. 4 qc. 3 in corp. (ed. Parmen. VII 364*b*); *De virtutibus in communi* a. 5 in corp. (ed. Parmen. VIII 555*b*).

F *43-44* ARISTOT., *Eth. Nic.* V c. 1 (AL XXVI$^3$ 226; E c. 1, 1229*a* 6-9); c. 9 (p. 239; c. 9, 1134*a* 1-2): «Et iustitia quidem est habitus, secundum quem iustus dicitur operativus secundum electionem iusti». *46* Hanc suam rationem, non quidem unitarie sed per partes, in pluribus locis affert et illustrat THOMAS, *De virtutibus in communi* a. 5 in corp. (ed. Parmen. VIII 555*b*); *Sent.* III d. 23 q. 1 a. 4 qc. 4 in corp. (ed. Parmen. VII 243*b*-244*a*); d. 33 q. 2 a. 4 qc. 2 in corp. (p. 364*a*); *Summa theol.* I-II q. 56 a 6 in corp. (VI 361*b*); q. 57 a. 5 in corp. (p. 368*b*); q. 58 a. 4 in corp. (p. 375*ab*); *Sententia libri Ethicorum* VI c. 10 (XLVII$^2$ 372*a*).

(f. 138P): «In quaestione ista est opinio aliquorum quod morales virtutes... non sunt in voluntate sed in parte sensitiva, irascibili et concupiscibili. Quod primo confirmant auctoritate Philosophi, qui in fine I *Ethicorum* [c. 19 (AL XXVI$^3$ 102; A c. 13, 1103*a* 1-5)] dividit 'rationem habens principaliter et participatione', dicens quod 'secundum hanc differentiam determinatur virtus: dicimus enim has quidem intellectuales, has vero morales'. In principio autem VI [c. 2 (p. 253; Z c. 2, 1138*b* 35-1139*a* 17)] determinat quod intellectuales sunt in rationali principaliter; ergo relinquitur quod morales sunt in irrationali».



vel si possit tendere in bonum 'ut nunc', potest sufficienter determinari in tendendo vel non tendendo ex ostensione rationis (videtur enim quod obiectum apprehensum, sicut apprehensum est, moveat voluntatem); et ita non oportet in ipsa ponere habitum, sed sufficit quod intellectus sufficienter perficiatur ad recte ostendendum[9].

Praeterea, secundo a r g u i t u r ex libertate voluntatis, quia voluntas – quae est libera – potest se ipsam determinare sufficienter; ergo non indiget aliquo determinante. Hoc etiam arguitur aliter[10], quia si libere agit ex se, repugnat sibi 'velle determinate', ipsam in- 12

APSZBNYQ(μυ)

49 possit] potest Q 49-50 in – tendendo$^2$ *om.* Q 49 ut nunc, potest] p. n. Y 49-50 determinari *om.* N 50 in *om.* P | in tendendo ... tendendo] intendendo ... intendendo BY 51 apprehensum$^1$ *om.* Y 51-52 apprehensum$^1$ — ponere] moveat solum sicut est a. ipsam voluntatem, et ita non est necesse p. in ea Q 51 movet Y 52 oportet] est NY | ipsa] ea PSZB | ponere *ante* in ZB 53 recte] hoc r. (r.] ratione N) NY 54 Praeterea *om.* BQ | secundo arguitur] secunda accipitur B | quia] quod B 55 quae est] cum sit Q | ipsam *om.* Q | sufficienter] *ante* determinare PSZ *ante* se BNYQ 56 aliquo = A alio *rell.* μυ | determinante] *add.* ut habitu aliquo PSZB | arguitur aliter] al. ar. (ar.] potest argui B) SZB ar. PY 57 ex se *om.* NQ | sibi] *add.* aliud determinans P$^2$ | sibi velle determinate] dependeat igitur d. v. Y s. omne determinans Z omne d. SB s. determinari Q 57-58 ipsam inclinans *om.* NYQ

F *54* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 13 a. 2 in corp. (VI 99*b*); *De veritate* q. 22 a. 5 in corp. (XXII$^3$ 124*ab*); a. 6 in corp. (p. 627*a*-628*b*).

T [9] Hanc Thomae rationem (n. 11) sic exponit HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 138P): «Dicti etiam sui assignant rationem, quoniam virtus moralis potentiae necessaria est ut ipsam ordinet in bonum et inclinet, et sic per ipsam actus proprii complementum acquiritur et eam perficit, secundum virtutis moralis definitionem, qua dicit Philosophus quod 'virtus est quae habentem perficit et eius opus bonum reddit' [*Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^3$ 169; B c. 5, 1106*a* 15-17)]. Hoc autem modo habitus non est necessarius potentiae nisi quia se ipsa non inclinatur seu ordinatur sufficienter in bonum... Nunc autem ita est, quod voluntas non indiget ordinante aut inclinante in bonum, quoniam se ipsa ordinatur et inclinatur in bonum... Et per hoc voluntas se ipsa sibi sufficit ad acquirendum actus sui complementum et perfectionem suam..., ita quod voluntas ex se ipsa, ratione potentiae suae naturalis, habet et operari potest quidquid habet quaecumque alia potentia ex suo habitu et quidquid habitus circa ipsam potest operari; et non requirit voluntas cum naturali potentia ad operationis suae perfectionem plus quam iudicium rationis, quia naturali inclinatione et appetitu naturali movetur in bonum sibi ostensum a ratione, non solum simpliciter quod est ultimum bonum, sed qualecumque fuerit, ex quo iudicio rationis determinatum est esse bonum». [10] Quod nunc arguitur, ipsemet Duns Scotus iuxta mentem opinantis conficit, quod ceterum alibi quoque animadvertitur: cf. ex. gr. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 20 n. 13 (XXI 43); d. 22 n. 16-17 (p. 72-73); d. 27 n. 19-20 (p. 205-206); item prol. n. 9-11 (XVI 4); I d. 26 n. 45-51 (XVII 329-351; II d. 1 n. 98 (XVIII 31, 11-32, 7); n. 99-102 (p. 32-33); n. 179 (p. 59); d. 30-32 n. 27-29 (XIX 298); III d. 6 n. 9-10 (XX 171). Mentem autem seu sententiam suam, ex qua Duns Scotus conficit hanc probationem, exponit THOMAS *Summa theol.* I-II q. 10 a. 1 ad 1 (VI 83*b*); a. 2 in corp. (p. 86*ab*); a. 3 in corp. (p. 87*b*-88*a*).

clinans ad agendum; sed virtus inclinat per modum naturae[11], et ita repugnat modo agendi ipsius voluntatis, – et ita non est in ea.

13 Tertio arguitur, quia «ubi sunt extrema, ibi est medium»[12]; ergo ubi sunt passiones excedentes, ibi erit virtus, quae est 'moderatrix passionum'[13]; passiones sunt in appetitu sensitivo, et non in voluntate[b].

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: III Ethicorum cap. 12[2+]; ergo. 4*

APSZBNYQ(μυ)

58 per modum naturae *rep. post* agendum Q | et ita] ergo virtus PSZB 59 modo] termino Y modus A 60 Tertio arguitur] Tertia talis B | arguitur] sic Q *add.* sic PSZ | quia] quod SY | ubi *om.* A | sunt *om.* PSZ | ibi est] et NYQ i. debet poni B | est medium] m. e. P 61 sunt *om.* PSZ | erit] est PN 61-62 moderatrix] mediatrix SY 62 passionum] earum Q | passiones] *praem.* sed BQ | et = A autem *post* non Qμυ 62-63 voluntate] *add.* ergo etc. P$^{2}$NY *add.* ergo S

4* III — ergo = Z

F *60* THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* II c. 6 (XLVII$^{1}$ 96*b*): «[Virtus moralis] est circa passiones et operationes, in quibus est accipere superabundantiam et defectum et medium... Virtus autem moralis est circa passiones et operationes sicut circa materiam propriam, ita quod in eis superabundantia est vitiosa et defectus vituperabilis, sed medium laudatur et recte se habet»; *De virtutibus in communi* a. 4 in corp. (ed. Parmen. VIII 553*b*): «Quando igitur oportet operationem hominis esse circa ea quae sunt obiecta sensibilis appetitus, requiritur ad bonitatem operationis quod sit in appetitu sensibili aliqua dispositio vel perfectio per quam appetitus praedictus de facili obediat rationi; et hanc 'virtutem' vocamus. Quando igitur aliqua virtus est circa illa quae proprie ad vim irascibilem pertinent..., talis virtus dicitur esse etiam in irascibili sicut in subiecto; quando autem est circa ea quae sunt proprie concupiscibilis, dicitur esse in concupiscibili sicut in subiecto»; a. 5 in corp. (p. 555*b*): «Omnis passio est in parte animae sensitiva...; illae autem virtutes quae circa passiones consistunt..., oportet eadem ratione esse in appetitu sensitivo. Nec oportet quod ratione istarum passionum sit alia virtus in voluntate, quia bonum in istis passionibus est quod est secundum rationem; et ad hoc naturaliter se habet voluntas ex ratione ipsius potentiae, cum sit proprium obiectum voluntatis».

T [11] Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* II c. 1 (XLVII$^{1}$ 77*b*): «Virtus moralis pertinet ad appetitum, qui operatur secundum quod movetur a bono apprehenso; et ideo simul cum hoc quod multoties operatur, oportet quod multoties moveatur a suo obiecto, et ex hoc consequitur quamdam inclinationem ad modum naturae». [12] ARISTOT., *Eth. Eud.* III c. 6 (ed. Iuntina III, f. 208*vb*; Γ c. 4, 1231*b* 34-35): «Ubi extrema sunt, istic et medium». [13] THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 59 a. 4 in corp. (VI 383*ab*): «Virtus moralis perficit appetitivam partem animae, ordinando ipsam in bonum rationis; est autem rationis bonum id quod est secundum rationem moderatum seu ordinatum; unde circa omne id quod contingit ratione ordinari et moderari, contingit esse virtutem moralem»; a. 5 ad 1 (p. 384*a*): «Virtus passiones inordinatas superat, moderatas autem producit»; II-II q. 123 a. 4 ad 2 (X 11*ab*). – Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 168; B c. 4, 1105*b* 19-23): «Dico autem

[2+] ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 12 (AL XXVI$^{3}$ 196; Γ c. 13, 1117*b* 23-24). – Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* III c. 19 (XLVII$^{1}$ 180*a*): «Huiusmodi autem est appetitus sensitivus, ad quem pertinent animae passiones».



Quarto arguitur sic, quia si in voluntate posset esse virtus ex rectis actibus eius (qui sunt alii ab actibus appetitus sensitivi), ergo angelus posset acquirere – ex rectis volitionibus virtutum moralium – virtutes. Consequens videtur inconveniens, et est contra Philosophum manifeste X *Ethicorum*, ubi negat ab eis virtutes morales. 14

[B. – OPINIO OPPOSITA HENRICI GANDAVENSIS, QUA OPINIO THOMAE IMPROBATUR
1. – OPINIO HENRICI IN SE]

[4] Ista opinio improbatur per vias similes iis quae positae sunt pro ea: Prima est per auctoritatem Aristotelis, nam ipse, I *Politicae*, 15

---

APSZBNYQ(μυ)

64 Quarto — voluntate *om.* P$^{2}$ | Quarto — sic] Quarta talis B | arguitur] arguo A *om.* YQ | sic *om.* Q | si in] sine AZ$^{+}$ | possit NY 65 rectis — alii] actibus eius r. moralibus, aliis Q | eius *om.* A 66 posset — moralium] ex rectis volitionibus moralibus p. acquirere Q 67 virtutes] *add.* morales NYQ | Consequens] *add.* autem B | et] etiam N | est] videtur esse B hoc videtur N *om.* YQ 68 manifeste] *post* Ethicorum PSZB *post* ubi Q | X] IV AZ | virtutes morales] tales v. Q 72 Ista] Haec Q | opinio] via A; *adnot.* Contra opinionem A$^{1}$ | per vias similes] viis similibus Q | sunt] *om.* P *add.* ab eis Q 73 Prima — Aristotelis *om.* SZ | Prima — ipse] Et primo per Philosophum Q | Prima est] Etiam N *praem.* Et PBY | ipse] *add.* Philosophus PSZB | Politicae] ponit P

F *64* Argumentum hoc evolvitur ex his quae dicit THOMAS, *De virtutibus in communi* a. 5 in corp. (ed. Parmen. VIII 555*b*): «Ad id ad quod potentia aliqua se extendit ex ipsa ratione potentiae, non est necessarius habitus virtutis; virtus autem ordinat potentias ad bonum: ipsa enim est quae 'bonum facit habentem et opus eius bonum reddit' [ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 169; B c. 5, 1106*a* 15-17)]. Voluntas autem, hoc quod virtus facit circa alias potentias, habet ex ipsa ratione suae potentiae, nam eius obiectum est bonum; unde 'tendere in bonum' hoc modo se habet ad voluntatem sicut 'tendere in delectabile' [se habet] ad concupiscibilem et sicut 'ordinari ad sonum' se habet ad auditum. Unde voluntas non indiget aliquo habitu virtutis, inclinante ipsam ad bonum quod est sibi proportionatum, quia in hoc ex ipsa ratione potentiae tendit. Sed ad bonum quod transcendit proportionem potentiae, indiget habitu virtutis». *67-68* ARISTOT., *Eth. Nic.* X c. 10 (AL XXVI$^{3}$ 362; K c. 8, 1178*b* 8-18): «Deos enim maxime suspicati sumus beatos et felices esse. Actiones autem quales attribuere debitum [est] ipsis? Utrum iustas? Vel ridiculi apparebunt commutantes et depositiones dantes et quaecumque alia talia. Sed fortes...? Vel liberales...? Vel onerosa laus [est] quoniam non habent pravas concupiscentias? Pertranseuntibus autem omnia [scil. omnes virtutes morales], apparebunt utique [ea] quae circa actiones [sunt], parva et indigna diis». *73* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139V-140X): «Determinat [Philosophus] quod morales virtutes habent esse in irrationali, ratio-

passiones quidem: concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, zelum, misericordiam, – universaliter quibus sequitur delectatio vel tristitia».

'necesse – inquit – est principantem habere virtutem ut recte principetur, et hoc principaliorem quam in servo ut recte subiciatur'; et applicat[14] ad partem superiorem et inferiorem in anima.

16 P r a e t e r e a, isti concedunt iustitiam esse in voluntate[15]; ergo rationes communes de voluntate et virtute morali[16] non concludunt; nec etiam auctoritas P h i l o s o p h i I *Ethicorum* de 'obedibili rationi' debet intelligi de solo appetitu sensitivo[17], quia si solum illum intelligit per 'obedibile rationi', ergo insufficienter dividit animam in quantum est capax virtutis moralis, – et ita in quantum intendit de ea tractare, insufficienter dividit: t r a c t a t enim de ea ut est susceptiva virtutis moralis, ut iustitiae, propter quam saltem est susceptiva, quae tamen nec est in ratione nec in 'obedibili rationi', sicut ipsi intelligunt illa duo membra.

---

APSZBNYQ(μυ)

74 necessarium Y | inquit est] e. i. NYQ | principantem] *in corr.* P$^1$ principem Y prius voluntatem N | virtutem] *add.* moralem, ut temperantiam et fortitudinem P$^2$Z 75 hoc *om.* Q | principaliorem] tam in principante NY | quam] *add.* ut A | recte *om.* B | subiceretur S 76 et inferiorem *om.* Z 77 isti concedunt] c. i. P | esse *post* voluntate Z 77-78 ergo — morali *om.* B$^*$ | rationes] res N 78 communes] in communi *post* morali Q | voluntate et virtute morali] vi. m. et vo. PSZB$^2$ | non *om.* S 79 Ethicorum] *add.* cap. 9 Z 80 solo *post* sensitivo PSZ 80-81 intelligit] intelligat NY intelligeret Q intellectum (*ante* illum, 80 Z$^1$) Z 81 obedibili A | rationis Q | sufficienter Z 81-82 dividit — moralis *rep. post* moralis (84) Z$^+$(¶ *sign.* Vacat) 82 ita *om.* Q | intendit] tendit PY 82-83 intendit — dividit] detractat de ipsa Q 83 tractare *ante* de (82) Y

nali tamen per participationem, insinuando per hoc quod habent esse in utroque per participationem, scilicet sensibili et rationali... Per hoc potenti advertere satis insinuat, cum operatio moralium virtutum sit hominis secundum quod homo, quod uno modo potest esse in voluntate sola, alio autem modo etiam in sensuali appetitu. Quod... determinat in I *Politicae*, ubi comparans rationale et sensibile domino et servo, determinat quod virtus moralis... est et in domino et in servo sicut est in rationali et sensibili... Sed constans est quod rationem habens – quod principans est – non est nisi voluntas... Et hoc statim explicat attribuendo principanti virtutes morales»; ARISTOT., *Politica* I c. 13 (AL XXIX$^1$ 22-23; A c. 13, 1260*a* 14-20): «Similiter igitur necessarium [oportet] habere et circa morales virtutes: existimandum oportere quidem participare omnes [scil. principantes et servos], sed non eodem modo, sed quantum unicuique ad sui ipsius opus. Propter quod principantem quidem perfectam habere oportet moralem virtutem..., aliorum autem unumquodque quantum immittit ipsis».

F *77* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139T-V). *79* ARISTOT., *Eth. Nic.* I c. 18 (AL XXVI$^3$ 161-162; A c. 13, 1102*b* 30-31): «Concupiscibile vero et universaliter appetibile participat aliqualiter [ratione] secundum quod exaudibile est ei et obedibile [rationi]». *83* THOMAS, *Sent.* III d. 33 q. 2 a. 4 qc. 3 in corp. (ed. Parmen. VII 364*b*): «Iustitia non potest esse in irascibili et concupiscibili sicut in subiecto, cum non sit circa passiones: ad ipsam enim non pertinet moderari passiones, sed exteriores actiones quae sunt in alterum. Unde oportet quod sit in illa potentia sicut in subiecto ad quam pertinet usus rerum

T [14] supple: Aristoteles. [15] Cf. supra n. 10. [16] Cf. supra n. 11-14. [17] prout nempe vult THOMAS, *Sent.* III d. 33 q. 2 a. 4 qc. 2 arg. 1 in opp. et in corp. (ed. Parmen. VII 363*a*. 364*a*).



17 P r a e t e r e a, ante definitionem virtutis, circa medium I, P h i l o s o p h u s, volens inquirere rationem felicitatis[c], dicit sic: «Separandum nutritivam; sequens est sensitiva quaedam: videtur haec communis omni animali. Relinquitur quaedam operativa: huius ergo hoc quidem ut bene persuasibile ratione, hoc autem in quantum habens[18] et intelligens». Ex ista littera patet quod primo excludit[19] partem sensitivam, quia in ipsa non est operatio hominis secundum quod homo, – et talis est operatio secundum virtutes morales, et per consequens illae non erunt principaliter ponendae in illa parte; ergo illud quod relinquitur, scilicet operativa respectu habentis[20], est per se pars animae, excellens super totam partem sensitivam, – et il-

---

[c] *Sequitur textus interpolatus*: quae est in hominis operatione secundum quod homo.

APSZBNYQ(μυ)

84 virtutis] actus Z | ut] et tamen voluntas est susceptiva Q | quam] quod Y | saltem] tamen A | susceptiva] *add.* virtutis moralis ZBNYQ 85 quae tamen] q. NQ autem (!) Y | nec est] e. n. A | sicut] ut Q 86 illa] ista N 87 Praeterea *om.* Y | virtutis] felicitatis BN | circa] contra B 87-88 Philosophus] *post* volens Q *om.* PSZB 88 rationem felicitatis] definitionem virtutis Q | dicit sic] s. d. PSZ 88-89 Separans S 89 nutritiva Y | sequens est *om.* Y | est] erit *post* sensitiva B$^1$ | sensitivam N | quaedam] quamdam N quodam modo Q$^+$ 90 omni] cum Y | quaedam] quidem AB$^2$ | operativa] *add. in ras. et in mg.* rationem habentis (*cf. ad* 96) B$^2$ | huius *om.* B$^*$N | ergo = A verbi S 91 hoc$^1$] hoc modo N *om.* BQ | persuasibilis P | hoc$^2$ *rescr.* B$^2$ | autem *om.* B | in *om.* B$^+$ 91-92 habens = μυ volens *codd.* (*om.* Z) 92 intelligens] intellectus P intendens B | ista] *post* littera P illa Y | excludit] ponit Q 93 ipsa] ista NYQ | est *om.* Q 94 et talis] qualis Q | est *om.* S 95 illae non erunt] n. sunt Q | ponendae *om.* Y | illa] ista PNY 96 illud] *ante* ergo (95-96) PSZB *om.* Y | scilicet operativa] sc. o. operatio N secundum operativam S | respectu habentis] rationem h. SZBN ratio agentis Y haec Q 97 per se *om.* SZ | pars animae *om.* NYQ | partem sensitivam] s. p. B 97-98 illud *om.* Y

5*-6* quae — homo = Z

exteriorum in ordine ad alterum... Et ideo in voluntate... est iustitia sicut in subiecto»; qc. 4 in corp. (p. 365*a*); *De virtutibus in communi* a. 8 in corp. (ed. Parmen. VIII 561*a*).

F *87* Hoc argumentum fuse exponit HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139 S-140X). *87-92* ARISTOT., *Eth. Nic.* I c. 9 (AL XXVI$^3$ 150-151; A c. 6, 1097*b* 34-1098*a* 5): «Separandum ergo nutritivam et augmentativam vitam; sequens autem sensitiva quaedam utique erit: videtur vero et haec communis et equo et bovi et omni animali. Relinquitur utique operativa quaedam rationem habentis: huius autem [est] hoc quidem ut bene persuasibile ratione, hoc vero ut habens [rationem] et intelligens».

T [18] Loco «habens» codices erronee tradunt «volens». [19] supple: Aristoteles. [20] supple: rationem.

lud dividit ipse[21] in 'intelligens' et in 'bene persuasibile a ratione'; ergo ibi per 'persuasibile a ratione' intelligit voluntatem, quia per 'intelligens' constat quod intelligit intellectum. Sic ergo videtur quod expresse posset haberi, ex dictis suis, quod aliquando vocat voluntatem 'obedibilem rationi', aliquando tamen appetitum sensitivum vocat 'obedibile rationi', sicut in fine I[22]. Et sicut 'obedibile rationi' accipitur dupliciter, ita et 'rationale' accipitur dupliciter: uno modo stricte et primo, et competit soli intellectui, – alio modo non stricte nec primo, tamen simpliciter tale, et competit voluntati (tertio, scilicet appetitui sensitivo, non competit proprie sed transumptive tantum). Illud ergo medium, quod est voluntas, nunc nominatur 'rationale' ab uno extremo, nunc 'obedibile rationi' ab alio extremo: accipiendo enim stricte 'rationem', ipsa[23] est persuasibilis a ratione; accipiendo tamen large (non tamen improprie, sed tantum pro eo quod pertinet ad mentem), ipsa rationalis est[d]. – Appetitus sensitivus non tantum est persuasibilis, sed etiam obedibilis est: et

[d] *Sequitur textus interpolatus*: et tantum persuasibilis rationi et non obedibilis; et non competit rationi sed voluntati tantum.

APSZBNYQ(μυ)

98 dividat Y | in[1]] etiam in P et in Y etiam S | in[2] *om.* A | a *om.* NY  99 ibi *om.* YQ | per] in Y per bene B[2] *om.* B´Q | a ratione] r. BY *om.* Q | intelligit] includit Z  100-101 videtur — haberi] patet expresse Q  101 quod expresse] e. q. PN | suis *om.* Y | quod] quia N  101-102 aliquando — rationi] obedibile r. vocat a. voluntatem (vol.] appetitum sensitivum μυ) Qμυ | aliquando vocat voluntatem = A vol. a. voc. *rell.*  102 obedibilem] obedientialem S | tamen] autem Q in (!) P | appetitum] *comp.* Y  103 vocat] *ante* appetitum (102) B vocant S | vocat obedibile rationi *om.* Q | obedibile[1]] obedibilem AZ obedientialem S  103-104 obedibile[2] — rationale *rep. post* modo (105) B  104 accipitur dupliciter[1]] d. a. Q | ita] sic (et etiam *in textu rep.*) B *om.* Q | ita — dupliciter[2] *om.* Y | accipitur[2]] dicitur N  105 primo, et *om.* A | et[2]] *add.* sic P[2] | competit] exponit Z[*] | non] *om.* S´ in S[1]  106 nec *om.* S[+] | primo] p. modo B[2] | tamen] sed Q | tale *om.* NY | et *om.* Y  106-107 tertio] secundo si Y *praem.* sed Q  107 competit] convenit PS | proprie] per essentiam PNYQ  107-108 transumptive] per transumptionem Y  108 tantum *om.* NYQ | Illud] *post* ergo Q *om.* P | nominatur] *in corr.* B[1] vocatur Q  109 obedientiale S | ab[2]] ex B  110 accipiendo enim stricte] s. e. a. Q  110-111 enim — accipiendo *om.* Y  111 tamen[1]] autem Y igitur N  111-112 tamen[1] — est] rationem large, prout dividitur contra sensum, sic est (est] etiam Q) rationalis Qμυ  111 large = A l. rationem *rell.* | tamen[2]] tantum S | proprie A | tantum] etiam PSB  112 rationalis est = A e. r. *rell.* | Appetitus = A App. autem Qμυ Et app. *rell.*  113 sensitivus *om.* B | tantum *om.* Q | est[1] *om.* P | persuasibilis] *om.* B *add.* a ratione Q | etiam *om.* Q | est[2] = A rationi Qμυ

7*-8* et — tantum = ZB  8* non competit] numquam Z

T [21] scil. Aristoteles. [22] scil. in fine libri I Ethicorum, – cf. supra n. 16. [23] scil. voluntas.



haec verba bene possunt probari, quia bene 'liberum' est persuasibile, sed non proprie persuasibile sed obedibile. Appetitus autem sensitivus, qui non est liber, non est proprie persuasibilis, sed obedibilis, quia subicibilis imperio voluntatis.

Praeterea, ad istud sunt multae auctoritates: 18

Una Augustini *De moribus Ecclesiae* 15, ubi vult quod quattuor virtutes morales non sunt nisi amor ordinatus vel amores ordinati (quaere ibi)[24].

De hoc Augustinus *De civitate* XIV cap. 5 et 6 diffuse (quaere ibi). 19

De hoc Avicenna IX *Metaphysicae* cap. ultimo[e]. 20

[e] *Sequitur adnotatio interpolata*: Alias auctoritates et istas quaere in Bonaventura, in margine[3+], – vel in Canone, causa 15 cap. 1, quod omne vitium sit in voluntate, et ita virtus cum opposita ⟨passione⟩ sint idem[4+].

APSZBNYQ(μυ)

114 verba] *add.* non Y | bene[1]] *post* possunt Y *om.* N | possunt] debent *post* probari N | probari = A ponderari *rell.* μυ | bene liberum] l. b. Q  115 sed non] n. tamen Q | proprie = A improprie P´ ita p. P[2] *rell.* μυ | persuasibile sed = A | obedibile] appetibile NY  116 qui] quia Q | liberum Y | non est proprie *om.* Q  117 quia subicibilis] q. persuasibilis Y *om.* Q  118 Praeterea *om.* Z | istud] illud Z hoc Q | multae auctoritates] a. m. (m.] multas B) PSZB  119 Una Augustini] A. una PBNYQ | 15] cap. 15 SZB et cap. 15 P | ubi] ibi P qui B | quattuor] ⌈...⌉ P[+]  120 amores] amoris Q  122 De hoc = A Item NYQμυ Ad hoc etiam est *rell.* | Augustinus *om.* NYQ  122-124 Augustinus — hoc *om.* SZ  122 De civitate *om.* B | XIV] *ante* De Q *add.* quaestione B | 5 et 6] 26 APB  122-123 diffuse, quaere ibi] d. N q. i. B *om.* Y  124 hoc] *add.* autem B *add.* diffuse Y | Avicenna] Augustinus S[+] | cap. ultimo] quaere ibi P

9*-11* Alias — idem = Z

F *119* AUGUST., *De moribus Eccl. cath.* I c. 15 (PL 32, 1322): «Quod si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino esse virtutem affirmaverim nisi summum amorem Dei [scil. erga Deum]. Namque illud quod quadripartita dicitur virtus [scil. temperantia, fortitudo, iustitia, prudentia], ex ipsius amoris vario quodam affectu – quantum intelligo – dicitur [qui quidem amor in voluntate est]». *122* AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 5-6 (CCL 48, 420-421; PL 41, 408-409). *124* AVICENNA, *Metaph.* IX c. 7 (II 517-518): «Dico ergo quod mores sunt habitus propter quem facile proveniunt ab anima aliquae actiones absque praemeditatione...; habitus autem mediocritatis habet esse in virtute rationali et in virtute animali.

T [24] Hanc auctoritatem sic introducit HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 138Q): «Voluntas ergo indiget habitu virtutis, quo determinetur in electione boni; hic autem est habitus amoris, qui continet omnes virtutes morales, dicente Augustino *De moribus Ecclesiae...*».

[3+] Adnotator remittit ad marginalem adnotationem adnexam ad BONAV., *Sent.* III d. 33 a. un. q. 3 (III 715*a*-718*b*); cf. ibid. nota 1 (p. 718*ab*). [4+] GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 15 q. 1 c. 1 (CIC I 745-746).

### [2. – CONTRA RATIONES OPINIONIS THOMAE]

21 Praeterea, rationes adductae pro opinione adducuntur ad oppositum: [5]

22 [Contra primam rationem] – Prima[25] s i c: voluntas est indeterminata ad opposita, non tantum ad opposita obiecta, sed ad oppositos modos agendi, scilicet recte et non recte; ergo indiget aliquo determinativo inclinante ad recte agendum, et illud erit virtus. Consequentia patet: haec est enim sola necessitas ponendi virtutes in potentiis, ut[26] per ipsas regulentur potentiae, quae de se possunt recte et non recte agere. Probatio antecedentis, quia voluntas potest eligere

---

APSZBNYQ(μυ)

126 pro opinione] p. illa o. PZB ad opinionem N | adducuntur] *rep.* A ducuntur Q 128 Prima sic] Praeterea, si N | sic] sicut Y 129 ad opposita$^{1}$ *om.* Q | non — obiecta *om.* N | ad$^{2}$ = AZQμυ | opposita$^{2}$ *om.* PS | obiecta = APS | sed] secundum NY *add.* etiam ad PSZB *add.* etiam Q | oppositos *om.* NYQ 129-130 modos] in modo Q 130 agendi — recte$^{2}$ *om.* B | scilicet recte] r. sc. SZ | ergo] *add.* ad hoc quod determinate bene (b.] unum Z) et (et *om.* S′ vel S$^{1}$) recte (b. et r.] et r. et b. B) agat SZB 130-131 determinativo inclinante] determinante (*add.* et B) i. PSZB i. determinate Q 131 erit] est PNYQ | virtus] *rep.* Z′ *add.* ergo PSZ$^{1}$ *add.* ergo etc. B 131-132 Consequentia patet] Probatio consequentiae SZB 132 haec] hic N | haec — sola] se enim s. A$^{+}$ | haec — ponendi] quia ad hoc ponuntur Qμυ | est enim sola = A$^{1}$ en. s. est Y en. s. Z en. est s. *rell.* 133 per ipsas regulentur] r. p. virtutes *post* agere (134) Q | regulentur potentiae] p. r. B | se *om.* Y 134 antecedentis] consequentis NY *add.* est SZB | quia] quod P$^{+}$ | potest eligere] e. p. Y 134-135 eligere quodcumque sibi] velle s. q. bonum Q

Sed in virtute animali est cum acquiritur ei dispositio subiectionis; in virtute vero rationali est cum acquiritur ei dispositio aptitudinis et non patiendi... Habitus vero mediocritatis intelligitur esse liberatio hominis a dispositionibus subiectibilibus, qui conservat animam rationalem secundum naturam suam cum acquisitione dispositionis erigendi se [quousque scil. in alia vita a corporis ligamine penitus liberetur]».

F *128* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 138Q): «Sed virtute eiusdem medii, quo arguunt morales habitus non esse in voluntate, arguimus contra eos contrarium hoc modo: potentia quae de se indifferens est et indeterminata respectu finis in quo debet acquirere propriam perfectionem per suam operationem, indiget habitu virtutis ut determinetur finis a quo per indifferentiam suam et indeterminationem potest sua operatione declinare et errare a fine, et propria perfectione frustrari (secundum quod patet in cognitiva...); voluntas autem est potentia quae de se est indifferens..., quemadmodum et ratio..., – et ideo [praeter primum Verum et primum Bonum] possunt circa quodlibet aliud verum et bonum errare... Voluntas ergo indiget habitu virtutis, quo determinetur in electione boni; hic autem est habitus amoris, qui continet omnes virtutes morales... Dicimus ergo simpliciter... quod omnes morales habitus sunt in voluntate et pertinent ad voluntatis amorem circa bonum simpliciter vel apparens, ita quod virtus moralis nihil aliud sit quam habitus inclinans voluntatem ad amorem boni simpliciter, vitium autem est habitus contrarius inclinans ad amorem boni apparentis».

T [25] Cf. supra n. 11. [26] id est: ut scilicet.



quodcumque sibi ostensum in quo ostenditur ratio sui primi obiecti; sed in eliciendo talia, potest non recte agere.

Quod si d i c a s 'sufficit rationem recte ostendere, ideo non requiritur virtus in voluntate, sed in ratione', – hoc falsum est, quia tunc oporteret rationem primo errare in ostendendo, prius quam voluntatem male eligere; et ita ante primum peccatum voluntatis esset error in intellectu, – quod est irrationale: poena enim tunc esset ante culpam[27]! 23

Praeterea, d a t o quod voluntas posset sufficienter determinari per intellectum ad recte eligendum, – non sequitur quod non generabitur in eo habitus, cum quo[28] intellectus magis determinatur ad recte iudicandum, nam intellectus, in quantum habet operationem praeviam actui voluntatis, mere naturaliter agit; et tamen non negatur in intellectu ex frequentibus actibus generari habitum ad recte iudicandum (puta prudentiam). Cum ergo voluntas non sit ex se potentia magis determinata ad unum quam intellectus, ex actibus eius frequenter elicitis potest in ipsa habilitas quaedam recta generari ad similes actus, et illam voco 'virtutem'. 24

---

APSZBNYQ(μυ)

135 sibi *om.* P | quo *om.* N | sui] *post* primi N *rep. ante* ratio A$^{+}$ 136 sed] et Q | in eliciendo] intelligendo Y in diligendo et volendo Q | non] vero S$^{+}$ 137 dicas] *add.* quod Q | rationi A 138 falsum est] e. f. Q autem e. f. Y 139 rationem] *post* primo Q rem Y | prius = A 140 primum *om.* Y | peccatum] actum B$^{+}$ 140-141 esset] erit NY 141 poena — esset = A quia tunc p. (p.] esset p. B p. esset μυ) *rell.* μυ 143 possit PSZQ 144 eligendum] eliciendum Y agendum N$^{+}$ | non$^{1}$] *add.* tamen Q | non$^{2}$] recte N *om.* Y 144-145 generetur Q 145 in eo] in ea (*post* habitus Q) ZBQ | quo] quia *codd.* μυ 145-146 magis — intellectus *om.* N 145 magis] *add.* naturaliter Z 146 nam] quia BQ | intellectus *om.* Q 147 praeviam *in corr.* P$^{1}$ | mere] *add.* et Z 148 actibus] *add.* in ipso B | habitum] *ante* generari Q habitus B 149 iudicandum] videndum N | puta] scilicet Q | prudentia PSZB | ex se *post* determinata (150) Q 150 potentia *om.* NQ | magis] *post* unum Y plus N | ex] in Q$^{+}$ 151 potest in ipsa] *ante* ex (150) Q poterit in ip. B | habilitas] *post* quaedam Q *post* recta B 151-152 recta generari] g. r. SZ 152 ad] *praem.* inclinans PSZBYQ | consimiles BY | et illam] et hanc SZ hanc (...) B′ hanc autem B$^{1}$

F *137* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 8 a. 2 in corp. (VI 70*ab*); q. 13 a. 1 in corp. (p. 98*b*); a. 6 in corp. (p. 103*b*); q. 15 a. 4 in corp. (p. 112*ab*); q. 19 a. 3 in corp. et ad 1 (p. 144*ab*); a. 4 in corp. (p. 144*ab*). *143* THOMAS, *De virtutibus in communi* a. 6 in corp. (ed. Parmen. VIII 557*a*); *Sent.* II d. 24 q. 3 a. 3 ad 2 (VI 605*b*); III d. 33 q. 1 a. 1 qc. 2 in corp. (VII 350*a*); *Summa theol.* I-II q. 58 a. 4 in corp. (ed. Parmen. VI 375*ab*); a. 5 in corp. (p. 376*ab*).

T [27] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* I q. 17 in corp. (AMPh s. 2, V 125-129); DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 33-35. 40-43 (XIX 238-239. 241-242). [28] Loco «quo», quod sensus requirit, codices erronee tradunt «quia».

25 Praeterea, habitus non tantum ponuntur ut potentiae per eos recte agant, sed ut delectabiliter et prompte[29]; etsi autem voluntas posset determinari a ratione ad recte eligendum, non tamen ad delectabiliter et prompte sine habitu proprio. – Probatio huius, quia si quis prius vitiosus de novo incipiat revocari ad oppositum, et ratio recta dictet sibi aliquid oppositum vitio esse eligendum, licet illud eligat, non tamen delectabiliter: non enim statim in primo actu corruptus est totus habitus vitiosus, immo vel nihil vel parum remissus. Hoc apparet per experientiam, quia de novo conversus eligit difficulter bonum, et delectabile esset sibi eligere secundum malam consuetudinem praecedentem; ergo ad hoc ut voluntas delectabiliter agat dictatum a ratione, requiritur habitus in ea ad conformiter eliciendum actum illi habitui.

26 Ad rationem ergo primam[30] respondeo quod procedit de aequivocatione eius quod est 'bonum simpliciter'. [6] Illud enim potest intelligi vel ut distinguitur contra bonum apparens, vel ut distinguitur contra bonum in singulari acceptum: si primo modo, 'bonum simpliciter' non est obiectum adaequatum voluntatis, quia tunc voluntas non posset habere actum circa bonum apparens, nam nulla potentia potest habere actum circa illud in quo non salvatur ratio sui primi obiecti, – et ita voluntas quaecumque viatoris esset confirmata ex obiecto suo, vel praeservata ne posset peccare; secundo modo potest concedi quod bonum sub ratione boni est obiectum appetibile a voluntate et[31] suae propriae cognitivae. Sensus autem – secundum communiter loquentes – cognoscit singulare et intellectus universale; ideo appetitus sensitivus habet pro obiecto 'bonum ut nunc', ut est bonum singulare cum condicionibus individuantibus, – voluntas autem habet pro obiecto bonum sicut ostenditur sibi ab intellectu, quod est bonum universale et quod est bonum simpliciter.

27 Quod etiam additur in ratione illa, quod sufficit rationem recte ostendere[32], – contra rationem istam: 'de universali et particulari voluntas non possit in oppositum, error'[33] [f].

[7] 28 [Contra secundam rationem] – Secunda ratio[34] ducitur ad oppositum: illud enim magis indiget dispositione aliqua respectu cuius ha-

APSZBNYQ(μυ)

153-154 tantum — agant] ponuntur in potentiis ut per eos potentiae a. recte Q 153 ponitur N | potentiae *post* eos PSZB | eos] eas Y 154-156 etsi — proprio] quia recte potest agere quis sine habitu p. acquisito Q 154 etsi autem] si a. NY nunc a. e. B e. Z 155 possit PSZB | determinari *post* ratione B | eliciendum SB | ad$^{2}$ *om.* ZNY 156 et] sive P | proprio *om.* N 156-157 Probatio — oppositum] sicut patet in vitioso noviter converso ad bonum Q 157 nova (!) Z | revocari] renovari N | et] cui si Q *om.* P 157-158 ratio recta] re. ra. PSB 158 dictet] diceret Z | sibi aliquid] ad Q | vitio] *add.* consueto Q | eliciendum Q 159 statim] *post* actu B *rep. post* actu S 160 totus habitus] h. t. N | vitiosus] *add.* praecedens PSZB | vel$^{1}$ *om.* A 161 Hoc] *add.* etiam B | quia] *add.* talis Q 161-162 de — et] habenti vitiosum habitum P$^{2}$SZ 161 eligit *om.* Q 161-162 difficulter] definire P 162 esset sibi] s. e. PSZBQ | secundum] oppositum, scilicet Q 163 ut] quod PSZBQ 164 a ratione] ⌜...⌟ B$^{+}$ | in ea] *ante* habitus PSZB *spat. vac.* Y | conformiter *post* actum (165) Q 166 rationem ergo primam] p. e. r. eius B r. e. eius p. PSZ | respondeo] *add.* et dico PSZB | de = A ex *rell.* μυ 168-169 apparens — bonum$^{1}$ *om.* N 169 bonum$^{2}$] *post* simpliciter (169-170) Y *praem.* sic PSZBQ 170 obiectum] bonum S$^{+}$Y | adaequatum] aequatum A *om.* Q | voluntati Y 171 haberet P$^{+}$ | circa] *add.* aliquod Q | nam] quia B enim *post* nulla Q

F *153* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 141A-B).

T [29] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 169; B c. 5, 1106*a* 15-17); I c. 11 (p. 153; A c. 9, 1099*a* 14: «Secundum virtutem operationes... sunt delectabiles»; DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 7 (V 142). [30] Cf. supra n. 11.



[f] *Sequitur adnotatio interpolata:* Extra, 'De haereticis', «Ad abolendum»[5+], – et in Canone, distinctione 15, «Montanus»[6+].

APSZBNYQ(μυ)

172 potest habere *rep. post* quaecumque (173) Z$^{+}$ | actum] *praem.* aliquem PBQ *add.* aliquem SNY | in quo] ubi B | sui *om.* P 173 quaecumque] *ante* voluntas N *post* viatoris B cuiuscumque Q 174 vel praeservata = A 175 posset N | quod] quia NQ | bonum] obiectum NY | boni] obiecti NY *add.* in communi PSZB 175-176 appetibile a voluntate = A a. voluntatis PSB appetitivae *rell.* μυ 178 ideo] *praem.* et P$^{2}$Z | habet *post* obiecto Z 179 ut est] id e. SBQ hoc e. NY et PZ | cum] sub B | individuantibus *om.* B 180 obiecto] *add.* suo PSZB | sicut] ut B | sicut — sibi] ostensum Q 181 quod est] ut PSZB | bonum$^{1}$ *om.* NY | et = A 182 etiam *om.* Q | additur] adducitur SB | in ratione illa = A ibi Qμυ in il. r. *rell.* | recte] *comp.* S rectam Q 183 contra *post* particulari Q 183-184 voluntas non possit] quia tunc v. n. posset Q 184 error] errorem NYQ 185 ratio] ⌜...⌟ P$^{*}$ | ad] in NY 185-186 oppositum] *add.* sic Q 186-191 illud — virtus] magis indiget disponi per virtutem habens actionem suam in postestate sua quam non-habens, quia non-habens non operatur laudabiliter vel vituperabiliter, sed habens sic; ergo indiget illo per quod possit laudabiliter operari: hoc autem ponitur virtus. Sed voluntas habet in potestate sua actionem suam, et non appetitus sensitivus; ergo Q 186 indiget *om.* Y | dispositione — cuius] d. ad quam Y disponi respectu cuius N | aliqua *rescr.* P$^{2}$ 186-187 cuius habet actionem] actionis quam h. Z

12$^{*}$-13$^{*}$ Extra — Montanus = ZB 13$^{*}$ distinctione] d. 18 (*ex abbreviatione* dis) ZB

F *185* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 140A-141A).

T [31] supple: est obiectum. [32] Cf. supra n. 11. [33] Cf. *Articuli 219 a Stephano Tempier Parisiensi episcopo damnati* a. 129 (I 551). [34] Cf. supra n. 12.

[5+] GREGORIUS IX, *Decretales* V tit. 7 c. 9 (CIC II 780). – Cf. ed. nostra, VII 245. [6+] GRATIANUS, *Decretum* pars 1 d. 15 c. 3 (CIC I 39-40): «Montanus quoque cum suis sequacibus...».

bet actionem in sua potestate quam respectu alterius, quia si non haberet in potestate, non sibi imputaretur nec ad laudem nec ad vituperium quando ageret vel qualiter[35]. Sed quia in potestate sua habet, laudabiliter vel vituperabiliter agit; et ideo eget illo principio per quod possit laudabiliter operari: tale ponitur virtus.

29 Videtur etiam mirabile quod illud propter quod laudatur homo in operando, sit praecise in eo secundum illud quod est commune sibi et brutis[36].

30 Nec valet hic arguere quod 'naturale agens determinatur ad agendum, ergo et voluntas, cum sit quaedam potentia activa naturaliter'[37], nam a puris naturalibus agentibus omnes removent habitus, quia sunt summe inclinata ex se; in intellectu tamen, qui magis naturaliter operatur quam voluntas, non negatur habitus, quia[38] non est ex se summe inclinatus; nec ista indeterminatio est ex imperfectione activi, sed ex illimitatione, quae est perfectio activi: alia enim mere naturalia limitantur ad unum, ita quod non possunt in 'oppositum contrarie' vel saltem 'contradictorie'[39], – voluntas non sic limitatur, sicut dictum est distinctione 25 II[40].

---

APSZBNYQ(μυ)

187 actionem] actum Y | quam — alterius *om.* PNY 187-188 quam — potestate *om.* Z 187 si *om.* NQ 188 haberet] habet P *add.* actionem Y | in] *add.* sua SBN | non] *praem.* quia N *add.* enim tunc $P^2$ | imputaretur] *ante* sibi B putaretur S 189 ageret vel qualiter] agit Y | vel] nec Z | potestate sua] s. p. B 190 laudabiliter] *praem.* ideo Z | eget] indiget NY 191 per quod] quo B | tale] *add.* autem B | virtus] *add.* ergo etc. PB *add.* ergo SZ 192 etiam] autem Y | mirabile] *add.* semper B | homo] *ante* laudatur Q *om.* B 193 eo] illo A | secundum illud *om.* NYQ 193-194 commune sibi et] s. c. cum Q 194 brutis] *comp.* Y 195 valet] *add.* etiam B | hic *om.* Z | naturale agens] a. n. N 196 et *om.* B | cum] *add.* non SNYQ | quaedam *om.* Q 196-197 activa naturaliter] n. a. (a.] agens Y) YQ | naturaliter *ante* potentia (196) $B^+$ 197 pure PSZY | naturalibus agentibus = AB a. n. *rell.* μυ | omnes *ante* a PSZB | removet NY 198 inclinati NYQ | ex se *ante* sunt Q | in intellectu tamen] ad operandum; et (et *om.* $P^*$) t. in int. PSZB | tamen] *post* qui $P^*$ *rep. post* qui A | qui] quia NYQ 199 operatur] agit Q | negatur] negantur PS negant Y | habitus *om.* ANYQ 200 summe] *add.* determinatus vel Q | indeterminatio] determinatio N inclinatio Y 201 activi$^1$] aliqua Y | sed — activi] quod est contra eos B | perfectio activi] a. p. N ex perfectione (ex p. *om.* P), quod est contra eos PSZ 202 mere naturalia] n. m. SZB | limitantur — ita] determinantur sic ad unum Q | possint BY 203 voluntas] *add.* autem BQ | sic] *add.* determinatur vel Z 203-204 limitatur] terminatur Q 204 sicut] sed ut A | 25] 15 P | II] 2° Y

T [35] supple: ageret. [36] Cf. THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 13 a. 2 ad 2-3 (VI 99*b*-100*a*). [37] Cf. ibid. in corp. (p. 99*b*); *De veritate* q. 22 a. 5 in corp. (XXII$^3$ 624*a*). [38] supple: intellectus. [39] id est: vel saltem ad 'oppositum contradictorie'. – De hisce oppositis cf. *Expositio in XII libros Metaph. Aristot.* V s. un. c. 9 n. [78]. [40] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 37. 93 (XIX 240. 261).



Illa etiam alia probatio quae ibi additur quod 'virtus inclinat per modum naturae'[41], non valet, quia contra eos concluderet etiam caritatem et spem non esse in voluntate, – quod est contra omnes theologos. 31

[8] Ad istas ergo duas probationes[42]: 32

Ad primam: licet voluntas ex libertate sua posset se determinare in agendo, tamen ex actione est receptiva alicuius habilitatis derelictae, inclinantis ad similem actionem; illa enim unica determinatio eius non est per formam naturalem (qualis est in igne ad operandum), sed est ex libera actione quae procedit a potentia indeterminata, et ita determinabili per habitum.

Ad secundam probationem patet ex dictis distinctione 17 I et 25 II qualiter secunda causa naturaliter agens potest concurrere cum causa priore libere agente[43], – et qualiter effectus dicitur liber propter libertatem principalis causae, habitus autem, si est causa substantiae actus, est causa secunda respectu voluntatis[44]. 33

[9] [Contra tertiam rationem] – Tertia ratio, de moderatione passionum[45], ducitur ad oppositum: 34

Tum quia in voluntate sunt passiones, secundum Augustinum XIV *De civitate* cap. 5 et 6; et propter hoc, si propter actionem et pas-

---

APSZBNYQ(μυ)

205 Illa etiam alia probatio] Alia e. p. Z Illa improbatio Y | alia *om.* Q | ibi] secundo B 206 non valet] *spat. vac.* N *om.* Q | quia] quod est NY quae est Q *add.* etiam PSZB | contra eos = ANY c. modum voluntatis Qμυ | concludit ZB | etiam] et B *om.* PSZQ 207 est] *add.* communiter Q 209-210 Ad — primam] Ad p. igitur istarum probationum dico quod Qμυ 209 probationes] propositiones N 210 primam = A p. dico quod *rell.* | possit PS | se] *post* determinare B *om.* Y 211 actione = A a. sua Qμυ a. eius *rell.* | receptiva] receptivi et Y 211-212 derelictae] determinatae SZB debitae Y 212 inclinantes Y 212-214 illa — actione *om.* Q 212 unica] ultima Z 213 eius *rep. post* naturalem B 213-214 cooperandum Y 214 est *om.* NY 214-215 determinata P 215 indeterminabili Y 216 secundam — dictis] probationem s. ex d. patet Z | 17] ultima Y | I *om.* PSZB | 25] 15 Z 217 II *om.* NY | secunda *om.* Q | agens] *spat. vac.* Y | concurrere] *comp.* Y 218 libere] *rep.* A liberaliter (*post* agente Z) SZ | effectus] affectio SZ | dicetur P | libera Z 219 principalis causae] c. p. Q 220 actus *in corr.* $Q^1$ | voluntatis] *add.* quare etc. B 221 Tertia] Secunda Y *om.* S | Tertia ratio] Ra. t. P Ra. etiam t. B | moderatione] inordinatione N 222 oppositum] *add.* sic Q 223 Tum] Primo Q 224 De civitate] Civitatis BN Trinitatis Y | cap.] et A 6 B | et] igitur Q *om.* Y | propter hoc] ideo PSB *om.* Q | si] *add.* etiam Y 224-225 actionem et passionem] moderationem passionum Q

F *223* AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 5-6 (CCL 48, 420-421; PL 41, 408-409).

T [41] Cf. supra n. 12 («Hoc etiam arguitur...»). [42] Cf. supra n. 12. [43] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 69-74 (XIX 253-255). [44] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 32. 40. 69-70 (V 152. 154. 170-171). [45] Cf. supra n. 13.

sionem ponenda sit virtus in illa potentia in qua est passio et actio voluntatis, sequitur quod cum passiones aliquae sint in suprema parte animae, quod ibi ponantur virtutes.

35 Tum quia moderatio passionis potest intelligi dupliciter: aut passionis inexsistentis[46] aut futurae:

Inexsistentem contingit moderari dupliciter: vel minuendo passionem quae nata esset inferri ab obiecto secundum se, ne sit immoderata, sicut obiectum esset natum delectare potentiam sensitivam sibi derelictam; aut referendo illam delectationem ad finem convenientem rectae rationi, ad quem non referretur ex absoluta ratione obiecti appetitus sensitivi.

'Futuram etiam moderari' contingit intelligi vel fugiendo obiectum quod natum est immoderate delectare, vel assumendo sola obiecta quae nata sunt delectare moderate; et tunc passio futura non in se moderatur, sed ne immoderata insit praecavetur.

36 Quocumque istorum modorum intelligatur moderatio passionis, magis potest competere voluntati quam appetitui sensitivo, si passio inest vel inerit illi appetitui sensitivo:

Nam de passione inexsistente – si possibile est eam imminui –

APSZBNYQ(μυ)

225 posita B | virtus] *add.* secunda supra (sec. su.] super N) supremam NY *add.* in supremo Q | in illa potentia] illius potentiae Q 225-226 passio — voluntatis] actio B 225 et] ponitur N ponetur Y 225-226 et — voluntatis *om.* Q 226 cum] tam $P^{+}$ 226-227 passiones — animae] in (*om.* Q) suprema parte a. (*add.* scilicet voluntate Q) sint aliquae p. NYQ 227 ponantur = A ponerentur B ponentur *rell.* μυ 228 Tum] Praeterea Q | passionum PSZB | potest intelligi] i. p. Q 228-229 passionis *om.* NYQ 230 contingit moderari] m. c. N m. c. intelligi PY | moderari dupliciter] d. m. B | minuendo] minorando Y 231 esset] est NYQ | inferri] fieri Q | ne] *add.* sibi P 231-232 immoderata] ⌈...⌋ $B^{+}$ 232 esset natum] n. e. PSZ | delectare *ante* natum $B^{\pm}$ 233 illam delectationem] d. i. Q istam delectativam Y | ad] in Q | finem] *add.* debitum et PSB *add.* ultimum Z 234 rectae rationi] ra. re. PSQ | referretur] referrereretur (!) N refertur YQ | ex *om.* Y | absoluta ratione] r. a. NYQ 235 appetitus sensitivi] s. a. N 236 etiam] tunc Y | contingit] consuevit Y potest Q | intelligi] *om.* SZ *praem.* dupliciter Q *add.* dupliciter NY | fugiendo] f. vel faciendo Y 237 est] esset Y *add.* esse N | immoderanter Y | immoderate delectare] d. potentiam i. Q | vel] et AYQ 237-238 assumendo — et *om.* N 238 delectare moderate = A moderare Y m. (moderatam $P^{+}$) d. (d. *om.* $B^{\pm}$) *rell.* μυ 239 in se *rep. post* ne N | moderatur] *ante* in Q *om.* Y | immoderata] moderata P 240 Quodcumque B | modorum] membrorum Z | intelligitur B | passionum ZY 241 potest *om.* A 241-242 si — sensitivo *om.* $AP^{\pm}N$ 242 illi *om.* $P^{2}Z$ 243 eam *om.* Q | imminui = A minui *rell.* μυ

T [46] scil. 'exsistentis in' seu praesentis.



voluntas potest eam imminuere, quae libere agit, magis quam appetitus sensitivus qui patitur ab obiecto vel coagit sibi quantum potest. Magis etiam potest voluntas referre ad finem consonum rectae rationi quam appetitus sensitivus, quia voluntas est propria[47] appetitiva rationis, et ita proprie collativa ad finem quem ratio ostendit; 'uti' quippe, quod est referre ad finem debitum, non est actus appetitus sensitivi, sed voluntatis: proprie enim non conceditur potentiae sensitivae conferre, sicut voluntas, intellectus et ratio faciunt.

Si intelligatur de passione quae immoderata debet praecaveri et moderata assumi, satis videtur planum quod circa futurum magis potest voluntas habere actum rectum quam appetitus sensitivus, quia cognitiva voluntatis – quae est ratio – potest de futuris consiliari, non sic sensus[48].

[10] [Conclusio] – Ex iis ergo rationibus quae adductae erant pro opinione opposita[49], patet quomodo concluditur oppositum: tum quia voluntas est rectificabilis respectu propriae operationis, et non est de se recta; tum quia est indeterminata, et determinabilis non minus quam intellectus, a quo non negatur habitus; tum quia nata est 37

APSZBNYQ(μυ)

244 voluntas — magis] m. potest eam minuere v. quae libere agit Qμυ | imminuere = A minuere *rell.* | magis *ante* potest N 244-245 appetitus *om.* Y 245 qui] quae Y 245-247 qui — sensitivus *om.* $P^{\pm}$ 245 ab obiecto] ad obiecta S | vel] qui Q | sibi] si B | potest *rep. sed expunxit* $P^{2}$ 246 etiam] autem Y | potest voluntas] v. p. Z | referre] r. vel referri A 247 quia — appetitiva *rep. post* collativa (248) $Y^{+}$(¶ *sign.* Vacat) | propria] proprie NYQ ipsa Z 248 rationis] rationalis NYQ | ad *rep. post* finem AN 248-249 uti quippe] u. enim Q simul proprie et Y 249 referre] *add.* aliquid Q | ad] in Z | debitum *ante* quem (248) P 250 non *om.* Z 250-251 potentiae sensitivae conferre] c. appetitui vel cuicumque sensui Q 251 conferre] concedere $S^{+}$ | voluntas] *add.* et N | voluntas — ratio] voluntati (*add.* et Q) intellectui et rationi (et r.] rationali S *om.* Q) PSZBQ | faciunt = A 252 Si] *add.* vero B | intelligit B | quae immoderata] i. q. B *add.* est Y | praecaveri] *comp.* S 253 quod] quia YQ | circa] contra N 254 potest] videtur BQ | voluntas] *post* habere NY voluntatem posse Q | quam] *add.* possit Q 255 voluntatis *om.* N | potest] *praem.* magis Q 255-256 de — sic] consiliari de futuris quam Q | consiliari *om.* Z 256 sensus] sensitivus $P^{+}$ 257 iis] dictis N | ergo *om.* Q | quae adductae erant] adductis Q | erant] *ante* adductae B sunt NY 257-258 opinione opposita] opi. praedicta Q opposito Y 258 concluditur] concludit Z ostenditur S | oppositum] propositum Y 259 $est^{2}$ *om.* YQ 260-261 tum — habitus *om.* $B^{\pm}$ 260 indeterminata] ita determinata S | et determinabilis] debet determinari Z 261-263 tum — operetur *post* laus (265) Q 261 nata] ⌈...⌋ $B^{+}$

T [47] supple: vis. [48] Quartam rationem (n. 14) non ducit hic ad oppositum, sed eam infra fusius proponit (n. 46-47) et examini subicit (n. 49-56). [49] scil. rationes n. 11-13, adductae pro opinione Thomae (n. 10).

proprie delectari in sua propria operatione, et ita habere habitum quo delectabiliter operetur; tum quia eius est principalitas in operando operationes humanas, quia libera, et operationes humanae laudabiles requirunt in principali agente virtutem, cuius est laus; tum quia voluntas magis potest per habitum moderari passiones debito modo quam appetitus sensitivus (si eas haberet).

### [3. – CONTRA CONCLUSIONEM OPINIONIS THOMAE]

38 Praeter istas rationes[50], arguitur contra opinantem sic: si, secundum eum, 'in statu innocentiae in appetitu sensitivo non esset aliqua passio repugnans rectae rationi', – non esset necessarium po- [11]

APSZBNYQ(μυ)

262 proprie] *ante* nata (261) Y *om.* PSZB | propria *om.* NYQ 263 operatur S | est *om.* S 263-264 operando] agendo Z 264 libera] liberata est Q *add.* est NY 265 requiruntur Q | cuius est = A ratione c. habetur NYQμυ cui debetur ZB c. habetur PS 266 voluntas magis] m. v. Y | moderare BQ 267 eas] eos Q 269 Praeter] Propter A' *not.* Alius liber: Praeter $A^1$ *add.* autem B | si] *post* eum (270) A *post* innocentiae (270) PB quia cum N *om.* SZ 269-270 secundum eum *om.* N 270 sensitivo *om.* Y | non esset *ante* $in^2$ Q 270-271 aliqua] *rescr.* $P^1$ alia B 271 rectae rationi] ra. re. B | non] *praem.* et sic B | non esset] ⌊...⌋ $B^+$ | necesse Z 271-272 ponere *om.* A

F *270* THOMAS, *Summa theol.* I q. 95 a. 2 in corp. (V 422*ab*): «Passiones animae sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonum et malum. Unde omnium passionum animae quaedam ordinantur ad bonum, ut amor et gaudium, – quaedam ad malum, ut timor et dolor. Et quia in primo statu nullum malum aderat nec imminebat, nec aliquod bonum aberat quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendum..., omnes illae passiones quae respiciunt malum, in Adam non erant, ut timor et dolor et huiusmodi; similiter nec illae passiones quae respiriunt bonum non habitum et nunc habendum, ut cupiditas aestuans... In statu vero innocentiae inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus; unde non erant in eo passiones animae nisi ex rationis iudicio consequentes». *271* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 141B): «Humanae naturae duplex est status: scilicet naturae institutae absque peccato, et naturae destitutae per peccatum. Secundum statum primum, non plus contrariaretur appetitus sensibilis voluntati aut rationi quam ipsa voluntas... Quoad actum naturaliter erat voluntatis appetitus sic ordinatus, ut semper suo imperio praeveniret sensibile; et erat appetitus sensibilis sic ordinatus, quod quamquam ex se esset ad unum determinatus, tamen omnino natus esset obedire imperio voluntatis et moveri secundum ipsam, etiam contra id quod – quantum est ex se – naturaliter appeteret, ita quod in actu nullo modo contrariaretur appetitus sensibilis rationi plus quam voluntas... Et quod modo [scil. in statu naturae destitutae] possit sensualitas contrariari et rationi et voluntati simul, hoc est ei accidentale et poenale, inflictum propter peccatum... Propter quod oportet virtutem principatus ponere in voluntate: et propter suam indeterminationem naturalem, et propter suam poenalem ad vitium inclinationem..., et propter virium inferiorum regimen».

T [50] Cf. supra n. 15-37.



nere virtutem in illo appetitu sensitivo; et tamen virtutes tunc fuissent, quia tunc perfectus fuisset homo secundum eas, per Magistrum in littera.

Pro hoc etiam est auctoritas Augustini in *Epistola* 35 vel 36. 39

Item, idem in libro *Soliloquiorum*: «Perfecta ratio est anima perveniens ad finem». 40

Item, *De civitate* XI[51] cap. 15. 41

Item, Magister assignat actus qui possunt manere in patria; illi non sunt appetitus sensitivi. 42

### [C. – OPINIO PROPRIA]

[12] Ad quaestionem potest dici quod licet voluntas sine habitu posset in actum rectum et moraliter bonum, nec hoc solum, sed etiam 43

APSZBNYQ(μυ)

272 virtutem] virtutes B | sensitivo = A | tunc *om.* N 272-273 fuissent *in corr.* $B^1$ 273 perfectus fuisset homo] p. h. f. Y f. h. p. Q p. f. N | secundum] per B | eas] *add.* sicut patet Q | per] secundum B 273-274 Magistrum] *add.* Sententiarum B 274 littera] *add.* ergo in alio appetitu Z 275 Pro] Per Y | etiam] *post* est P *om.* NY | auctoritas Augustini] Augustinus PSZBQ | in *om.* BY | vel] et A 276 Item *om.* S | idem = A | libro Soliloquiorum = A Soliloquiis *rell.* μυ | ratio est] e. r. Q | anima] animae Y *om.* N 276-277 pervenientis AY 278 De civitate *om.* $B^{\pm}$ | XI] I *ante* De Qμυ libro I *rell.* 279 assignat] *praem.* in littera B *add.* in littera PSZ | qui] in quos Q | manere in patria *om.* NQ | illi] *praem.* et Q *add.* autem B 280 sunt *rep. post* appetitus $N^+$ | appetitus sensitivi] sensus appetitivi B 282 licet *om.* $Q^{\pm}$ | sine habitu] non habita Q 282-283 possit SZB 283 actum] habitum $S^{\pm}$ | et] etiam PZBN | hoc solum] tantum hoc Q | solum *in corr.* $A^1$ | etiam] et Y *om.* A

F *273-274* LOMBARDUS, *Sent.*, III d. 33 c. 1 n. 2-3 (SB V 188). *275* Virtutes nostras etiam post hanc terrenam vitam in nobis permansuras, proindeque non in sensitivo appetitu sed in voluntate sitas esse, docet AUGUST., *Epist.* 155, *ad Macedonium* c. 3 n. 12 (CSEL 44, 442-443; PL 33, 671): «Una ibi virtus erit et id ipsum erit virtus praemiumque virtutis... Haec ibi erit plena et sempiterna sapientia...; dicatur haec et prudentia... et fortitudo... et temperantia... et iustitia». *276* AUGUST., *Soliloquia* I c. 6 n. 13 (PL 32, 876): «Haec est vere perfecta virtus, ratio perveniens ad finem suum, quam beata vita consequitur». *278* Potius AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 6 (CCL 48, 421; PL 41, 409): «Quapropter homo, qui secundum Deum, non secundum hominem, vivit, oportet ut sit amator boni»; item, XV c. 22 (p. 488; col. 467): «Amor ipse ordinate amandus est, quo bene amatur quod amandum est, ut sit in nobis virtus qua vivitur bene. Unde mihi videtur quod definitio brevis et vera virtutis ordo est amoris». *279* LOMBARDUS, *Sent.* III d. 33 c. 3 n. 1-4 (SB V 188-189), ubi, adductis auctoritatibus AUGUST., *De Trin.* XIV c. 9 n. 12 (CCL 50A, 438-440; PL 42, 1045-1046), ita concludit: «Ecce aperte hic dicit Augustinus quod praedictae virtutes [cardinales] in futuro erunt, sed alios usus tunc habebunt quam modo».

T [51] Loco «XI» (seu «11») codices tradunt «libro I». Cf. tamen DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 33 n. 26 (XXI 275).

intellectus potest in rectum iudicium sine omni habitu intellectuali (primus quidem actus intellectus rectus et prima actio voluntatis recta praecedunt habitum, etiam secundum quemcumque gradum, quia ex eis generatur quodcumque quod primo inest de habitu), – tamen sicut in intellectu vel per primum actum vel per plures actus elicitos generatur habitus prudentiae, ita etiam vel per primum rectum 'eligere', consonum dictamini rationis rectae, vel per multas electiones rectas generatur in voluntate virtus recta, inclinans ipsam ad recte eligendum.

44 Istud probatur, quia prius naturaliter voluntas eligit quam ipsa [13] vel ratio aliquid imperet appetitui sensitivo. Ratio enim non videtur attingere appetitum sensitivum nisi mediante voluntate, quae est proprie appetitus rationalis; voluntas etiam prius vult aliquid in se quam imperet potentiae inferiori actum contra illud: non enim quia imperat potentiae inferiori, ideo vult illud, sed e converso. In illo ergo priore potest voluntas ex rectis electionibus (cum sit aeque indeterminata et determinabilis sicut intellectus) generare in se ipsa habitum inclinantem ad recte eligendum, – et hic habitus propriissime erit virtus, quia propriissime habitus electivus inclinat ad agendum sicut generatur ex rectis electionibus.

---

APSZBNYQ(μυ)

284 in rectum] *spat. vac.* Y | habitu] *ante* omni N actu A 285 primus quidem] primo; si enim Q | rectus] *ante* intellectus BQ *om.* PSZ | prima] post Q 286 etiam] et S igitur N 287 quodcumque] quidquid BQ | quod = A | primo — habitu] prius habitum Y 288 tamen *om.* Z | in *om.* $S^{\pm}$ | vel$^{1}$ *om.* B | actum *om.* Y 289 elicitos] *add.* recte Q | generatus Y | vel *om.* Q 289-290 rectum] *om.* Y *add.* actum $A^{+}$ 290 consonum] consoni (!) S *add.* recto N *sequitur spat. vac. unius cm.* Y | dictamini rationis rectae] re. rationi vel rectae d. ra. Q re. d. ra. S d. re. ra. PZ d. ra. NY | vel per] et p. N propter Y 291 electiones rectas] tales e. Q | recta] rectus (!) S 292 ad *om.* B | recte] *praem.* consimiliter PSZB | eliciendum S 293 Istud] Hoc Q Et hoc B | voluntas] *ante* prius B *post* eligit Q | quam] vel $S^{\pm}$ 294 vel *om.* Y | aliquid *om.* Q | imperet] imperat *ante* aliquid SZ i. vel imprimat *ante* aliquid P imprimat ANYQ | appetitui sensitivo] *ante* aliquid NY in appetitu sensitivo $P^{2}Z$ | videtur] valet Y 295 quae] qui S 296 proprie *om.* Y | etiam] autem Q *om.* Y 297 imperet] imparet (!) A imperetur Y | actus Y | contra] circa ZNY 298 inferiori] *om.* N *add.* aliquid PZB | ideo *om.* Y | illud *om.* NQ 298-299 In illo ergo] Ergo in illo Q Minus e. Y 299 ex rectis electionibus *post* ipsa (300) Q | electionibus] volitionibus $S^{+}$ | cum] […] $P^{+}$ | aeque] causa Y *om.* Q 299-300 determinata Y 300 generare] generaliter habet Y | ipsa] ipsam N ipso Y *om.* B 301 eligendum] agendum et diligendum NY | hic] iste $A^{\pm}$ | proprie B 302 erit] est PN | electus B | inclinat ad agendum] inclinans ad recte eliciendum Q 303 generatur] *post* electionibus Q ingeneratur S | rectis electionibus] e. r. P



Potest tamen concedi quod si voluntas – volens – potest imperare appetitui sensitivo vel moderando passionem eius vel imperando prosecutionem vel fugam[52], si sint actus appetitus sensitivi potest derelinquere ex imperiis rectis aliquem habitum in appetitu sensitivo, inclinantem ad hoc ut appetitus sensitivus delectabiliter moveatur ad similia ex imperio voluntatis. Et iste habitus derelictus, licet non sit proprie virtus, quia non habitus electivus nec inclinans ad electiones, potest tamen concedi aliquo modo esse virtus, quia inclinat ad illa quae sunt rectae rationi consona. 45

### [D. – INSTANTIAE CONTRA SOLUTIONEM PROPRIAM]

[14] Contra primum membrum[53] obicitur, quia tunc secundum hoc 46 possent in angelo esse virtutes morales[54], – probatio: nam angelus potest habere recta 'velle' circa ea circa quae appetitus sensitivus natus est passionari, et ita ex talibus multis rectis 'velle' generaretur in eo virtus. Confirmatur istud, quia non solum circa passiones inexsistentes in parte sensitiva contingit recte eligere, sed etiam circa passiones ostensas ab intellectu, etiamsi numquam inerunt nec infue-

---

APSZBNYQ(μυ)

304 tamen] enim Y | quod] quia P | si *om.* Z | voluntas] *om.* Y *add.* aliquid Z | volens] imperans $A^{+}$ 305 moderando *post* eius B | imperando *om.* ANYQ 306 prosecutionem vel fugam] f. vel p. B | si sint] si sit A sicut Q 308 inclinantem] inclinante NY *add.* ipsum B | appetitus sensitivus *om.* B 309 similia] consimilia B sensibilia Q | Et iste] Et ille NY Qui Q 310 electivus] elicitus Y | nec] ut Q 311 concedi] *post* modo Y *om.* B | esse *om.* Y 312 illa] ea PSZB | rectae rationi consona = A c. ra. re. Bμυ c. re. ra. *rell.* 314-318 Contra — virtus *post* sensitivo (323) P 314 primum *om.* Y | membrum *om.* B | quia] quod S | secundum hoc = A 315 possent in angelo esse = A p. (p. *om.* S) in circulo e. PS in a. essent ZB in a. p. e. NYQμυ | morales] *add.* vel in centro (c.] Deo Z) $P^{+}$SZ | probatio = AP | nam] quia B 316 habere *om.* SB | recta] rectum Q recte BY | circa quae] q. Z quibus Q 317 est *om.* $B^{+}$ | ex] de Z | talibus multis] m. t. Q | rectis] *post* velle SZB *om.* Q 318 virtus] *add.* quod est falsum PSZB | Confirmatur] *add.* contra N | istud] illud Z *om.* Q *add.* membrum PNY | circa *om.* SZ 319 sed] verum N et P | etiam *om.* BQ 320 extensas N | inerunt] erunt Y | nec] vel SZBY

T [52] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 3 (AL XXVI$^{3}$ 254; Z c. 2, 1139*a* 21-23): «Est autem quod in mente affirmatio et negatio, hoc in appetitu [est] et persecutio et fuga». 'Persecutio' seu 'persequi' (graece δίωξις et διώκειν) est 'sequi assequendi causā' seu 'appetere'; antiquae tamen translationes habent «prosecutio» et «prosequi», quae forma a doctoribus scholasticis magis adhibetur: cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 359 (I 232-233); *Lectura* III d. 33 n. 64 (XXI 289); THOMAS, *Sent.* III d. 33 q. 3 a. 2 qc. 1 in corp. (ed. Parmen. VII 370*a*); *De virtutibus cardinalibus* a. 1 in corp. (ed. Parmen VIII 627*b*); HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139R); VIII q. 15 in corp. (f. 327X. 328Z); etc. [53] Cf. supra n. 43-44. [54] Cf. supra n. 14.

runt, sicut tactum est in quaestione 'De scientia practica' in prooemio I[55]; ergo ex electionibus talibus generatur virtus in voluntate, et nulla concomitatur in appetitu sensitivo.

47 Praeterea, si virtus moralis esset in voluntate, ergo ipsa esset nobilior quam prudentia, quia perfectibilis nobilioris nobilior est perfectio[56]. Consequens est contra Philosophum VI *Ethicorum*[57]; ergo et antecedens. [15]

48 Contra secundum membrum[58] arguitur, quia si ex hoc solo quod appetitus sensitivus movetur ab imperio voluntatis, potest generari in ipso quaedam qualitas inclinans ad similes actus, et illa sit virtus, ergo pari ratione in parte corporis frequenter mota ex imperio voluntatis potest generari habitus moralis, – et non solum hic, sed in inanimatis et irrationalibus quibus voluntas utitur.

### [E. – RESPONSIO AD INSTANTIAS]

49 [Ad primam instantiam] – Ad primum[59] potest concedi quod si angelus esset creatus in puris naturalibus, non habens in voluntate virtutes morales, possent[60] generari in eo ex multis rectis electionibus, [16]

APSZBNYQ(μυ)

321 sicut] *praem.* nec Y | quaestione] *add.* quadam PSZB 322 ex] de Z | electionibus talibus = A e. Y t. e. *rell.* μυ | generabitur PSZB | virtus *om.* Q 322-324 et — voluntate *om.* S 323 concomitantur P 324 esset$^{2}$] est S *om.* Z 324-325 nobilior] *add.* et perfectior P 325 perfectibilis nobilioris = A perfectioris vel n. Y n. p. *rell.* μυ | nobilior est] e. n. Q 326 Consequens] Antecedens Y | VI Ethicorum] quaere N *om.* Q *add.* cap. P$^{+}$ *add.* quaere SB 327 et *om.* SZB | antecedens] consequens SY 328 secundum = A aliud *rell.* μυ | arguitur *om.* SZB | quia] quod N | hoc solo] s. h. P$^{+}$N h. solum Y 330 in ipso] *ante* generari (329) B in ipsa S | quaedam qualitas] q. habilitas SZB quidam habitus Y | similes] *post* actus B consimiles Y | illa] ista P 331 frequenter *om.* Y | ex] ab P 332 non solum hic *om.* Q 332-337 solum — virtutes *om.* Z 332 sed] *add.* etiam PSBQ | in *rep. post* et (333) B 333 rationalibus Q$^{+}$ | quibus] quia AP$^{+}$S 335 potest] *post* concedi Q posset B | si] etsi P$^{2}$ 336 creatus] *add.* vel potest esse creatus N 337 possunt Y | generari *post* eo B | rectis electionibus] e. r. Z

F *326* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 11 (AL XXVI$^{3}$ 265; Z c. 11, 1143*a* 8-9): «Prudentia quidem enim praeceptiva est: quid enim oportet agere vel non, finis ipsius est»; c. 15 (p. 268; c. 13, 1144*a* 6-9): «Adhuc opus perficitur et secundum prudentiam et moralem virtutem: virtus quidem enim intentionem facit rectam, prudentia autem [facit] quae ad hanc [intentionem conferunt]».

T [55] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 288 (I 191-192). [56] Cf. ibid. n. 353 (I 228-229); ARISTOT., *Politica* VII c. 14 (H c. 14, 1333*a* 23-30). [57] Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VI c. 10 (XLVII$^{2}$ 372*a*): «Prudentia... est bene consiliativa et iudicativa et praeceptiva eorum quae sunt ad finem». [58] Cf. supra n. 45. [59] Cf. supra n. 46. [60] supple: tales virtutes.



non quidem circa passiones in appetitu sensitivo sibi inexsistentes (nec quae infuerunt vel inerunt vel possunt inesse), sed tantum circa tales passiones in universali ostensas per intellectum, qua ostensione posita et dictato quid sic esset – potenti habere eas – eligendum in eis, voluntas eius consona tali dictamini ex multis electionibus posset habere habitum moralem rectum.

Et istud probatur: 50

Tum quia[61] omnem voluntatem non necessario carentem perfectione conveniente voluntati, convenit habere quamcumque perfectionem voluntatis; velle autem bonum circa agilibe non solum sibi, sed etiam alteri (et hoc non tantum in ordine ad bonum divinum, sed in quantum est quoddam bonum proprium), est perfectio quaedam voluntatis, – et voluntas angeli non necessario est imperfecta, igitur sibi potest competere habitus quo velit mihi bonum temperantiae in quantum est tale bonum conveniens mihi. Iste habitus non potest dici 'caritas', quia (ut dictum est) iste habitus non est tantum bonum quoddam ad diligendum Deum, sed sub propria ratione bonitatis in ea[62]; nec[63] alius quam temperantia, quia per 'mihi' et 'tibi' non variatur formalis ratio habitus; ergo sicut habitu temperantiae formaliter eligo mihi hoc bonum, ita habitu eiusdem rationis vult quicumque alius mihi hoc bonum. Et ita in angelo erit temperantia qua mihi vult hoc bonum.

APSZBNYQ(μυ)

338 sibi *om.* SZB 339 quae] qui Y | vel inerunt] v. inexsistunt Y *om.* B | vel$^{2}$] nec B | possunt] possint Q possent Z | tantum] solum Q unum A 340 ostensas *ante* in Z 341 posita] facta et p. PSZB | quid] quem N | sic *om.* Q | sic esset] sit P$^{2}$SZ | potenti] *rescr.* P$^{2}$ possibilis N si possibile *post* eligendum (341-342) Q | haberi ASNQ | eas] *add.* esse APSN *add.* esset B 341-342 eliciendum BNY 342 in] ab Q | eius *om.* Y 343 haberi N | habitum *om.* Y | rectum *om.* A 344 Et istud] Illud Z Et hoc B Hoc Q 345 voluntatem non necessario] v. Q necessarium modum non Y | carentem *rep. post* perfectione (345-346) N 346 voluntatis BN 347 circa] *add.* generale B 348 etiam] et YQ *om.* Z 349 sed] *add.* etiam PSZB | quoddam bonum proprium] p. b. q. NY b. p. A 349-350 est perfectio quaedam = A q. e. p. Y e. q. p. *rell.* μυ 350 et *om.* B | et voluntas *om.* S | necessario *om.* A 351 sibi potest] p. s. Q | quo] quod A pro q. P | mihi *om.* B$^{*}$ 351-352 temperantiae] temporale Y 352 est] *post* bonum Y *om.* B | tale] huiusmodi Y *om.* Q | conveniens — habitus] mihi c. Habitus iste Q 353 iste habitus] ille h. Y i. S istud B 354 quoddam] ut aliquid ordinatum Q 354-355 propria — alius] ratione propriae bonitatis in eo, nec est a. habitus Q 355 per] pro A 355-356 per — tibi *om.* Y 356 formaliter S | sicut] *add.* in Q | habitus Y 357 eligit Y | hoc *om.* BY | ita] in Y omni Z 357-358 ita — bonum *om.* S 358 vult — mihi] potest m. quilibet velle Q 358-359 Et — bonum *om.* Q 358 erit] est PZ esse N 359 qua] quia N | mihi vult] v. m. B | hoc *om.* P

T [61] Loco subsequentis «Tum quia» habetur «Hoc modo etiam» (n. 51). [62] supple: temperantia. [63] supple: est.

51 Hoc modo etiam consequenter posset poni in Deo esse ratio virtutum moralium, sicut in eo conceditur caritas sine accidentalitate eius[64].

52 Et ita ex ista ratione de angelo, quae adducitur contra propositum[65], potest sumi ratio ad propositum: nam voluntas angeli potest velle mihi bonum, quod est proprius habitus temperantiae in quantum est 'tale bonum'; ergo ex habitu temperantiae potest illud velle (sicut est argutum[66]), et ita erit in eo temperantia, – et non in parte sensitiva, ergo in alia[67].

53 Quod si obiciatur quod est contra Philosopum, qui negat X *Ethicorum* a diis virtutes morales, – respondeo: ita forte negaret ab eis omnem habitum accidentalem, si secundum aliquos poneret eos naturaliter bonos. [17]

54 Aliter, si non placet ponere virtutes morales in eis, potest negari consequentia illius rationis factae contra propositum[68], – et hoc altero istorum modorum:

Vel quia virtus est non circa quodcumque bonum, sed circa difficile; bonum autem tale, quod ponitur obiectum tale voluntatis, non

APSZBNYQ(μυ)

360 Hoc] *praem.* Et B | etiam *om.* ZQ | consequenter] consentire A´ *not* consequenter, credo $A^1$ | posset *om.* Z | poni] dici SZ | ratio ] rationem NYQ   360-361 virtutem (!) N   361 conceditur] *add.* esse PSB | sine] *rep.* B sive Y | accidentalitate] accidente Z actus Y   363 ita … ista] $i^a$ … $i^a$ P | ista ratione] r. i. Y   364 potest sumi] p. assumi B p. fieri A sumitur Q   365 quod] qui Y | quod — habitus *om.* Q | habitus] actus NY   365-366 in — temperantiae] *rep.* P *om.* N | in — bonum *om.* Q   366 tali B | ergo *om.* Z   367 sicut *om.* $P^*$ | est argutum = A a. e. *rell.* μυ | erit] est P esset Z | non *om.* $S^+N$ | $in^2$ *om.* S   368 ergo in alia *om.* A   369 Quod *om.* Q | obicitur Q | quod] q. hoc Y quia hoc N hoc PSZB | est] esse PSZB | qui negat *post* Ethicorum (370) (*et sequitur spat. vac. unius cm. in* P) PSZBQ | X] IV APSZ   370 a *om.* SZ | a diis] ab eis P   370-373 respondeo — morales *rep.* N   370 ita *om.* Q   371 omnem] *om.* B *add.* formam et PSZB | aliquos] alios *utrobique* N   372 bonos] beatos PQ   373 placet] placeat PSZB placeret N | virtutes — eis] in e. v. Q *add.* tunc PSZB   374 illius] *comp.* S | facta B | contra] circa Y   376 Vel *om.* Y | est non] n. e. BQ   376-377 sed circa difficile] d. Q´ s. c. d. bonum $Q^2$   376 circa] contra N   377 $tale^2$ = AZ | voluntatis] virtutis Q

F *369* ARISTOT., *Eth. Nic.* X c. 10 (AL $XXVI^3$ 362; K c. 8, 1178*b* 8-18); textus cf. supra ad lin. *67-68.*   *371* AUGUST., *De civ. Dei* IV c. 18 (CCL 47, 112; PL 41, 126): «Certe omnes deos utriusque sexus (si et sexum habent) non nisi bonos existimare debemus: hoc Plato dicit, hoc alii philosophi, hoc excellentes rei publicae populorumque rectores».

T [64] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* III d. 32 c. 2 n. 1 (SB V 185): «Cum autem dilectio Dei immutabilis sit, et ideo non intenditur vel remittitur…»; c. 3 n. 1 (p. 186): «Dilectio Dei… non recipit magis vel minus secundum essentiam».   [65] Cf. supra n. 46.   [66] Cf. supra n. 50.   [67] scil. in alia parte seu in voluntate.   [68] Cf. supra n. 46.



est difficile alicui nisi habenti appetitum sensitivum, qui natus est ferri in oppositum illius boni, saltem quantum ad aliquam circumstantiam, – et ex hoc quod appetitus sensitivus sic inclinatur, in eodem nata est voluntas ei sic condelectari; et ex hoc difficile est voluntati tendere in bonum indebite circumstantionatum. Angelus ergo, qui non habet appetitum sensitivum, voluntas eius[69] non est nata condelectari alicui tali habitui vel appetitui; et ideo sine difficultate tendit in bonum morale, hoc est circumstantionatum recte.

Alio modo potest dici quod duplex est volitio: una simplex, quae est quaedam complacentia obiecti, – alia efficax, qua scilicet volens prosequitur ad habendum volitum in se si non impediatur. Sola secunda proprie est electio, eo modo quo Philosophus loquitur III *Ethicorum*: «Voluntas est impossibilium, electio non», quia nullus eligit impossibile, hoc est efficaciter vult ex qua volitione prosequatur illud, licet aliquis simplici complacentia posset velle impossibilia (quo modo forte peccavit primus angelus – vel peccare potuit – volendo impossibile, id est aequalitem Dei[70]). 55

APSZBNYQ(μυ)

378 nisi] non ZNYQ   379 ferri] fieri SB | illius] *comp.* S huius Y   381 voluntas *ante* in (380) Q | ei] sibi Q *om.* Y | sic *om.* Q   381-382 voluntati] *add.* sic N   382 debite SBQ   382-384 Angelus — ideo] Voluntas autem angeli, quia (q. *om.* Q) non est coniuncta appetitui sensitivo, non est nata condelectari (c.] delectari $Q^+$) sibi, et ita Qμυ   382-383 Angelus ergo] Ergo a. Z   384 tali] alteri SZB | habitui vel appetitui = AP h. N a. *rell.* | et ideo *om.* Y | difficultate] difficile d. (!) S   385 circumstantionatum recte = N c. ratione AY r. c. *rell.* μυ   386 quod *om.* Y | una] quaedam SZB | quae *om.* Z   387 quaedam] *om.* N *add.* simplex B | complacentia] *spat. vac.* S | obiecti] *add.* simpliciter Z | qua scilicet] secundum quam PSZB   387-388 volens prosequitur] p. v. B   388 impediatur *om.* Z | Sola] *add.* autem BQ   389 proprie *om.* SB | est] *ante* proprie Q *post* electio B | loquitur] de electione PSZB | III] II A   390 Ethicorum] *add.* quod P | Voluntas] quod non est impossibilium, v. autem SZB | impossibilium] impo (*spat. vac.*) Y | electio non *om.* S | quia nullus = A n. enim *rell.* μυ   391 hoc] id SQ | efficaciter *rep. post* volitione Z | vult] vel $P^+$   392 illud] istud Y *add.* (*seu rep.*) licet aliquis primus angelus vel peccare potuit volendo impossibile (*cf.* 393-394) $A^+$(¶ *sign.* Vacat) | complacentia] volitione $N^+Q$ *add.* obiecti $Z^+$ | posset *ante* simplici Q | incompossibilia Y   393 quo modo] sicut B | angelus] *add.* malus Z | vel peccare potuit] *ante* primus BQ v. peccasse po. Z   393-394 volendo] appetendo SZB appetendo vel vo. P   394 impossibile, id est] i., scilicet Z *om.* NYQ | Dei *om.* Y

F *389* ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 5 (AL $XXVI^3$ 183; Γ c. 4, 1111*b* 20-23): «Electio… non est impossibilium…; voluntas autem est impossibilium, puta immortalitatis».

T [69] Adest hic anacoluthon seu inconsequentia grammaticalis, quae alibi quoque occurrit (cf. ed. nostra, XIX 50*).   [70] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 6 n. 11 (VIII 28).

56 Potest igitur dici quod in habentibus appetitum sensitivum, voluntas potest esse principium electionum multarum respectu boni moralis, et ista volitio efficax est 'electio', quae sola nata est generare habitum, qui licet sit prior omni habitu in appetitu sensitivo, tamen natus est esse principium imperandi tali appetitui; in angelo autem potest esse volitio simplex, sed non nata imperare.

57 [Ad secundam instantiam] – Ad secundum[71], quamvis posset dici [18] quod non oportet omnem perfectionem nobilioris perfectibilis esse nobiliorem, siquidem in nobiliore est aliqua perfectio minus nobilis aliqua perfectione in minus nobili, oportet tamen supremam nobilioris excedere supremam minus nobilis; virtus autem moralis non est suprema perfectio voluntatis, nec prudentia suprema perfectio intellectus, sed caritas voluntatis et fides ipsius intellectus; et caritas videtur excedere fidem.

58 Tamen ista responsio non videtur sufficere, quia respectu eiusdem obiecti nobilior potentia videtur habere nobiliorem actum, quando utraque agit secundum ultimum sui, quia ibi non est excessus ex parte obiecti (quia idem est), sed tantum ex parte potentiarum, – et eatenus nobilior excedit. Igitur cum circa bonum morale, quod est idem obiectum, sit actus intellectus practici et voluntatis, si utraque[72] perfecte agat (haec dictando et haec eligendo), simplici-

APSZBNYQ(μυ)

395 appetitum sensitivum] s. a. Z 396 potest esse] e. p. N | electionum multarum = A m. e. *rell.* μυ | boni] obiecti Q 397 ista] *rescr.* $P^2$ illa N ita SBY | est electio] el. est B 398 qui] quae N 399 appetitui] habitui $A^+$ 400 simplex, sed] simpliciter Q 401 quamvis] licet PSZB | dici] negari Q 402 non] *add.* quia non B | perfectionem] condicionem SB p. vel condicionem P | nobilioris] nobilitatis N melioris Y 403 nobiliorem] meliorem Y 403-404 siquidem — tamen] quacumque perfectione imperfectibili minus nobili, sed sufficit Q 403 aliqua *rescr.* $P^1$ 404 aliqua] *rescr.* $P^1$ alia Y | aliqua — nobili *om.* N | in minus nobili] quae est m. nobilis Y | nobili] nobiliore Z 404-405 nobiliorem Y 405 nobilis] nobilem Y moralis Z | moralis] nobilis P 406 suprema perfectio$^1$] p. s. NY | voluntatis — suprema$^2$ *om.* N | nec prudentia suprema *rep. post* voluntatis (406) $B^+$ | suprema perfectio$^2$ *om.* Q 407-408 sed — fidem *om.* Q 407 et$^1$] est P | ipsius = A 408 videtur] dicitur Y 409 ista] *ante* Tamen B *om.* Y | sufficere] satisfacere SB s. nec satisfacere Z satisfacere (*in spatio vacuo* $P^2$) nec s. P 409-410 eiusdem obiecti] o. e. N 410 potentia] prudentia A 411 ultimum sui] u. A totam virtutem sui Q *om.* N | quia] et N | ibi *om.* SB 412 ex$^1$ … ex$^2$] a … a Z | quia] quod SBQ | idem est] e. i. Q in Deum e. Y | sed tantum] s. tamen Y igitur Q 413 eatenus] aetate nullus S | excedit] *add.* aliam PSZB | Igitur cum] Cum ig. Q 414 sit] erit SB 415 haec$^1$] *add.* scilicet B | et *om.* SZB | haec$^2$] illa Q *add.* scilicet B | eliciendo PSB

T [71] Cf. supra n. 47. [72] supple: potentia.



ter nobilior erit electio recta quam dictamen rectum; et per consequens habitus generatus ex electionibus erit perfectior simpliciter habitu generato ex actibus nobilioribus, – quod concedo.

[19] Et ad Philosophum, praeferentem prudentiam[73], respondeo: 59
prudentia est quodammodo regula aliarum virtutum pro quanto ipsa vel actus eius praecedit generatione habitum et actum virtutis moralis, – et in ea prioritate actus et habitus morales conformantur sibi[74] tamquam priori, et non e converso. Haec prioritas videtur apud Philosophum concludere rationem regulae et mensurae, et in hoc dignitatem, – sed non simpliciter.

[Ad tertiam instantiam] – Ad tertium[75] conceditur quod in parte cor- 60
poris potest esse virtus et habitus, sicut patet in manu scriptoris et pictoris: manus enim mea inexercitata inhabilis est in illa facultate vel in eius facilitate quae est ad citharizandum; exercitata autem, habilis est, quod non est nisi ex habilitate inhaerente manui, – quae habilitas ponitur et conceditur esse quaedam virtus, quia quaedam qualitas habilitans ad opus virtutis moralis. Conceditur etiam hoc ulterius de irrationali, ut de equo, qui est habilitatus ad actus quosdam ad quos est assuefactus. Sed in mere inanimatis non invenitur talis habilitas: non enim ex consuetudine facilius proicitur lapis sursum.

APSZBNYQ(μυ)

416 nobilior erit] e. (est $P^2$) n. PSB 417 electionibus] *add.* rectis NYQ | erit] est N *om.* PSZ | perfectior = A nobilior $P^2$ *rell.* (*om.* SZ) μυ | simpliciter *om.* NYQ 418 habitu] actu S | actibus] dictaminibus BNYQ | nobilioribus = A nobilibus PS intellectus Z rectis NYQμυ 419 respondeo] primo Q 420 est quodammodo] q. e. Q | regula] respectu AP | pro] et Y 421 generatione — actum] g. a. (a. *rep.* $P^+$) et habitum P generationem habituum et actuum Z | et] vel N 422 in ea] ex ista Q | prioritate] praecedente Z praeordinate Y | actus et habitus] h. et a. B | morales *om.* A | morales conformantur] moralis conformatur ZQ 423 tamquam priori *om.* Q | Haec] *praem.* Praeterea N *praem.* Similiter Q 423-424 videtur apud Philosophum = A a. Ph. v. *rell.* μυ 425 non simpliciter] sequitur 'ergo simpliciter dignior' Q 426 tertium] secundum Y quartum N | concedo Q 427 et$^1$ *rep. ante* virtus Y 428 inhabilis est] non est habilis B | illa] ea SB 428-429 facultate vel in eius *om.* PS 429 vel — facilitate *om.* ZBNYQ | exercitati Y 429-430 habilis est] e. h. PSZB 430 quod — nisi *om.* Y | ex *om.* Q | quae] haec N 431 ponitur et conceditur] c. et p. NY c. Q | esse *om.* Y | quaedam$^1$ *om.* B 431-432 qualitas *om.* N 432 etiam hoc] h. e. N 433 irrationali] irrationabili P rationali $B^+$ | ut] et Y *add.* hoc B | qui est habilitatus *om.* NYQ | actus quosdam] q. a. PSZB 434 assuetus BQ | invenitur] est B 434-435 talis habilitas *om.* NYQ 435 enim *om.* S | facilius] *post* proicitur Q *post* lapis B | sursum] deorsum Q

T [73] Cf. supra n. 47. [74] scil. virtuti morali. [75] Cf. supra n. 48.

[II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

61 Ad argumenta principalia. [20]

Ad omnes auctoritates[76] concedo illud quod assumunt, scilicet quod in appetitu sensitivo est quaedam qualitas quae potest dici 'virtus', tamen minus perfecte habens rationem virtutis quam illa qualitas quae est in voluntate inclinans ad electionem.

62 Ad illud ultimum, de irascibili et concupiscibili[77], dico quod sunt non tantum in appetitu sensitivo, sed in voluntate. Et cum obicis de obiectis arduo et delectabili[78]: sive illa sint obiecta sive non, de hoc in sequente quaestione[79], – ita potest inveniri distinctio ex parte obiectorum, comparando ad voluntatem, sicut ex parte appetitus sensitivi.

63 Ad aliud, cum arguitur quod voluntas sufficienter perficitur per virtutem theologicam[80], respondeo: verum est respectu boni divini, et respectu nullius alterius nisi in ordine ad 'diligere Deum' (ita quod nullus actus elicitur a caritate nisi cuius obiectum – ad quod sistitur – est Deus), licet per alia obiecta media. Non solum autem possum ordinate velle mihi bonum, volendo ordinate 'me velle Deum', sed etiam 'hoc bonum', in quantum habet talem bonitatem convenientem mihi secundum propriam rationem; et sic velle 'hoc bonum' competit sibi[81] ex alio habitu.

64 Et si obicias 'ille habitus non erit ratio referendi in Deum, ergo [21]

APSZBNYQ(μυ)

438 illud] *post* quod SZ *om.* Q | assumunt] affirmant PSNY affirmatum Z confirmatum Q 438-439 scilicet quod] q. sc. PS 439 dici] esse A 440 tamen — virtutis] licet minus proprie Q | perfecte habens] h. p. N | illa] alia Z 440-441 qualitas *om.* Q 442 illud *om.* B | ultimum *om.* Q 442-443 sunt non] n. s. B 443 sed] *add.* etiam PSZB | obicis] obicit PSZ obicitur Q 444 obiectis] obiecto SZB 445 hoc in] quo Q | sequente quaestione] q. s. ZQ | quaestione, ita] q. 2 A | inveniri distinctio] d. i. N | ex parte *om.* SB 446 comparatio N 446-447 ex — sensitivi] comparando ad appetitum sensitivum Q 448 aliud, cum] illud quod B | arguitur] dicitur Q | quod *om.* S 450 diligendum Z 451 a = A ex *rell.* μυ 451-452 sistitur] si scitur Y 452 est *rep.* N | obiecta *om.* Z 453 velle[1] — ordinate[2] *om.* S | velle mihi] m. v. ZBY | mihi — velle[2]] Deum vel hoc bonum in ordine ad Q 453-455 volendo — velle *om.* Z 454 hoc bonum] b. h. Q 454-455 in — sic] ordinate me S 454 talem bonitatem] b. t. NY 455 propriam] suam p. B 456 competit] est Q | sibi] mihi ZB *om.* NYQ 457 Et *om.* PSB | obicias] obicis Z obicitur BQ | ille] *praem.* quod PSZB | erit] est PSY | Deum] divinum Q′ *pon.* Deum Q$^2$

T [76] Cf. supra n. 2-5. [77] Cf. supra n. 6. [78] Cf. ibid. [79] Cf. infra d. 34 n. 38-49. [80] Respondet hic ad argumentum quod supra deest, sed habetur in *Lectura*, – cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 33 n. 6 (XXI 268-269). – Hoc alibi quoque contigit (cf. ed. nostra, XVII 12*). [81] scil. voluntati.



non erit rectus, quia actus eius videtur frui bono creato', – respondeo quod habitus inferior non habet de se actum habitus superioris; caritas autem – quae est habitus superior – habet hunc habitum 'referre immediate in Deum'; nullus ergo alius habitus proprie habet ex se sic referre, sed tantum habet ex se proprium suum actum diligendi hoc bonum, quod bonum ulterius debet referri per caritatem. Nec ex hoc sequitur quod[82] inferior sit malus, nec quod sit principium fruendi bono creato, quia etsi non referat negative fruendo, non tamen refert contrarie, scilicet repugnando relationi; 'frui' autem non tantum includit 'non referre negative', sed oppositum eius quod est 'uti contrarie', sicut dictum est distinctione 1 I 'De frui'[83].

[22] Ad illud de libro *Politicorum*, de principatu despotico[84], dicitur quod Philosophus putavit condicionem naturae humanae corruptae esse condicionem naturae institutae. 65

Tamen de hoc aliter dictum est in II libro, qualiter appetitus inferior natus erat habere suam delectationem et qualiter potuit concorditer moveri voluntati, ita tamen quod etiam potuit poni aliqua virtus in utroque appetitu, – nisi forte iustitia originalis faceret in vo- 66

APSZBNYQ(μυ)

458 erit] est P | increato Y 458-459 respondeo] *add.* dico PSZ 459 quod] *om.* Q *add.* huiusmodi Y 460 caritas — superior *om.* S | autem *om.* A | hunc *om.* Z | habitum] actum] PSZBQ 460-461 referre *ante* hunc Q 461 alius *om.* Y | proprie habet] h. (potest B) p. PSZBQ 462 sic] illam (*praem.* habere B$^{+}$) rationem scilicet sic (sic *om.* S) illum SB *praem.* illum Z | tantum] tamen S | proprium suum actum = A s. p. a. Q p. a. s. *rell.* s. a. p. μυ 463 bonum[1]] totum Z | ulterius] *post* debet BQ *post* referri N 465 quia *om.* B$^{\pm}$ | referat] *add.* tantum Q | fruendi N 466 non *rep. post* tamen SZN | non tamen refert] et n. Q *add.* non B$^{+}$ 466-467 frui autem] scilicet repugnando frui recto, hoc non est frui, quia frui Q 467 tantum *post* sed Y 468 quod est *om.* NQ | uti contrarie] c. scilicet u. Q u. contrarium Y | sicut] id est S | distinctione] de N | 1 I *om.* S | I] *add.* libri PB | De frui *om.* Q 469 illud] aliud PS | de *om.* NY | libro] II A l. II (*ante* dicitur ZNY) PZNY | Politicorum] Philosophi Y *om.* Q | despotico] *add.* et politico NQ *add.* et potestate politica Y | dicitur] dicendum est B 470 Philosophus *om.* APS | humanae *om.* Q 471 condicionem naturae institutae] i. n. c. B c. n. humanae i. Z corruptionem n. i. Q | institutae] iustificatae S 472 de hoc *ante* tamen PSZB | II libro] l. II PNY I l. S 473 erat habere suam] est s. h. Z | delectationem] *comp.* B electionem S | qualiter] quare P 474 moveri] *ante* concorditer (473-474) PSZB *post* voluntati Q | etiam *om.* SZNYQ | potuit] *comp.* Y | aliqua *rescr.* P$^2$ 475 nisi] si Y

F *469* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 140Y): «Etiam Aristoteles aliquo modo posuit morales habitus in eis [scil. in viribus inferioribus], quia credidit statum esse naturalem naturae statum qui nunc est».

T [82] supple: habitus. [83] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 1 n. 16. 66. 68. 180. 186 (II 10. 49-50. 51. 118-119. 123). Cf. etiam ibid. II d. 41 n. 10-11 (VIII 476). [84] Cf. supra n. 5.

luntate perfectius dominium respectu appetitus sensitivi, et posset statim uti appetitu sensitivo serviliter[85] (sed adhuc non salvaretur, ut videtur, quod appetitus sensitivus delectaretur, quantumcumque voluntas dominaretur super eum, nisi in ipso appetitu esset aliquis habitus inclinans ad talem motionem, – quemadmodum si ego, volens te recte eligere circa passionem aliquam, possem generare in me ex hoc virtutem moralem aliquam).

67 Tenendo istam viam[86], distinguitur de voluntate[g] ut natura, ut libera et ut deliberativa.

68 Primo modo, negatur ab ea virtus, quia sic naturaliter tendit in finem et in omne bonum ostensum ut in ipso relucet finis; et propter talem determinationem non requiritur virtus in ea ut sic.

---

[g] *Sequitur textus interpolatus*: ut natura et ut substantia est et ut 'haec'. Dicitur quod voluntas potest considerari.

APSZBNYQ(μυ)

476 et] ita quod Q | possem P  477 serviliter] *comp.* P *om.* Y | salvaretur] *comp.* ZB  478 quod] quin Z | delectaretur] delectabiliter moveretur Q | quantumcumque] quaecumque Y  479 eum] eam S qua B[+] | ipso appetitu] a. i. P  480 quemadmodum = Z exemplum B eliciendum Qμυ concedendum N *comp. rell.* | si] sicut Q  481 te recte] r. te B tentione N | passionem aliquam] a. p. PSZB  481-482 generare — hoc] ex h. in me g. B  481 generare in me] immediate g. Q  481-482 ex hoc] *ante* generare (481) Z in h. *ante* generare (481) S *post* moralem (482) Q  482 virtutem moralem aliquam = A v. m. NYQμυ a. v. m. *rell.*  483 istam viam] igitur v. i. Q i. vitam S | de] a Y | ut natura] *om.* NYQ *add.* vel Z  483-484 natura, ut libera] lib. est et ut n. (et ut n.] ut n. est et B[2]) PSB  484 et] vel Z | et ut deliberativa *om.* PS | ut *om.* YQ  485 ea] eo Y | naturaliter] actualiter N  486 in] *add.* bonum et in NY | omne bonum] b. quodcumque Q | relucet] *add.* ratio PSZB  487 virtus *post* ea PSZB | ut *om.* A

14[*]-15[*] ut — considerari = Z

F *483* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139R): «Ad videndum autem quomodo morales virtutes sint in voluntate, intelligendum quod voluntas tripliciter consideratur: ut natura, ut deliberativa, ut arbitrio libera».  *485* Ibid.: «[Voluntas], ut natura, inclinatur naturaliter in bonum, simpliciter 'quia bonum', ut supra expositum est...; ibid. q. 11 in corp. (f. 102R): «Nihil diligitur sive amatur per se nisi bonum simpliciter dilectione naturali: natura enim non est nisi ad bonum simpliciter... Quod bonum simpliciter, naturaliter diligibile ab aliquo, duplex est: aut bonum simpliciter et absolute, quod simpliciter diligitur naturaliter quia bonum simpliciter, – aut bonum simpliciter sibi, quod diligitur naturaliter quia est bonum ipsi qui diligit»; ibid. (f. 103Y): «Universaliter enim quidquid – recta ratione consulente – plus diligibile est aliis..., hoc plus diligit voluntas naturalis ut naturalis est, et hoc inclinatione naturali absque omni motu inclinante in illud..., ita quod appetitus naturae, ut natura est, semper est in melius simpliciter».

T [85] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 29 n. 8-18 (VIII 308-314).  [86] Cf. supra n. 66 («nisi forte...»).



Nec etiam est virtus in ea ut libera, quia virtus inclinat per modum naturae, et ipsa, ut libera, non est nata moveri naturaliter: si enim posset inclinari naturaliter, igitur, ut libera, posset necessitari. 69

Tertio igitur modo, scilicet ut deliberativa est respectu eorum quae sunt ad finem, et non respectu finis, erit in ea habitus moralis. 70

Additur quod virtus movet per modum naturae, quia subito; unde, secundum Philosophum III *Ethicorum*, 'in repentinis, si sit impavidus, maxime apparet fortis'. 71

---

APSZBNYQ(μυ)

488 Nec] Non B | etiam est] est et. SZ | est — libera] requiritur Q | ea] *add.* secundo modo, scilicet (sc.] *om.* B) PZB | ut] *add.* scilicet B  488-489 quia — libera *om.* Y  489 non] sic Y | est nata moveri] movetur SZB  490 inclinari] *ante* posset[1] B *om.* Y | igitur, ut] ut i. A | ut libera *post* necessitari Q  491 Tertio] Secundo YQ | igitur] etiam Q *om.* Z  492 non *om.* YQ | respectu finis] respectus huius Q | erit] est P | ea] eo S  493 Additur] *add.* etiam Q | subitus B  494 secundum Philosophum] Philosophus SZB | si *ante* in Q  495 impavidus] imperandus B

F *488* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 22 in corp. (f. 139R): «Voluntas autem ut est 'arbitrio libera', post plenam deliberationem, non obstante habitu naturali inclinante voluntatem ut natura est, neque habitu morali inclinante voluntatem ut deliberativa est, adhuc tenet motum utriusque et differt libere sui ipsius determinationem quo aliquid velit; et si velit, libere eligit contra rationis determinationem et contra utramque inclinationem. Nec est aliquo habitu determinabilis voluntas in quantum est arbitrio libera, quia hoc est contra naturam libertatis: si enim a sua libertate posset in modum naturae inclinari circa aliud quam circa primum bonum, nudum et apertum, posset contra suam libertatem naturalem necessitari».  *491* Ibid.: «Ut autem [voluntas] est 'deliberativa', bono praesentato in cognitione sub ratione veri, retinet naturalem motum, differens prosecutionem illius boni, et impellendo cognitivam ad perscrutandum de circumstantiis, an prosequendum sit vel non, – quod ex parte voluntatis appellatur 'deliberatio', ex parte vero rationis dicitur 'consiliatio'. Et quia in tali deliberatione voluntas indeterminata est, ad utrumlibet se habens, ita etiam quod data sententia rationis adhuc potest se tenere in sua indeterminatione et praeferre in electione sua contrarium eius quod eligendum sententiavit ratio..., – ideo ut velit assentire completa deliberatione ei quod iudicatum est recta ratione, multum indiget habitu, ipsam inclinante ut velit illud».  *493* Ibid.: «Nec sufficit ad hoc illa inclinatio qua inclinatur ut natura, immo requiritur virtus cooperans in modum naturae..., ut in hoc 'differenter movere et inclinare' dicamus voluntatem 'habitum naturalem' et 'moralem sive deliberativum', quia naturalis inclinat ad bonum simpliciter et ad bonum conclusum a ratione, in quantum in eo relucet bonum simpliciter, virtus autem inclinat et movet ad bonum in quantum hoc bonum, circa tale obiectum, et alia et alia virtus moralis circa aliud et aliud obiectum, – et movet in modum naturae, quia sicut natura subito movet praeveniendo deliberationem et subrepticie, ita movet et virtus iam generata. Unde quod sic repentine sive subrepticie movetur, signum est maximum in eo generati habitus, secundum quod dicit Philosophus circa fortitudinem in IV *Ethicorum*: 'Principaliter dicetur fortis qui circa bonam mortem impavidus [est] et [circa] quaecumque mortem inferunt repentina exsistentia' [recte in *Eth. Nic.* III c. 9 (AL XXVI[3] 191; Γ c. 9, 1115*a* 32-34)]».

72 Contra istud: [23]

Primo, quia voluntas – ut 'natura'[87h] – nullum actum elicit, ut dictum est distinctione 15 istius III[88]; ergo, ut natura, non tendit in aliquod obiectum, nec in finem, nec in aliud (ut in actum elicitum), sed tantum tendit per inclinationem naturalem sicut grave dicitur tendere deorsum etiamsi quiescat sursum.

73 Contra alia duo membra: unum videtur includere alterum, nam ut est 'deliberativa', est 'libera'. Aut enim dicitur 'deliberativa' in quantum praecipit deliberationem, aut in quantum eligit praevia deliberatione: utrumque competit sibi in quantum libera, quia libere imperat illam electionem; et ex hoc sequitur quod negando virtutem esse in ea ut libera, et concedendo virtutem esse in ea ut deliberativa, est contradictio.

74 Illa etiam probatio, quod virtus non sit in ea ut libera, quia tunc posset necessitari[89], non concludit, quia superius agens – in cuius virtute est actio inferioris agentis – non potest necessitari ab inferiore agente; virtus autem, si est agens aliquo modo ad actum, est inferior agens, sicut dictum est distinctione 17 I de habitu[90], – et ibi etiam dictum est qualiter non repugnat quod libere agat, et tamen quod habitus agat in ea per modum naturae respectu eiusdem effectus[91].

---

h *Sequitur textus interpolatus*: distinguendo eam ut 'sicut a se', ut 'natura'.

APSZBNYQ(μυ)

496 istud] illud N hoc Q 497 Primo *om.* B 497-498 nullum — natura *om.* N 498 15] 3 Y | istius] huius PSBYQ | natura *om.* Z | tendit] intendit Q 499 nec] ut N | in$^1$ *om.* YQ | in$^2$ *om.* Q | aliud] aliquod Y | ut *om.* B$^1$Q | in$^3$] per BQ 502 alia] illa ASB illa alia Z ista Q | unum] *praem.* quia Q | videtur] dicitur Z | alterum] aliud (*ante* includere S) PSZBYQ 503 enim] *comp.* Q 504 in quantum eligit] elicit NY 505 utrumque] uterque P *praem.* sed B *praem.* et Q | competit sibi] s. c. B 506 illam *om.* Y | electionem] *add.* et libere eligit Q | et — quod] igitur Q 506-507 virtutem] *post* esse$^1$ (507) PSB *post* ea$^1$ (507) Q 507 libera] *add.* est ZB | libera — ut$^2$ *om.* S | virtutem *post* ea$^2$ Q | in ea$^2$ *ante* virtutem B | ut$^2$] *add.* ipsa B 507-508 deliberativa, est] d., erit S d. e., erit Z 509 Illa etiam] Ista e. NY Nec illa Q | quod] quem P$^+$ | virtus *post* ea Q | ea] illa PS | ut libera] *om.* Q *add.* est B 510 non *om.* Q | concludit] includit Y | quia] quod SZ | superius agens] a. s. Q 510-511 virtute] potestate Q 511 inferioris agentis] a. i. PZB a. superioris S superioris N´ i. N$^1$YQ 512 est agens *post* modo Q 512-513 aliquo — agens *om.* N 512 est$^2$] erit Z | inferior] inferius (*add.* ad S) PSBYQ 513 sicut] ut Q | et *om.* Q | ibi etiam] e. i. PSZB i. et Y 514 est] *add.* et P | repugnant APB | quod] quia P | libera Z 514-515 et — ea *om.* ZB$^*$ 514 tamen quod] t. NQ tunc Y 515 habitus] virtus PSB | agat] *post* ea PSB agit N *om.* Y | in ea *om.* N | respectu eiusdem effectus *om.* NYQ

16* distinguendo — natura = Z

T [87] Cf. supra n. 68. [88] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 15 n. 48-50 (IX 498-500). Cf. etiam ibid. II d. 6 n. 55-57 (VIII 53-54); d. 39 n. 22-24 (p. 463-464). [89] Cf. supra n. 69. [90] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 53. 66-67 (V 160. 168-169). [91] Cf. ibid. n. 28-30 (V 150-151).



Consimiliter etiam posset improbari quod non sit virtus in voluntate ut deliberativa, si illud est verum quod virtus repentine ageret praeveniens deliberationem[92], nam voluntas, ut deliberativa, non videtur repentine agere et praevenire deliberationem. 75

Tamen non oportet huic inniti, quia illud verbum[93] oportet quod exponatur: absolute enim nullus virtuose agit nisi ex deliberatione. Sicut enim non humane agit nisi intelligendo agat, ita – circa illud quod est ad finem – non humane bene agit nisi intelligendo illud propter quod agit; et istud 'intelligere' est 'deliberare'. Unde non sic agit virtuosus repentine et sine deliberatione sicut natura agit, ex II *Physicorum*[94]. 76

Debet ergo sic intelligi dictum Philosophi[95], quod sicut virtuosus, ostenso obiecto, inclinatur ad recte eligendum ex recto habitu, ita etiam per prudentiam ordinatus est ad statim recte dictandum circa illud eligendum, et quasi imperceptibiliter deliberat propter promptitudinem eius in syllogizando practice. Alius autem, imperfectus, cum difficultate et mora syllogizat practice, quia non habet habitus perfecte practice; et si tandem ille recte eligat, non dicitur repentine agere, sed morose, – et alius, perfectus, quasi repentine[96] agere respectu illius, quia quasi in tempore imperceptibili agit. 77

---

APSZBNYQ(μυ)

516 posset] potest NY | probari SB 516-517 voluntate] ea Q 517 ut *om.* PY | si] sed N nec Q | verum] *add.* scilicet B | repentine ageret = A est sic r. agens Y sit r. Qμυ sit r. agens *rell.* 518 nam] quia B | nam — deliberativa *rep.* *post* deliberationem (519) Z$^+$(¶ *sign.* Vacat) | deliberativa] repentina Q 519 repentine] deliberative Q 520 Tamen] *post* non N *post* oportet PSZB | quia] quod Z | illud verbum *post* quod (521) PSZBQ 521 quod] ut B 521-522 ex — nisi *om.* N | ex deliberatione = A agat ex d. Qμυ ex d. agat *rell.* 522 intelligendo] *post* agat Q ex deliberatione P 523 bene *om.* NYQ | nisi *om.* Y 523-524 illud *om.* P$^1$ 524 istud] illud ZN | intelligere] intendere N 525 virtuosus *ante* non Q | sicut] *add.* ex N$^+$ 525-526 natura agit] a. n. Q 527 quod] quia N 528 ostenso obiecto] ob. ost. Q | eligendum] eliciendum B intelligendum Q$^+$ | rectu (!) N 529 prudentiam] meditationem Q | est *om.* S | statim] statum Z *om.* P$^*$ | recte *om.* Y 530 eligendum = A eligere Y eligibile *rell.* μυ | quasi imperceptibiliter] quod imperceptum Y 531 Alius] Syllogismus A 531-532 Alius — practice *om.* P | imperfectis (!) S 532-533 practice — tandem *om.* S | quia — practice *om.* A 533 perfecte] perficere P | et sed Y | ille *om.* Q | dicitur] *rep.* *post* perfectus (534) N debet Y 534 sed — agere$^2$ *om.* S$^\pm$ | et *om.* P$^+$ 535 illius] eius SZB | in *om.* P$^1$ | perceptibili Y | agit *ante* quasi Q

F *526* ARISTOT., *Physica* II t. 86 (B c. 8, 199*b* 26-31).

T [92] Cf. supra n. 71. [93] scil. «repentine» (n. 71). [94] Cf. THOMAS, *Physica* II lect. 14 n. 8 (II 96*b*): «Unde et natura, quia habet determinata media per quae agat [propter finem], propter hoc non deliberat». [95] Cf. supra n. 71. [96] supple: dicitur.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. BARNABA HECHICH
SOCIIS
PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS
MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA QUARTA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM VIRTUTES, DONA, BEATITUDINES ET FRUCTUS SINT IDEM HABITUS INTER SE]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam quartam quaero an[a] virtutes, dona, beatitudines et fructus sint idem habitus inter se[1]. 1

Quod sic: 2

Quia super illud Iob *Nati sunt ei septem filii et tres filiae,* dicit Gregorius (quaere)[2].

Praeterea, si isti essent alii[3] ab illis, nullus ex una parte esset idem alii ex alia parte. Consequens falsum est, nam fortitudo est donum et fortitudo est virtus. 3

Et si dicatur quod fortitudo haec et illa sunt alterius rationis, – contra: habent actus eiusdem rationis. 4

---

536 et ideo] et quod S quod Z *add.* quod PBNY | commendabat B | timorem] timor est B *add.* Dei Z *add.* unde illud Q 537 etc.] timor Domini NQ *om.* Z | nihil] nisi S | nisi] quam Z | quod] quia Y quae *post* humilitas Q | est principium] *rep.* N *add.* omnium P 537-543 correspondente — beatitudinem *om.* PNYQ 538 sibi *om.* SZB 539 specie] spe SZ | $in^{2}$ *om.* Z 540 super — $et^{2}$] etc. Z | et pauperem *om.* S 541 tentationem et cetera] et c. et Z | quae] qui B | dicere *om.* S | aliquem] *add.* esse SZB 542 habet B | aliquem habitum] aut actum Z *add.* aut actum B | habitus] *add.* vel actus ZB 543 quia *om.* Z | per *om.* B | illum] istum Z 543-544 Cum — ponatur] Tamen inter dona (i. d. *ante* Tamen N) ponitur NQ 544 hoc est quod] haec est quae ZQ | vocatur] nominatur Y 545 ita] ista N *om.* B 546 et *om.* PNYQ 547 infusae — nominibus *om.* NYQ 548 Scilicet] quidem ut Q | $et^{1}$] per Q *om.* Y | $et^{2}$ *om.* Q | fortitudo] *add.* proprio Q | suo *om.* Q 548-549 et duae aliae] d. autem Q 549 illarum] istarum (*add.* duarum N) NQ 550 enumerantur] *comp. illegibile* Y | quibusdam] *comp.* Y 550-551 earum] illarum Y eorum PSZB 551 iustitia in caritate] in (*om.* N) c. NYQ c. et iu. in pietate P 552 enumerantur] exprimuntur Q | caritas] *add.* quidem Q | per illud] p. Q *om.* NY | Spiritum Q

tu', id est non inflati, non superbi, quibus Apostolus dicit: 'Noli altum sapere, sed time' [Rom. 11, 20]».

F *536* Ps. 110, 10: «Initium sapientiae timor Domini»; Prov. 1, 7: «Timor Domini principium sapientiae»; 9, 10: «Principium sapientiae timor Domini». *540* Ps. 40, 2; Iac. 1, 12. Etiam Ps 1, 1; 33, 9; 39, 5; Eccli. 14, 1; Matth. 24, 46; Apoc. 1, 3; etc.

T [73] Cf. supra n. 66. [74] supple: nominatur. [75] Cf. supra n. 52-53.

*tiae*, – universaliter enim, quando in Scriptura commendatur sapientia (sicut ibi *Beatus vir qui in sapientia morabitur* et cetera huiusmodi), ibi *sapientia* sumitur pro caritate et *sapientia* ibi est caritas: est enim habitus quo sapit habenti illud obiectum quod est in se sapidum, quo scilicet mihi placet bonum illud in se, et illud etiam in se volo mihi. Per illa alia duo dona, *intellectum* scilicet et *scientiam*, exprimitur 'fides infusa', non quod illa duo circumloquantur duos habitus (sicut *sapientia* caritatem et *timor* humilitatem), sed circumloquuntur eundem habitum, perfectum et imperfectum, – et uterque potest dari seorsum, primus quidem sine secundo, licet non e converso; et potest *intellectus* accipi 'fides imperfecta', quae est notitia articulorum primorum, – et *scientia* 'fides perfecta', quae est explicita notitia de articulis: quemadmodum in scibilibus naturalibus 'intellectus' dicitur esse principii, et 'scientia' conclusionis explicitae. 'Spes' hic non enumeratur, sed datur intelligi per 'caritatem'[76]: *sapientia* est, qua sapit mihi Deus in se, et qua sapit bonum mihi (nam qui sapit, et saporem in se approbat et sibi appetit).

[d. – DE FRUCTIBUS]

73 De fructibus[77] dico quod quidam illorum sunt virtutes, secundum illam rationem secundum quam enumeratae sunt in illo septe- [21]

APSZBNYQ(μυ)

553 universaliter] ubique PZY | enim *om.* Y | quando *post* Scriptura B | in *om.* N 554 sicut ibi = A ut Qμυ | Beatus] *spat. vac.* Y | vir] 7 Y | cetera *om.* PZNYQ 555 sumitur — ibi *om.* NYQ | enim] *add.* sapientia PSZB 556 quod] quia B | est *post* se B 557 mihi placet] p. m. PSZNYQ | illud$^{1}$] *ante* bonum SZB eius YQ esse N | etiam in se = A | volo] voco Q 558 illa *om.* Q | alia *om.* N | duo] deo A$^{+}$ *om.* S | intellectum] intellec⌊*spat. vac.*⌋ P *om.* B$^{\pm}$ | scilicet = AP 559 non — duo] ita quod illa d. n. Q *add.* et fides Y | circumloquuntur Q 560-562 sicut — licet] sed unum tantum secundum perfectum et imperfectum, et unus potest dari sine alio, sed Q 560 sapientia] sapientiam et B | sapientia — humilitatem] intellectus et fides NY | humilitatem] humiditatem (!) S | sed] si S | sed circumloquuntur *om.* Y 562 primo Y | secundo] alio SZ 562-563 et potest] p. enim Q 563 imperfecta] *add.* vel pro fide imperfecta PSZB 564 primorum *om.* NQ 565 quemadmodum] sicut Q | naturalibus *om.* Z 566 principium N 566-567 explicitae — datur] species autem explicite non enumerantur hic, sed dantur Q 567 sapientia] *add.* enim Q 568 mihi Deus] *spat. vac.* Y | et *om.* Z 568-569 et — se *om.* N 568 bonum mihi] m. b. PSZ m. bonis Q in bonum Y | nam] manet Y | nam qui sapit *om.* Q 571 quod *om.* Y | quaedam illarum Y 572 illam rationem] i. regulam N *spat. vac.* Y | quam] *add.* illae B | numeratae SZ | sunt] *add.* virtutes N$^{+}$

F *554* Eccli. 14, 22. Praeterea Prov. 4, 5-9; 9, 1-9; Sap. 6, 1-27; 7, 22-30; 8, 1-21; Iac. 1, 5-6; etc.

T [76] quae scil. exprimitur per sapientiam. [77] Hos fructus, qui duodecim in Vulgata



nario[78]; quidam sunt species virtutum, ibidem enumeratarum; quidam neque sic neque sic, sed delectationes consequentes actus.

Verbi gratia, *caritas* ibi exprimitur nomine proprio, et *fides* similiter, spes autem in hoc quod dicitur *longanimitas* (unde legitur de patriarchis quod erant longanimes in spe, quasi in longum animose exspectantes). 74

Morales etiam ibi exprimuntur: 75

'Fortitudo' in hoc quod dicitur *patientia*.

'Iustitia', in sua specie quae dicitur 'misericordia'[79], in hoc quod dicitur *bonitas*, sicut communiter dicitur 'bonus' qui communicat se proximo. In alia specie[80], quae scilicet est 'amicitia'[81], exprimitur ibi *benignitas*, quae est quasi benevolentia et bona igneitas. In secunda specie, quae pertinet ad regimen vel subiectionem[82], ibi *mansuetudo*. Vel specialiter ibi exprimitur 'obedientia': mansuetus enim est qui exsequitur omnia sine murmure. 76

'Temperantia' exprimitur in duabus speciebus suis, scilicet *conti-* 77

APSZBNYQ(μυ)

573-574 quaedam ... quaedam PS 573 enumeratarum] enumeratorum (!) P numeratarum Z 574 neque ... neque] nec ... nec N | consequentes] *in corr.* A$^{1}$ concomitantes vel c. Q | actus] *ante* consequentes Y actus actus (!) *ante* consequentes B 575-576 ibi — similiter] exprimitur alibi proprio nomine, et s. fides Q 576 legitur] dicitur N 577 quod erant] qui dicuntur Z *om.* PNYQ | longanimiores Y | in spe] in specie P *om.* N 579 Morales] *praem.* Virtutes Q | etiam *om.* NYQ | ibi exprimuntur] e. i. Q *add.* ut B 580-588 Fortitudo — suis *om.* S$^{\pm}$ 580 in — dicitur] quidem in Q | patientia] temperantia A$^{+}$ 581 quae *om.* N | dicitur] est PZNYQ | in] et PZ 582 communiter dicitur] d. c. B | communicat se] se c. SB 583 In] Et in Q | scilicet] *ante* quae NY *om.* Q | ibi *om.* PZ 584 quae] quod AS$^{!}$NY | quasi *om.* B | bona igneitas = Qμυ benignitas ABY bene ignitus PS$^{!}$ZN | In secunda] In prima vel in tertia A In tertia *rell.* μυ 585 ad *rep. post* vel Q | ibi] *add.* sed Y 586 ibi exprimitur] e. i. BQ i. e. ibi P et e. Y | enim *om.* NY | enim est] scilicet S$^{!}$B | est qui *om.* PZ 587 obsequitur NY | omnia] iniuncta Q *om.* NY 588 Temperantia] *add.* autem ibi B | exprimitur *post* suis Y | scilicet] in Q *om.* NY

F *576* Hebr. 6, 15: «Et sic longanimiter ferens, [Abraham] adeptus est repromissionem»; LOMBARDUS, *In epist. ad Hebr.* 6, 4-15 (PL 192, 445): «Et sic Abraham certus, 'longanimiter ferens', id est multa adversa diu patienter exspectans, tandem 'adeptus est repromissionem'»; RABANUS MAURUS, *In epist. ad Hebr.* XXVIII c. 6 (PL 112, 753-754): «Fidelis Abraham..., longanimiter ferens, adeptus est in filiis suis promissiones...: [ad] promissionem enim Dei cooperata est longanimitas audientis et exspectantis hereditatem promissam... Proposita vero spes veritas est rerum gestarum, quae patriarchis promissae sunt».

numerantur, recenset Paulus in Gal. 5, 22-23; aliqui eorum expresse vel aequivalenter memorantur in aliis epistolis Pauli, necnon in Act. et in epistolis aliorum apostolorum.

T [78] Cf. supra n. 53. [79] Cf. supra n. 66 (ubi explicatur tertia species iustitiae). [80] supple: iustitiae. [81] Cf. supra n. 64 (ubi explicatur prima species iustitiae). [82] Cf. supra n. 65. – Loco «secunda», quod verbum contextus et sensus exigunt, codices tradunt «tertia», praeter codicem A qui suam incertitudinem exprimit verbis «In prima vel in tertia».

*nentia* et *castitate*, si placet dicere 'continentiam' circa alia delectabilia, et 'castitatem' circa venerea. Vel potest intelligi una species, ut *continentia* et *castitas* dicantur una species circa quaecumque delectabilia, quo modo Philosophus in VII *Ethicorum* ponit castitatem esse gradum quemdam in qualibet virtute[83].

78 'Prudentia' exprimitur ibi *modestia*: modestus enim est qui debitum et rectum modum tenet in agendo, et prudentiae est debitum modum in actione invenire et praefigere et determinare.

79 Sic habemus tres virtutes theologicas in se. Fortitudinem in *patientia*, iustitiam in tribus speciebus, temperantiam in una specie vel duabus speciebus, prudentiam in una specie; et ita omnes virtutes, tam intellectuales quam morales.

80 Alia quaedam enumerantur ibi, quae sunt delectationes concomitantes vel consequentes actum[84], *gaudium* et *pax*: gaudium enim proprie est delectatio in voluntate, et pax est securitas habendi obiectum in eadem potentia sine impugnatione.

### [3. – CONCLUSIO]

81 Sic igitur patet quomodo, sustinendo septem virtutes sufficienter perficere hominem in via, in se vel in suis speciebus, non erunt alii habitus necessarii qui nec sint illi nec species illorum, – nec in beati-

APSZBNYQ(μυ)

589 castitas NY | si] et si P | placeat PZYQ | continentiam] *add.* esse PSZB 590 et] quam Q | circa venerea] *om.* Q *add.* potest Y | intelligi] dici B poni Q | species] *add.* temperantiae Q | ut *om.* NY 590-591 ut — species *om.* P 591 et — species] dicatur una s. et castitas NYQ 591-592 delectabilia *om.* NYQ 592 modo *om.* N | in *om.* PZBQ | ponit] potest B$^{+}$ 593 gradum quemdam = A q. S q. g. *rell.* μυ | qualibet] quadam A quale (!) Q 594 Prudentia] *add.* autem S *add.* vero B | ibi modestia] per modestiam Q | enim] autem S 595 et rectum *om.* BNYQ | modum *ante* debitum (594-595) Q | agendo] *add.* circa venerea NY | prudentia Y 595-596 debitum — invenire] i. modum in actione Q 596 et$^{1}$ *om.* PZ | terminare Q 597 Sic] *add.* igitur Q | virtutes *om.* PSZBN | theologicas *om.* Q | Fortitudinem] *praem.* Et SZB 598 vel] *add.* in B 598-599 vel — speciebus *om.* A | vel — specie *om.* N 599 speciebus *om.* YQ 600 tam *om.* ZY | quam] et Y 601 quaedam] quidem S | numerantur N | ibi] mihi P 602 actum] *add.* ut Q | gaudium] *add.* scilicet B | et pax: gaudium *om.* Q | enim] quod Q quippe NY 603 pax] *add.* quae Q | est *om.* P | securitas *in corr.* P$^{2}$ 604 in eadem potentia = AS | sine impugnatione] *ante* in S s. repugnantia Q 606 igitur *om.* NY | quomodo] quod Q | sufficere B$^{+}$ 607 in$^{2}$ *om.* S | in se *om.* Q | vel] et Y 608 necessarii *ante* alii (607) Q | sint] sui B$^{+}$ | illorum] eorum PSZBN earum Q

F *592* ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 9 (AL XXVI$^{3}$ 284; H c. 8, 1150*a* 9-15).

T [83] Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 33 princ. 5 q. 4 in corp. (III f. 128*vb*). [84] Cf. supra n. 73.



tudinibus nec in fructibus nec in donis alii enumerantur. Et licet numerus sit alius explicitus beatitudinum quam donorum, hoc est quia aliae species istarum septem virtutum alibi exprimuntur et aliter, et non quia alii habitus qui non sunt species istarum virtutum.

Si etiam tantum ponderaretur Scriptura de distinctione istarum, 82
quia alibi ponit octonarium, alibi septenarium, ut necessario oporteret ista distinguere, – quare igitur non ponuntur distincti habitus illi de quibus Apostolus facit mentionem I Cor. 12, ubi ponitur numerus novenarius? Quare igitur non distinguuntur isti habitus ab illis quos enumerat II Petr. *Ministrate in fide vestra virtutem*? Frequenter ergo Scriptura, eadem realiter exprimens, sub aliis verbis exprimit, nunc omittens quaedam et alibi explicans sic omissa.

### [II. – AD ARGUMENTUM PRINCIPALE IN OPPOSITUM]

[22] Ad argumentum ergo in oppositum[85] patet, quia etsi numerus 83
non sit idem, hoc non est habituum ab habitibus, sed specierum intermediarum alii numeri; vel sunt specierum specialissimarum, con-

APSZBNYQ(μυ)

609 nec — enumerantur] n. e. alii in donis *ante* nec$^{3}$ (608) Q | alii] *rep.* P *praem.* et Y 610 explicitus] explicatus Q explicativus Y | beatitudinum quam donorum] d. et b. SB | quam] et Q | hoc] *praem.* et Y | quia] quod ASB 611 virtutum *om.* Y | alibi] alii B aliae Q | et aliter] hic quam ibi Q *om.* PNY | et$^{2}$ *om.* Z 612 qui] quia Y | sint Q | istarum virtutum] v. i. Q i. virtutem (!) S 613 tantum *om.* Y | ponderaretur] ponderetur Y poneretur Z | de distinctione istarum] de dist. istorum SZB *om.* NYQ 614 quia] quae Q | alibi] alicubi Q alius N | octonarium] o. (*comp.* S) virtutum PSZB | necessario *om.* NYQ 614-615 oportet N 615 ista] ita S eos Q *om.* PNY | distinguere] *add.* haec ab illis PSZB *add.* ut diversos habitus Q | igitur *om.* B | non *om.* N 616 Apostolus] *post* facit B *post* mentionem NYQ | I *om.* AZY | Cor.] ad Eph. Y *om.* N | 12 = μυ 11 AZS 13 B 9 PNYQ 616-617 numerus *om.* NY 617 novenarius] *comp.* NQ octonarius Y | Quare — habitus *om.* Q | distinguitur PS | isti] illi N iste P *om.* S 618 II *om.* P$^{*}$ZNYQ | Petr.] Pe ⌊*spat. vac.*⌋ Q *rep. ante* II B$^{+}$ | Ministrate] *post* vestra Y Ministrantes Q | in fide vestra] fidem vestram Q | virtutem] *add.* etc. Q 619 eadem *om.* A | exprimens *om.* Y | exprimit] *ante* sub Q e. illa *ante* sub PSZB 620 omittens quaedam] q. (quidem P) o. (*add.* alicubi S *add.* alicui B) PSZB | et] nunc Q *om.* NY *add.* alii B | explicans] exprimens BY | sic] sibi N 622 argumenta APYQ | ergo *om.* Q | quia] quod ZB *om.* Q | quia etsi] et q. si S | numero Q 623 sit — est] idem, hoc est enim Q | habitibus] habentibus Y | sed *om.* P$^{*}$ 623-624 intermediarum] *add.* explicatio Y 624-625 alii — contentarum] vel specialissimarum c. sub istis sunt a. numeri Q 624 numeri *in corr.* P$^{2}$ | vel *om.* P$^{*}$

F *616* I Cor. 12, 7-10, ubi «manifestationes Spiritus» seu charismata novem enumerantur. *618* II Petr. 1, 5-7: «Vos autem... ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem».

T [85] Cf. supra n. 5.

tentarum sub istis; vel omittuntur aliqua istorum; numerata etiam sunt eadem hic et ibi, sicut declaratum est[86].

[III. – AD ARGUMENTUM PRO PHILOSOPHO IN OPINIONE PRIMA]

84 Ad illud quod adducitur pro Philosopho de opinione prima, de 'virtute heroica'[87], dico quod in omni bonitate[88] assignat quattuor gradus, qui sunt eiusdem[89] habitus in specie, scilicet: perseverantiam, continentiam, temperantiam et heroicam[90]. Perfectissimus ergo gradus – in eadem tamen specie manens – est heroica; et, sicut metaphorice loquuntur aliqui[91], perficit modo inhumano, quia non est communiter hominis ad illum gradum eiusdem speciei attingere.

85 Et quod additur per oppositum de bestialitate[92], posset similiter dici quod esset excessus in eadem specie vitii; sed melius potest dici alterius speciei, quia circa aliud obiectum. Sed ex hoc non sequitur propositum, quia circa multa contingit errare et vitiose agere, tantum circa unum perfecte circumstantionatum contingit recte agere[93].

86 Licet igitur bestialitas sit alius habitus a vitio communi humano, quia est circa aliud obiectum, non sequitur tamen heroicam esse alterius speciei a virtute humana, quia circa idem obiectum ordinat, licet excellentius, nec est manifestum hanc excellentiam non posse per gradum alium eiusdem speciei esse.

---

APSZBNYQ(μυ)

625 istis] illis B | vel] *add.* non Q | istarum NQ | numerata etiam] quae N alicubi et alicubi, n. tamen Q 625-626 etiam sunt] e. s. etiam S 626 sunt eadem *post* ibi Q | sicut] ut Q | sicut declaratum est] ut dictum e. PZB *om.* S 628 illud] aliud A 628-629 quod — heroica] Philosophi de virtute, quod adducitur pro opinione prima Qμυ 628 adducitur] additur SZBY | pro = A de *rell.* | de opinione prima = A pro o. p. (*post* heroica, 629 PSZB) *rell.* 629 assignantur Y 630 eiusdem habitus] h. e. N 631 continentiam *om.* Z 631-632 Perfectissimus ergo gradus] Perfectissima e. virtus PNYQ 632 ergo] tamen A | tamen *om.* SZNYQ | est] erit Y *praem.* etiam N | et *om.* Z | sicut] sic NQ 633 aliqui] aliquando Y *add.* quod Q | humano Y | quia] *add.* scilicet Q 634 illum] *post* gradum B istum Z | gradum] *add.* licet Q | eiusdem] *post* speciei ZNY *om.* PSB | attingere] pervenire et pertingere Z 635 adducitur PN | per oppositum] propter o. P pro opinione positum Q | similiter] dupliciter P 638 propositum] oppositum NY 638-639 tantum] *post* unum (639) B *om.* P | tantum circa unum] sed c. t. unum, scilicet Q 639 unum] unam Y *add.* autem B | circumstantionatum] -tam Y *om.* S | recte agere] *add.* rectius et rectissime Q 640 igitur] haec Y | vitio] *post* communi Q *spat. vac.* Y 641 quia] qui BQ | aliud obiectum] o. a. Q | sequitur tamen = A t. s. P | heroica Q 642 idem] illud N 642-643 licet] sed ZNYQ se P 644 per *om.* B | alium] *ante* gradum Q illum S+ | esse] *ante* per Q acquiri NY

F *629* ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 1 (AL XXVI³ 271; H c. 1, 1145*a* 15-1145*b* 17).

T [86] Cf. supra n. 81-82. [87] Cf. supra n. 10. [88] seu virtute. [89] scil. bonitatis. [90] supple: virtutem. [91] scil. Henricus Gandavensis, cf. supra n. 9. [92] Cf. supra n. 10. [93] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 48 n. 3-5 (VI 387-389); II d. 40 n. 8-11 (VIII 469-470).

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA QUINTA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM SAPIENTIA, SCIENTIA, INTELLECTUS ET CONSILIUM SINT HABITUS INTELLECTUALES]

[Q. un.] Circa distinctionem trigesimam quintam quaeritur an[a] *sapientia, scientia, intellectus* et *consilium* sint habitus intellectuales[1]. 1

Argumenta pro et contra, – quaere[2]. 2

Solutio apparet ex dictis supra: *sapientia* quidem est habitus appetitivus, scilicet caritas[3], licet includat aliquid tamquam praevium, scilicet fidem, sicut actus voluntatis includit actum intellectus sibi praevium[4]; *scientia* autem et *intellectus* circumloquuntur habitum fidei perfectum et imperfectum, sicut prius dictum est[5]; *consilium* vero, acceptum pro habitu, est habitus prudentiae[6]. 3

Et si obicias quod 'intellectus et scientia non sunt unus habi- 4

---

[a] *Loco* Circa – an *textus interpolatus*: « Post praemissa diligenter considerandum est »[1+]. Circa istam trigesimam quintam distinctionem, in qua Magister agit de donis comparando unum ad aliud, quaeritur utrum.

APSZBNYQ(μυ)

5 *adnot.* Distinctio 35 A¹ *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — an (5) = APSZBNY Post (1*) — utrum (3*) Qμυ 5 Circa — quaeritur *om.* Z | quaeritur] quaero PNY *om.* SB | an] utrum SZ 6 scientia] *add.* et PS | sunt P 7 Argumenta] Arguitur PS | Argumenta — quaere *om.* NYQ 8 Solutio] *add.* huius PSB *add.* eius Q | apparet] patet NQ | supra *om.* NYQ | quaedam S | quidem est habitus] e. quidam Y 8-9 appetitus B 9 licet includat] sed includit Y | aliquid *om.* SZNYQ 10 scilicet fidem] f. *ante* tamquam (9) NYQ | voluntate P | includit] licet includat B *om.* Q | actum] acus B+ 10-11 sibi praevium *om.* NYQ 11 autem = AB 11-12 fidei perfectum] p. f. Y 12 et imperfectum = Qμυ | prius *post* est Q 12-13 consilium — prudentiae *om.* P | vero = AB 13 pro habitu] per habitum B pro habitum (!) N 14 Et = AB | si obicias = A si obiciatur PSB Sed obicitur *rell.* μυ | intellectus et scientia] sc. et i. ZBNYQ

F *5-6* Is. 11, 2. *14* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 21 in corp. (f. 197D-E. 198H): «Cum intellectus nostri… sit operatio… simplicium apprehensorum et circa ipsa collatio (dividendo, componendo et colligendo et cetera huiusmodi, quae pertinent ad in-

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 35 q. un. [2] Cf. ibid. n. 2-5 (XXI 311-312). [3] Cf. supra d. 34 n. 72. [4] Cf. ibid. n. 32. [5] Cf. ibid. n. 72. [6] Cf. ibid. n. 70.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 35 c. 1 n. 1 (SB V 198).

tus, quia in cognitione acquisita alius est habitus principii, qui est intellectus, et alius habitus conclusionis, qui est scientia, ergo a simili in cognitionibus infusis alius est habitus cognoscendi articulos et alius est habitus cognoscendi consequentia ex articulis', – respondeo: consequentia non valet, quia in acquisitis assentitur vero complexo propter evidentiam quam habet ex suis terminis, nam aliam evidentiam habet proprie principium ex terminis suis, et aliam evidentiam habet conclusio ex terminis suis, et aliam evidentiam alterius et alterius rationis, quia mediatam et non-mediatam, causatam et non-causatam. Et licet una evidentia sit causata ab alia, et ideo posset esse alius habitus respectu huius et illius, qui respiceret formalem rationem veritatis hic et ibi, non tamen sic est in creditis, quia non assentitur credito propter evidentiam crediti, sed propter

---

APSZBNYQ(μυ)

15 est$^{2}$] dicitur Q 16 et *om.* PZBY | habitus *om.* BYQ | est] dicitur Q *add.* a S 17 cognitionibus] cognitione S$^{+}$ cognoscibilibus Y | et *om.* Y 18 est habitus = A | consequentia] illa quae sequuntur PSZB *add.* vel explicita Q 19 acquisito Y | assentitur] *add.* sibi B 19-20 complexio (!) Z 20 quam habet *om.* NYQ | nam aliam] a. autem NYQ 21 evidentiam habet] h. e. Y | proprie *om.* SZ | terminis suis] s. t. P 21-23 aliam — et$^{1}$ om. N 21-22 evidentiam habet] e. Y h. SZ *om.* Q 22 terminis] *post* suis P *om.* Q 22-23 aliam — et$^{1}$ *om.* Y 22 aliam evidentiam] e. PZ *om.* Q 23 et alterius *om.* ZQ 23-24 quia — non-causatam *om.* NYQ 23 mediatam et non-mediatam] mendicatam et non-mendicatam Z vindicatam et non-vindicatam (et non-v. *om.* B) PSB 23-24 causatam et non-causatam] tantam et non-tantam P 24 una] ista Q illa (*post* evidentia Y) NY | alia] illa NYQ | ideo] in illo Y *add.* non Z 25 posset] potest NYQ | esse] dici B$^{+}$ | respectu *om.* PSZB | huius] istius N | qui] quae S | respicit NYQ 25-26 formalem rationem] r. f. NY 26 veritatis] virtutis B | non — est] sed NYQ 27 quia] *om.* NYQ *add.* ibi PSZ | credito] credibili Z *om.* PNYQ 27-28 credito — assentitur *om.* S

quisitionem veritatis complexorum), intellectu discurrente ab uno in aliud quousque perveniat ex primis per se notis ad id quod per immediationem se habet ad id quod quaerimus scire..., fides non est habitus intellectus ut est simplicium intelligentia, inclinans ad intelligendum cuiuscumque intelligibilis quiditatem aut essentiam... Cum ergo fides sit habitus quo elicitur actus credendi, fides igitur solummodo est habitus intellectus ut est compositivus et divisivus, inclinans ipsum... ad assentiendum [complexionibus]... Quod si ad investigationem ex eis quae videt in creaturis [intellectus] procedere praesumat, ex puris naturalibus proficere non potest... Cum igitur credere necessarium est ad salutem..., postquam ergo intellectus naturalis ad huiusmodi actum eliciendum ex puris naturalibus non possit ascendere, necessarius est ei habitus supernaturalis, qui ad hoc intellectum inclinet, qui dicitur 'habitus fidei'... Fides ergo... intellectum disponit et determinate inclinat in actum credendi omne credibile in quantum credibile est... Fides ergo, cum sit habitus in intellectu ordinatus ad actum credendi..., ipsa ex se sufficit ad movendum».



veracitatem revelantis cui assentitur[7]; et illa eadem est respectu primorum articulorum et respectu aliorum explicatorum ex eis[8]. Et ideo non est alius habitus unius et alterius, vel istorum vel illorum, quia idem obiectum sub eadem ratione formali est utriusque.

---

APSZBNYQ(μυ)

28 veracitatem] *comp.* A veritatem *rell.* μυ | eadem est = A est ea. *rell.* μυ 29 et — eis *om.* Y | ex eis] ex illis Q *om.* N 30 ideo *om.* N | vel — illorum *om.* NYQ 31 quia] *add.* est Q | eadem *om.* P | est *om.* P | est utriusque *om.* NYQ

T [7] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 23 n. 22-23 (XXI 104-105). [8] Cf. ibid. n. 51 (p. 117).

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. BARNABA HECHICH
SOCIIS
PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS
MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA SEXTA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM VIRTUTES MORALES SINT CONNEXAE]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam sextam quaero[a] utrum virtutes morales sint connexae[1]. 1

Quod non: 2

Aliquis potest esse naturaliter inclinatus ad actus unius virtutis et non alterius, secundum connexionem vel complexionem, – sicut aliquis complexionatus uno modo ad faciliter irascendum ex natura, qui tamen non est ita inclinatus ex natura ad actus concupiscentiae[b]; ergo talis facilius potest se exercitare circa istos actus quam circa illos, immo potest absolute se exercitare circa istos actus ad quos inclinatur, et non circa illos ad quos non inclinatur, – et ita habebit virtutem circa hos, et non circa illos ad quos non inclinatur.

Secundo sic: qualitercumque sit inclinatus, aliquis potest habere materiam exercitandi se circa actus unius virtutis et non alterius 3

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: «Solet etiam quaeri»[1+]. Circa istam trigesimam sextam distinctionem, in qua Magister agit de virtutum connexione, quaeritur.

[b] *Sequitur adnotatio interpolata*: VI Ethicorum cap. 18[2+].

APSZBNYQ(μυ)

4 *adnot.* Distinctio 36 $A^1$ *et alii*   4 *et* $1^*$-$3^*$: Circa — quaero (4) = APSZBNY Solet ($1^*$) — quaeritur ($3^*$) Qμυ   4 quaeritur Z   7 Aliquis potest] Quia a. p. (a. p.] p. a. B) PSZB | actum NY   8 secundum connexionem vel complexionem = A s. com. PSZB   8-9 aliquis] unus est Q *om.* NY   9 uno modo *om.* Q | ex natura *om.* NYQ   10 qui = A et *rell.* μυ | est *om.* PSZBN | est ita inclinatus] ita in. e. Y ita inclinatur Q | ad] *add.* concupiscendum vel (*add. ulterius* ad P) PSZB   11 facilius potest] p. f. PSZBQ | exercitare] *ante* se Q exercere NY | istos] illos P tales Z   11-13 actus — non$^2$] ad quos P   11-12 quam — actus *om.* Q   11 circa *om.* Y   12 exercere B | istos] illos SZNY | actus *om.* SZ   12-13 inclinatur — quos *om.* Z   13 et non] et cum hoc Y quam Q | ita] sic B   14 virtutes B | hos] istos B | non *om.* B | illos] istos Y | ad — inclinatur = A non B   15 Secundo sic = AB Praeterea *rell.* μυ | aliquis] *ante* sit ZBQ *post* potest N *om.* S   16 exercendi SZBQ | unius virtutis] v. u. Y | et *om.* Q

$4^*$ VI — 18 = ZB

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 36 q. un.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 36 c. 1 n. 1 (SB V 202): «Solet etiam quaeri». [2+] ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 18 (AL XXVI$^3$ 270; Z c. 13, 1144*b* 34-35).

(puta religiosus potest habere opportunitatem circa passiones refrenandas, non autem circa terribilia bellica aggredienda vel sustinenda); ergo in se generabit temperantiam sine fortitudine.

4 Praeterea, tertio sic: ratione exsistente erronea, voluntas potest eligere contra iudicium eius, et tamen recte eligere; ergo ex frequentibus talibus electionibus potest generari in voluntate habitus moralis, et tamen in intellectu non generatur prudentia, quia intellectus non recte dictat, – et ita potest esse virtus moralis sine prudentia.

5 Quarto sic: e converso, intellectu recte dictante, voluntas potest non eligere dictatum, sed oppositum, et ita sic frequenter dictante intellectu generabitur prudentia, et tamen non generabitur in voluntate tunc virtus moralis, sed potius vitium; quare etc.

6 Praeterea, quinto sic: actus contemnendi omnia propter Deum est arduus et consonus rationi rectae[c]; ergo ad illum actum potest esse virtus inclinans; pauper igitur, qui sic contemnit, videtur habere virtutem qua sic inclinetur. Sed talis non potest habere liberalitatem, ut videtur, quia non habet materiam illius virtutis: nihil enim habet

---

[c] *Sequitur textus interpolatus*: sicut actus volendi mortem propter Deum, Extra, 'De verborum significatione', «Exiit qui seminat»[3+] etc.

APSZBNYQ(μυ)

17-18 refrenandas] reservandas S 18 bellica] aliqua Y 18-19 vel sustinenda] et s. Z *om.* B 19 ergo] et sic B | generabit] *ante* in Q generabat Y | sine fortitudine] et non fortitudinem SZB s. fortitudinem $P^{+}$ 20 Praeterea *om.* B | tertio sic = AB | erronea] extranea vel e. S e. vel extranea ZB 21 eligere] elicere N non e. sed oppositum et sic frequenter eligere P *add.* actum BQ | contra — eligere *om.* N 21-22 frequentibus talibus] t. f. Q 22 in voluntate *post* moralis (23) B 23 generabitur B | quia] eo quod B quod S 23-25 quia — prudentia *om.* Z 24 non] nec P | ita] sic B | virtus *om.* Y 26 Quarto sic = AB Praeterea *rell.* μυ | e converso] *post* intellectu Q *post* dictante SZ | voluntas] *praem.* et A 27 oppositum] *add.* eius Q | et ita] et ex Q et ZN tamen B | dictare Q 28 intellectu] in i. *post* prudentia Q | et *om.* Q | non] *ante* tamen Q *om.* A | generabitur *om.* Q 29-30 in — moralis] virtus m. in voluntate BQ 29 quare etc. = AB 30 Praeterea *om.* B | quinto sic = AB 31 rationi rectae] re. ra. PSZ ra. Q *praem.* omni N | actum *om.* Q | potest *om.* Y 32 pauperem NY | pauper — contemmit] igitur talis sic contemnens Q 33 qua sic inclinetur = A sic inclinantem Qμυ quae (qui PZ) s. inclinat *rell.* | Sed talis] Et tamen Q | habere *om.* N | libertatem PS 34 illius] istius BNY huius Q | nihil enim] quia n. Q | habet *om.* $B^{\pm}$

5*-6* sicut — etc. = ZB 6* verborum significatione] s. v. B

T [3+] BONIFATIUS VIII, *Sextus Decretalium* V tit. 12 c. 3 (CIC II 1109-1121), ubi tamen nihil de voluntate moriendi propter Deum expresse asseritur; sermo potius est de paupere vita propter Deum eligenda.



quod posset dare. Similiter multi habent alias virtutes, qui non sunt pauperes.

Praeterea, sexto sic: continentia coniugalis videtur esse virtus, quia castitas quaedam, – et tamen sine virginitate stat, quae videtur esse virtus. 7

Praeterea, septimo sic: magnanimitas est virtus, et videtur repugnare humilitati, quia magnanimus dignificat se magnis honoribus, humilis dignificat se parvis honoribus, quia reputat se parum valere in oculis suis. 8

Oppositum: 9

VI *Ethicorum,* et Augustinus *De Trinitate* VI cap. 4.

## [I. – AD QUAESTIONEM]

In ista quaestione sunt multi articuli: primus, de connexione virtutum moralium inter se, et hoc vel secundum genera vel secundum species illorum generum; secundus, de connexione cuiuslibet virtutis moralis cum prudentia; tertius, de connexione virtutum moralium cum theologicis; quartus, de connexione virtutum theologicarum inter se. 10

---

APSZBNYQ(μυ)

35 possit BQ | multi] *praem.* etiam B *add.* etiam Q | alias virtutes] v. a. B | qui] quae P 37 Praeterea *om.* B | sexto sic = AB 38 quia] *om.* P *add.* est N | quia castitas quaedam *om.* Q | castitas — tamen] et tamen ca⌊*spat. vac.*⌋ quaedam et t. P | stat] est *ante* sine Q *om.* PSZNY | videtur] est $B^{+}$ 39 esse virtus] v. e. $B^{+}$ 40 Praeterea] Similiter P *om.* B | septimo sic = A sept. quia B | et] quae Q 41 magnanimus] magnificus SZ 42 dignificat se] autem P *praem.* autem BQ | reputat] repraesentat B 44 Oppositum] Contra Q *add.* vult Philosophus B 45 Ethicorum] *add.* cap. 18 (18] 8 $Z^{+}$), ubi dicit quod impossibile est prudentem esse, non autem bonum Z | De Trinitate VI] VI De T. Q in (*om.* Z) VI Trinitatis ZN | VI] 8. 6 S X Y III P 47 In — multi] Hic sunt quattuor Q | primus] *add.* est iste Y *add.* iste PS *add.* ille N 47-48 virtutum *om.* B 48 et hoc vel] et h. Y *om.* Q | vel secundum[2]] v. Z et Q 49 secundo PSY 49-50 cuiuslibet virtutis moralis] c. m. v. PS v. c. m. Q cuiuscumque v. m. ZNY 50 tertio PSY 51 quarto PSY | virtutum *om.* YQ 51-52 theologicorum Y

F *45* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 18 (AL XXVI[3] 270; Z c. 13, 1145*a* 1-2): «Simul enim prudentiae uni exsistenti omnes [virtutes] inerunt»; AUGUST., *De Trin.* VI c. 4 n. 6 (CCL 50, 233; PL 42, 927): «Virtutes quae sunt in animo humano, quamvis alio modo singulae intelligantur, nullo modo tamen separantur ad invicem, ut quicumque fuerint aequales verbi gratia in fortitudine, aequales sint et prudentiā et iustitiā et temperantiā».

### [A. – DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM INTER SE
### 1. – OPINIO HENRICI GANDAVENSIS
### a. – OPINIONIS EXPOSITIO]

11 Quantum ad primum dicitur sic, quod Philosophus VII *Ethicorum* dicit quod in omni genere bonitatum vel malitiarum est distinguere quattuor gradus, quorum primus[2] est (scilicet initium) quod apud Philosophum dicitur perseverantia, secundus gradus est continentia, tertius temperantia, in quarto gradu dicitur virtus 'heroica'. Et in duobus quidem primis gradibus non est virtus, sed tantum dispositio quaedam imperfecta, quam nata est sequi virtus [2]

APSZBNYQ(μυ)

56 dicitur] eo N[+] | sic] *ante* dicitur P *om.* ZBQ | quod *om.* NYQ | Philosophus *om.* Q | VII = ZY[1]μυ VI Y´ *rell.* 57 Ethicorum] *add.* cap. 1 Z | quod] sic NQ sicut Y 58 quorum primus est = A q. p. Qμυ 58-59 scilicet initium quod *om.* Qμυ 58 initium] in unum N 59-60 gradus est *om.* Q 60 tertius] *add.* est ZB | in quarto] *praem.* et PSZB *add.* autem Q | gradu dicitur *om.* Q 61 heroica] *in corr.* P[1] theologica SZBN | Et *om.* B | quidem *om.* YQ | primis = ABQμυ 62 dispositio quaedam] q. d. Q | virtus *om.* Z

F *56* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 16 in corp. (f. 186S-187Y): «In omni genere habilitatum ad actus eliciendos potentiarum intellectus et voluntatis, in quibus principaliter habitus habent esse tam boni quam mali, quattuor sunt status: scilicet initium, progressus, perfectio et excessus. Verbi gratia, in habilitatibus moralibus ad eliciendum actus morales, de quibus Philosophus VII *Ethicorum* ponit exempla, appellans ipsa genera bonitatum et malitiarum: quae sunt, in bonitatibus, perseverantia, continentia, temperantia, [virtus] heroica, – in malitiis vero, incontinentia, imperseverantia, intemperantia, bestialitas. Quarum perseverantia et incontinentia pertinent ad bonitatum et malitiarum initium, continentia et imperseverantia ad progressum, temperantia [et intemperantia] ad perfectionem, heroica et bestialitas ad excessum. – Est autem perseverantia, prout hic de ea loquimur, habilitas qua quis, occurrentibus fortibus tristitiis aut delectationibus malis, a quibus multi vincuntur, se tenet ne statim ab eis vincatur et succumbat... Continentia autem... est in eo quod est vincere... Unde bonum perseverantiae est in eo quo quis tolerando detinet se ne statim laxet, et est infimus gradus bonitatis; quem sequitur statim gradus continentiae, quae vincit et repellit tentationes, licet cum dolore et labore. Et in hoc differt a temperantia, quae sequitur in tertio gradu, quoniam... continens habet fortes et pravas concupiscentias, temperatus autem non..., sed – ratione praecipiente oportere [se] detinere a turpibus delectationibus – confestim habet concupiscentiam sequentem et manet quietus... Et sequitur heroica, quae est in quarto et ultimo gradu bonitatis... Quando est habilitas actibus bonis generata in gradu perseverantiae et continentiae, vocatur 'dispositio'; quando vero in gradu temperantiae et heroicae, vocatur 'habitus'. Sed tunc dicitur proprie 'habitus qui est virtus', quando tenet medium gradum inter dispositionem et habitum, – quando vero excedit determinatum temperantiae gradum, tunc 'habitus heroicus' dicitur»; ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 1-2 (AL XXVI[3] 271-272; H c. 1-2, 1145*a* 15-1145*b* 20).

T [2] supple: in bonis.



perfecta; in tertio autem gradu est virtus communiter dicta; sed in quarto gradu est virtus excellenter dicta et in gradu superexcellenti.

12 Conceditur ergo quod in duobus primis gradibus non est virtus, quia potest in habitibus virtutum aliquis esse exercitatus in actibus unius virtutis et non alterius, et ita acquirere tam perseverantiam quam temperantiam, et unam et non aliam.

13 In tertio gradu distinguitur, quia aut potest esse in illo gradu virtus inchoata, aut mediocris, aut perfecta[3].

14 Et ita in duobus primis gradibus[4] non oportet esse connexio-

APSZBNYQ(μυ)

63 autem *om.* BQ | sed] et PSZNY *om.* Q 64 gradu[1] *om.* YQ | excellenter dicta et *om.* NYQ | et] vel est virtus P 65 duobus primis] p. d. Q 65-66 virtus] connexio ZBQ 66 in habitibus virtutum] in h. S in virtutibus B´ *om.* ZB[1]Q | aliquis] quis N | esse exercitatus] exerceri Q 67 virtutis *rep. post* alterius B | ita] sic B 68 quam temperantiam] q. continentiam Z *om.* Q | et *om.* NY | et — aliam] unius et non alterius Q sine alia PSZB 69 tertio] *add.* autem Y 69-70 potest — inchoata] est virtus imperfecta Q 69 illo] primo Y 70 inchoata] theologica B | aut[1]] ut Y 71 Et ita = A et *rell.* (*om.* P) μυ | duobus primis] p. d. Y 71-72 connexionem *om.* Y

F *65* Revocatis iis quae dixerat in sua quaestione praecedente nunc ea sic ad propositum applicat HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 190K): «Et restat videre de connexione earum [scil. virtutum moralium] ex parte modorum connectendi secundum gradus connexorum. Circa quam sciendum est quod cum – secundum praedeterminata in praecedente quaestione [ibid. q. 16 in corp. (f. 186S)] – quattuor sint status in qualibet virtute (scilicet inchoationis, profectus, perfectionis et excessus), in primis quidem duobus virtutes omnino imperfectae sunt, nec merentur dici habitus aut virtutes, sed tantum dispositiones ad virtutes. Dispositiones autem potest homo exercitio aliquo defectivo acquirere ad unam virtutem, ita quod non ad aliam... Et ideo loquendo de virtutibus quoad istos duos status..., dicendum quod non oportet ipsas esse connexas; immo aliquis potest habere unam sine aliis tribus, vel duas sine aliis duabus». *69* Ibid. q. 17 in corp. (f. 191L): «Si vero loquamur de virtutibus secundum statum in quo merentur dici 'virtutes', sciendum quod... quia... in isto statu exsistentes recipiunt intensionem, ut de perfectione simpliciter dicta tendant in consummationem (quam si excedant, subintrant statum virtutum heroicarum), idcirco dicendum quod habitus virtutum – secundum quod sunt simpliciter virtutes – dupliciter possunt considerari: uno modo ut absolute perfectae sunt, alio modo ut imperfecte habent consummationem..., ut secundum hoc distinguamus virtutes penes duplicem statum, scilicet imperfectionis et perfectae consummationis, ut secundum primum statum dicantur virtutes imperfectae, secundum autem secundum [statum] dicantur perfectae». *71* Ibid. (f. 191M): «Si considerentur primo modo, cum (ut iam dictum est) aliquis natus ad unam virtutem magis quam ad aliquam aliarum, potest se exercere magis in una virtute quam circa alias, et per hoc potest citius devenire ad statum virtutis imperfectum, in quo tamen meretur dici virtus simpliciter, quam deveniet ad alias, ita quod unam habeat secundum rationem habitus, alias vero secun-

T [3] Henricus tamen in hoc tertio gradu distinguit tantum virtutem inchoatam et virtutem perfectam, et sic tradit DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 36 n. 13 (XXI 316). [4] subintellige: istius tertii, scil. in gradu virtutis inchoatae et mediocris.

nem, propter idem propter quod prius[5], quia potest aliquis exercitari in actibus unius virtutis secundum hos gradus, non alterius.

15 In tertio autem gradu istius tertii gradus[6], et multo magis in quarto[7] est connexio.

16 Quod probatur multipliciter:

Primo sic: «Non est virtus perfecta et vera, quae in contrarium [3] suo fini potest obliquari et deficere, secundum quod dicit Augustinus in sermone de operibus misericordiae: 'Caritas – inquit – quae deseri potest, numquam vera fuit'[8]»; sed si virtus moralis esset sola sine aliis, posset obliquari a suo fine; ergo non esset vera virtus. Probatur minor, quia una virtus non firmat voluntatem circa appeti-

APSZBNYQ(μυ)

72 propter[2] *om.* PZ[1]BQ | quia] quasi scilicet Q | aliquis] *ante* potest Q *om.* A 72-73 exerceri N 73 unius = AB alicuius *rell.* μυ | virtutis *om.* B | secundum hos gradus *om.* NYQ | non = AY et n. (*add.* in Q) *rell.* μυ 74 istius] huius Q | tertii] tertius Y | et *om.* P 75 quarto] *add.* gradu Q | connexus Y 77 sic = AB quia *rell.* μυ | est *om.* Q | virtus perfecta] p. v. Z | et vera] vere *ante* perfecta Q 78 suo fini] f. s. (s.] vero Q) NYQ | et deficere *om.* Q 78-79 quod dicit Augustinus] q. ait A. PSZ Augustinum B 79 misericordiae *om.* N | Caritas] Castitas Y | inquit = AB 80 sed si] *not.* Alius liber: ergo si A[1] | si] *add.* una Q *add.* ⌊...⌋ B+ | esset] fuit S+ 81 posset obliquari] o. p. P potest o. BNY o. potest S | esset ] est NYQ 82 Probatur minor = A Probatio minoris NYQμυ Mi. pr. *rell.* | una virtus] v. u. N 82-83 appetibilia alia] illa a. Q

dum rationem dispositionis; idcirco dico quod, virtutibus isto modo consideratis, unam homo potest habere sine aliis [id est, non inter se connexas]».

F *74* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 191M): «Si vero considerentur secundo modo, sic dicimus ipsas necessario esse connexas». *76* Probatur per Henricum Gandavensem, ut mox sequitur. *77* Ibid. (f. 189Q-R): «Licet enim quaelibet virtus voluntatem sic afficit et ad finem suum inclinat, ut per se delectetur in eis quae congruunt suo fini et per se abhorreat contraria, per accidens tamen praeferendo aliud bonum 'ut nunc', fini suo non-directe contrarium sed disparatum ab eo, a quo... impediatur ne ipsum attingat vel deiciatur ab eo, necessario eget se iuvari et fulciri per illam virtutem quae voluntatem ipsam sic per se afficiat et in finem suum inclinet, ut... per hoc firmetur voluntas ne per illud bonum – 'ut nunc' ipsum appetendo – impediatur illa alia virtus a fine suo vel cadat ab ipso. Et quia bonum contrarium fini cuiusque virtutis, si fuerit sola, posset dicto modo per accidens retrahere voluntatem a fine cuiusque virtutis..., idcirco dico quod quaelibet virtus... debet habere quamlibet virtutem aliam sibi annexam... Nunc autem non est vera virtus quae in contrarium fini suo obliquari potest et deficere, secundum quod dicit Augustinus de caritate in sermone de operibus misericordiae: 'Caritas quae deseri potest, numquam vera fuit'. Castus ergo vere ille non esset nisi fortis fuisset»; dictum, hic Augustino adscriptum, reapse protulit PAULINUS AQUILEIENSIS, *De salutaribus documentis* c. 7 (PL 99, 202; inter opera Augustini [PL 40, 1049]. – Textum Paulini Augustino iam attribuerat GRATIANUS, *Decretum* II causa 33, q. 3 'De poenitentia', d. 2 c. 1-2 (CIC 1190).

T [5] Cf. supra n. 12. [6] Cf. supra n. 13. [7] Cf. supra n. 11. [8] Hoc dictum allegat etiam LOMBARDUS, *Sent.* III d. 31 c. 1 n. 2 (SB V 180).



bilia alia quae non per se respicit; ergo voluntas si non habeat virtutem nisi illam, potest obliquari circa alia appetibilia praesentata sibi; sed ex obliquatione circa alia potest obliquari circa obiectum istius virtutis; ergo etc.

Hoc patet in exemplo, quia habens fortitudinem et non tem- 17
perantiam, non firmatur circa delectabilia refrenanda; similiter habens temperantiam et non fortitudinem, non firmatur circa terribilia sustinenda; ergo si praesententur sibi terribilia simul et delectabilia, puta quod fornicetur vel sustineat mortem, potest obliquari circa terribilia, et per consequens circa ea quae sunt fortitudinis, et non circa ea quae sunt temperantiae: prius enim eligeret talis non sustinere mortem quam non fornicari, quia non est firmatus circa illam passionem terribilem.

Secundo arguitur ad idem sic: quia virtutis est delectabiliter 18

APSZBNYQ(μυ)

83 voluntas si] si v. BQ | habeat *om.* A 84 nisi illam] n. istam (*ante* virtutem, 83-84 Q) NYQ | alia *om.* AS | sibi] *ante* praesentata B *om.* Z 85 sed] *add.* si Z | obiecta Y | istius] illius Y huius N 86 etc. *om.* Q 87 Hoc] Istud (*add.* etiam B) PSB Illud Z | quia] quasi Y 87-88 fortitudinem — firmatur *om.* P 87-89 fortitudinem — habens *om.* NYQμυ 88 similiter = B ergo A nec Z ut S 88-89 habens *om.* P 89 non[2]] *praem.* et Z 90 ergo si] si e. Y | praesentantur B 90-95 ¶ simul — terribilem *sign. in textu et mg. signis // //; bis adnot.* Non in alio [*id est omittitur per homoioteleuton in alio libro*] A[1] 90-91 simul et delectabilia = A 91 quod] vel q. (q.] quia Y) NY *add.* vel Q | vel] *add.* quod PS | mortem] motem A± *add.* ⌊...⌋ B+ 91-93 potest — eligeret *rep. post* mortem (94) B+ 92-93 fortitudinis — sunt = A 93 prius — talis] nam t. praevius (p.] potius μυ) eliget Qμυ | eligeret = AZB (*in textu rep.* B) eligit Y eliget *rell.* | non *om.* B+ 96 Secundo — sic] Hoc arguitur sec. (s.] tertio Y) PSZNYQ | ad *om.* B | virtutum B

F *87* Duns Scotus hic exemplum conficit ad modum exemplorum quae adducit HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 189R-T): «Verbi gratia: si quis, habens virtutem castitatis et per se delectetur in operibus castitatis et diligat mentis et corporis puritatem, et abhorreat per se contraria, – si non sit fortis, et offerantur ei terribilia sustinenda nisi adulterium committat, timore poenae contra quem non castitas sed fortitudo firmat voluntatem, praeferendo corporis illaesionem puritatis bono, committet adulterium et cadet a virtute castitatis... Praeterea, si illi qui positus est esse castus proponatur copia munerum ut incestum commitat, – si non sit iustus... Praeterea, si prudens non sit.... Et ita si sit castitas virtus, virtus vera non potest esse nisi sint ei aliae connexae: scilicet fortitudo, iustitia et prudentia. Et similiter est de unaquaque illarum [virtutum] respectu aliarum trium». *96* Ibid. (f. 188-189Q): «Ut autem virtus quaelibet firmiter et impermutabiliter operetur ea quibus finem adipiscatur, et non contraria quibus eo frustretur aut cadat ab eo, sed conservetur in ipso quantum est in se, sufficit ei ut delectabiliter operetur quae sibi sunt propria, quibus finem suum adipiscitur et in fine suo custoditur, et abhorreat contraria (ut casto, ut operetur casta et abhorreat incesta). Quia tamen voluntas, quae est domina operationum quae sunt secundum virtutes..., bono unius virtutis non est alligata neque bono virtutis ac-

operari (ex II *Ethicorum*); sed una sine alia non est principium delectabiliter operandi. Quod apparet in exemplo praedicto[9], nam tentatus de intemperantia, si non sit fortis, non delectatus fugiet ea quae pertinent ad intemperantiam, et per consequens non est perfecte temperatus nisi sit etiam fortis; eodem modo posset poni exemplum de avaro, quia si quis est avarus, eliget servare pecuniam plus quam temperantiam.

19 Praeterea, tertio sic: virtus perfecta perducit ad finem virtutis, quia perfectio in moralibus est perducere ad finem; sed nulla virtus sine alia perducit ad finem, nec sese de se nec virum politicum; ergo etc.

20 Confirmatur ista positio per Gregorium XXII *Moralium* cap. 1: « Quisquis una virtute pollere creditur, tunc veraciter pollet

---

APSZBNYQ(μυ)

97 ex *om.* ZNQ | una] *add.* virtus NYQ | est] potest esse SZB *add.* nec potest esse P 98 Quod] sicut NYQ | apparet] patet Q 99 tentatus] temperatus (!) Y | de] ad S$^{+}$ | si] sed Z | fortis] iustus Q | delectabiliter PSBYQ | ea *om.* Q 101 nisi — fortis *om.* NYQ | nisi sit etiam] si non s. B non sic e. Z 102 de avaro, quia = A de a., qui B | si — avaraus *om.* B | quis] aliquis PSZ *add.* enim Q | est = A sit *rell.* μυ | avarus] *add.* si avarus est PSZNY | eliget servare] eligeret s. APZB servaret S | pecunias NYQ 104 Praeterea *om.* B | sic = AB | virtutis] virtutum B 105 est *ante* in Y | nulla] una Q | virtus] *add.* sola PSB 106 alia] illa Y *add.* non Q | sese = A | de *om.* Y | de se nec *om.* Q | nec$^{2}$ *om.* B | politicum] *add.* facit Q 107 etc. *om.* Q 108 per] *add.* beatum SB | XXII = μυ XX (*add.* libro A) *codd.* 109 1] 10 N | Quisquis] Quisque Z Si quis Q | pollet] posset P

quisitae omnino, sed liberam habet electionem talis boni simpliciter et 'ut nunc' (sive sit finis sive ad finem), – cum hoc igitur quod delectabiliter operetur quae sibi sunt propria..., requirit alia adiutoria».

F *97* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 169; B c. 5, 1106*a* 15-17). *104* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 188P): «Quemadmodum iuvant se invicem artes sermocinales..., et hoc erga notitiam scientiarum realium ad quas ordinantur finaliter, – ordo ergo similiter debet esse in politicis operationum secundum omnes virtutes et ipsarum virtutum inter se, in iuvando scilicet sese mutuo et conservando, et hoc respectu alicuius operationis ultimae et perfectae quae est finis aliarum, et est operatio illa propria operatio prudentiae, in qua consistit felicitas politica». *108* Ibid. (f. 189V): «Hinc dicit Gregorius XXII *Moralium* cap. 1 [n. 2 (CCL 143A, 1092; PL 76, 211)]: 'Quisquis virtute aliqua pollere creditur, tunc veraciter pollet cum vitiis ex alia parte non subiacet, nam si ex alio vitiis subiacet, nec hoc est solidum ubi stare putabatur'. Et libro XXI cap. 3 [n. 6 (p. 1068; col. 192)]: 'Omnes virtutes vicaria ope se sublevant, ut – quia una virtus sine alia vel nulla est omnino vel minima – vicissim sua coniunctione fulciantur'. Et Commentator super principium VI *Ethicorum*: 'Non exsistente temperantia, qualiter erit iustitia? [EUSTRATIUS, *In Eth. ad Nic.* VI c. 2 (cod. Vat. lat. 2171, f. 100*va*)]».

T [9] Cf. supra n. 17. – Sicut iam fecit paulo antea (n. 17), hic quoque Henrici exemplum Duns Scotus immutat, fortasse ne lectores conturbet.



cum vitiis ex alia parte non subiacet». Et libro XXI cap. 3: « Una virtus sine alia vel non est virtus perfecta, vel nulla est omnino ». Et Commentator super principium VI *Ethicorum*: « Non exsistente temperantia, qualiter erit iustitia? », – quasi diceret 'nullo modo'. Idem etiam Commentator super illud VI *Ethicorum* « Temperantiam hoc appellamus nomine velut 'salvantem prudentiam' »: « Sorores ad invicem virtutes sunt » etc. (quaere ibi).

Hoc idem probatur per glossam Apoc. 21: *Civitas in quadro* 21
*posita est* (quaere ibi).

[b. – OPINIONIS IMPROBATIO]

[4] Contra istud arguitur multipliciter. 22

[Argumentum primum] – Primo sic: per te, contingit duos primos gradus esse non connexos (puta perseverantiam et continentiam), et consimiliter duos primos gradus tertii gradus (scilicet quando est virtus imperfecta vel mediocris)[10]. Eodem modo arguo de virtute se-

---

APSZBNYQ(μυ)

110 ex] ab Y | parte *om.* Y | XXI = μυ XXI. XIX Z XIX *rell.* | 3] 13 Y 110-111 virtus *post* est$^{2}$ (111) Z 111 sine alia *om.* Q | virtus *om.* B | perfecta *om.* NYQ | nulla est] non e. (*post* omnino Q) ZQ | Et] Praeterea Q 112 principium VI Ethicorum] VI Eth. in principio Q 113 erit] erat P inerit B est A intelligit Z | quasi — modo *om.* PNYQ 114 Idem etiam Commentator] Praeterea idem Q Id. PSZNY | Ethicorum] *add.* cap. 6 Z 115 salvantem] saltem A | prudentiam] *add.* Commentator Q 116 virtutes sunt] s. v. Z | etc. quaere ibi] ergo etc. Z *om.* Q 117 probatur] patet Y | glossam] glossas N *add.* Augustini PSB *add.* super illud Q | 21 = μυ 24 ANY 20 Q 30 *rell.* | quadro] qua dictio S 120 istud] illud ZNY hoc Q | arguitur = APμυ arguo *rell.* | multipliciter = A 121 per te = A sicut per te *rell.* μυ | duos *om.* Q$^{\pm}$ | primos *om.* NY 122 esse *ante* duos (121) Y | non connexos] inconnexos Q connexos NY | puta] scilicet Q | perseverantiam et continentiam] c. et p. PSZB p. et temperantiam Y 123 consimiliter] contingit Y | tertii gradus *om.* Q 123-124 est virtus] v. e. Q 124 perfecta Z | arguitur NYQ

F *114* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 189Y): «Unde Commentator, super illud VI *Ethicorum* 'Temperantiam hic appellamus nomine velut salvantem prudentiam' [ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 6 (AL XXVI$^{3}$ 258; Z c. 5, 1140*b* 11-12)], dicit sic: 'Sorores ad invicem virtutes sunt'»; EUSTRATIUS, *In Eth. ad Nic.* VI c. 6 (cod. Vat. lat. 2171, f. 109*rb*): «Dicemus primum quidem quoniam sorores ad invicem [sunt] virtutes et multam ferunt ad invicem similitudinem... Et nihil admirabile si de una ipsarum ratio inducit et reliquas». *117* Ibid. (f. 191 O.Q): «In glossa, super illud Apoc. 21 [scil. Apoc. 21, 16] 'Civitas erat in quadro posita', dicitur: 'Quattuor latera quattuor principales virtutes sunt [scil. prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia], quarum una non debet aliam excedere in homine' [*Glossa ordin.* Apoc. 21, 16 (apud NICOLAUM DE LYRA, VI, f. 272*v*)]».

T [10] Cf. supra n. 12-14.

cundum tertium gradum virtutis, quia contingit aliquem – habentem virtutem secundum duos primos gradus tertii gradus – exercitari secundum tertium gradum unius virtutis, non alterius: non enim minus dispositus est aliquis habens habitum ad operandum circa illa obiecta quam aliquis alius nullum habitum habens; ergo si aliquis a principio potuit se exercitare circa obiectum unius virtutis et non alterius, multo magis – cum habuerit habitum unius virtutis usque ad duos primos gradus tertii gradus – poterit exercitari circa obiectum unius virtutis et non alterius, et ita poterit acquirere sibi unam virtutem perfectam et non aliam. Confirmatur, quia non occurreret sibi opportunitas agendi circa materiam alterius virtutis, ut inclinetur ad hoc sicut ad illud cuius habet habitum.

23 Si dicatur quod etsi materia alterius virtutis non occurrat exterius, tamen occurrit in phantasmatibus, et circa illa oportebit recte eligere, vel virtus acquisita in aliquo gradu non salvabitur, – contra: possibile est intellectum illa alia non considerare, sed tantum illa ad quae inclinat habitus virtutis, quia non contingit intellectum duo simul distincte intelligere, secundum communiter loquentes[11]; aut si occurrant alia, quae pertinent ad aliam virtutem, non potest voluntas eligere circa illa nec bonum nec malum, sed praecipere non-considerationem illorum et considerationem istorum quae pertinent ad virtutem quam habet. Et stabit propositum.

APSZBNYQ(μυ)

125 contingit] dicit Y 126 virtutem] gradum virtutis sive virtutem Z *om.* AQ | duos] aliquos B | primos *om.* NYQ | tertii gradus *om.* Q 127 secundum tertium gradum] s. gradus NY circa actum Q | non$^1$] *praem.* et PSZBQ 128 est *ante* minus Q 128-129 ad — habens *om.* N 128 illa] ista Y 129 aliquis *om.* BQ | alius *om.* Y | nullum] non SZBQ | habitum habens = A habens habitum *rell.* μυ 130 exercere N | circa obiectum] secundum actus Q 131 usque ad] secundum Q 132 primos *om.* NYQ | exercitari] exerceri N exercitare (exercere B) se PSZB 133 unius] illius Q | virtutis] *add.* secundum tertium gradum Z | et$^1$ *om.* NY | et ita poterit *rep.* S | acquirere sibi] s. a. YQ 134 et *om.* NY | non occurreret] n. occurret PBY potest n. occurrere Q | sibi *om.* Z 135 opportunitas agendi] a. o. NY | ut inclinetur = AB nec (non Y) inclinatur *rell.* μυ 137 Si] *add.* forte B | quod *om.* NY | etsi] licet Q | materia alterius virtutis *post* exterius (137-138) B | occurrat] occurrit *post* exterius (137-138) Z 137-138 exterius *in corr.* A$^1$ 138 tamen occurrit = AN non o. Y o. t. *rell.* μυ | in *om.* BN$^+$ | illa] ista Y illud A 139 aliquo] alio B | non salvabitur] *ante* in Q *add.* eligere (!) Y 140 impossibile Q | intellectum *om.* NYQ | non *om.* Q | tantum] solum NYQ | illa] ista Y 141 inclinatur A | intellectum *om.* Q 141-142 duo — intelligere] simul i. simul (!) duo distincte Q 141-142 duo simul] s. d. N s. et Y 142 distincte intelligere] i. d. P | aut] nec Z igitur Q 143 occurrant] occurrerent N occurrunt B | alia] aliqua N | aliam] aliquam Y | non] *post* voluntas (143-144) B *om.* Z

F *137* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 25 in corp. (f. 204K).

T [11] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 1 [q. 1 n. 22-23].



[5] Dicitur aliter, et melius[12], quod possibile est quemcumque habitum – quantumcumque perfectum in genere naturae – acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum unius virtutis absque acquisitione alterius virtutis; sed ille habitus – quantumcumque intensus – non erit virtus, quia non habet rationem virtutis nisi sit conformis aliis virtutibus in eodem acquisitis, quia concordia habitus ad habitum necessaria est in quolibet habitu ad rationem virtutis. 24

Istud dictum faciliter posset improbari, si virtus moralis esset per se ens vel per se unum in genere qualitatis. 25

Sed quia hoc non credo esse verum, sicut tangetur inferius[13], ideo arguo aliter sic: virtus, cum omnibus quae sunt de per se ratio- 26

APSZBNYQ(μυ)

144 illa] illum P | bonum nec malum] bene n. male NYQ 145 et considerationem istorum *om.* Y | istorum] illorum N eorum Q 146 stabit] habetur A 147 aliter] autem ZN | quemcumque *om.* NYQ 148 imperfectum Q | naturae *om.* S$^{\pm}$ | acquiri] *add.* ut PS 149 unius *om.* Y 149-150 absque — virtutis *om.* B$^{\div}$ 150 virtutis] habitus NYQ | intensus] perfectus B$^{\pm}$ 151 erit] est PNY | erit — non$^2$ *om.* Q | nisi] cum non Z 152 aliis virtutibus *om.* A | in eodem = A | acquisitis] *om.* PSZB *add.* et ideo non est virtus Q | quia concordia] c. enim Q 153 necessario Q | quolibet] quocumque Z | habitu] habitus (!) Q actus SZ h. et actu P actu et h. B | ad rationem = A | virtutis] voluntatis B qui est virtus Q *om.* NY 154 Istud dictum] Ista positio SZB Istud P | faciliter posset = AZ p. f. (f.] *spat vac.* Y) *rell.* μυ | probari S$^+$ | esset] posset esse Y 154-155 per se ens] e. p. se PY 155 vel] et Q | per se *om.* Y | in genere qualitatis *om.* P 156 hoc *rep. post* credo N | credo *ante* hoc Z | esse verum] v. e. B | tangitur S 157 ideo *om.* NY | aliter] *ante* arguo Q *om.* N | virtus] *praem.* sicut N

F *147* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 65 a. 1 in corp. (VI 418*b*): «Virtus moralis potest accipi vel perfecta vel imperfecta. Imperfecta quidem moralis virtus, ut temperantia vel fortitudo, nihil aliud est quam aliqua inclinatio in nobis exsistens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, sive talis inclinatio sit in nobis a natura sive ex assuetudine. Et hoc modo accipiendo virtutes morales, non sunt connexae: videmus enim aliquem ex naturali complexione vel ex aliqua consuetudine esse promptum ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis... Et secundum hoc, manifeste apparet ratio connexionis: non enim firmitas habet laudem virtutis si sit sine moderatione vel rectitudine aut discretione; et eadem ratio est de aliis»; ad 1 (p. 419*ab*): «Virtutum moralium quaedam perficiunt hominem secundum communem statum... Si autem [homo] exercitetur bene operando circa unam materiam, non autem circa aliam..., acquiret quidem habitum aliquem..., qui tamen non habebit rationem virtutis... Quaedam vero virtutes morales sunt quae perficiunt hominem secundum aliquem eminentem statum, sicut magnificentia et magnanimitas... Cum enim aliquis per exercitium adeptus est liberalitatem circa mediocres donationes..., si superveniat ei abundantia pecuniarum, modico exercitio acquiret magnificentiae habitum».

T [12] scil. melius quam obiectio praecedens (n. 23). [13] Cf. infra n. 27-30.

ne virtutis, generatur ex actibus conformibus rationi rectae, ita quod ultra naturam actus et habitus non requirit ratio habitus vel actus virtuosi nisi conformitatem ad rationem rectam, – quod probatur ex illo II *Ethicorum*: «Virtus est habitus electivus prout ratione determinatur»; sed sine concordia aliarum virtutum concurrentium in eodem operante potest esse talis conformitas tam habitus quam actus ad rationem rectam secundum quam eligit. Assumptum patet, nam non recte eligit circa materiam temperantiae nisi praecedente recta ratione et dictante de tali eligibili; potest autem praecedere rectum dictamen circa materiam unius virtutis absque omni dictamine recto circa materiam alterius virtutis; ergo etc.

27 [Argumentum secundum] – Praeterea, secundo, sequitur ex illo dicto[14] quod quaelibet virtus erit alii ratio essendi virtutem; consequens falsum, ergo antecedens. – Probatio consequentiae, nam si iste habitus non est temperantia-virtus nisi quia concomitatur alia [6]

APSZBNYQ(μυ)

158 virtutis] eius PSZ | ex] ea A$^{+}$ | rationi rectae] re. ra. PSBQ 159 et] vel Q | non requirit *post* virtuosi (160) Q | rationem (!) Y | habitus] virtutis PSZB | habitus vel actus] a. v. h. Q 160 virtuosi] virtutum P | rationem rectam] re. ra. ZQ | quod probatur *om.* Q | ex *rep.* S 161 illo] principio Y primo N *om.* Q | Ethicorum] *add.* cap. 5 Z | electivus = A etc. (*om.* PSZ) in medietate exsistens (e.] consistens PSZB) quae ad nos (q. ad n.] quod nos P$^{2}$Nμυ *om.* P´SZB) determinata (*add.* recta Y) ratione (ra. *om.* P$^{*}$S) *rell.* μυ | prout = AP$^{2}$ ut SZB et ut utique (uti.] itaque Y) NYQ μυ | ratione = A$^{1}$ ratio A´ sapiens *rell.* μυ 161-162 determinatur = A determinata B determinavit PSZ determinabit NYQμυ 162 concordantia B | aliarum] illarum P 163 talis conformitas] c. t. NY | habitus *rep. post* quam N | habitus quam actus] a. q. h. PQ 164 rationem – quam] rectam r. circa illud quod Q | eligit] elegit; ergo etc. B *add.* ergo (*add. ulterius* etc. Z) PSZ 164-165 nam non] non non (!) P nam Q 165 recte] idem Z | eligit = AY eliget *rell.* μυ | materiam] habitum Z | nisi] ut Z non B tamen *post* praecedente Q 166 ratione] *add.* determinante P | et = AP | autem] tamen Y 166-167 rectum dictamen] d. r. Q 167 circa materiam *om.* A | virtutis *om.* B 167-168 absque — virtutis *om.* Y 167 recto] rationis Q 168 virtutis *om.* P | ergo etc. *om.* SZ | etc. *om.* Q 169 Praeterea] Item S$^{+}$ | secundo *om.* Q | illo] isto NYQ 170 erit] est PQ | virtutem] *add.* per connexionem N 170-171 consequens] *add.* est NYQ 171 ergo] *add.* et Q | consequentiae] *add.* primo PY *add.* primae S | nam] quia Q 172 iste habitus = AY ista (ita B$^{+}$) virtus vel i. h. qui B virtus temperantiae Q h. temperantiae μυ i. h. vel ista virtus PSZ | temperantia-] *om.* Q *add.* non erit (e. *om.* B$^{1}$) B | virtus *om.* Y | concomitatur] conceditur S

F *161* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 171; B c. 6, 1106*b* 36-1107*a* 2): «Est ergo virtus habitus electivus, in medietate exsistens quae ad nos [est], determinata ratione, et ut utique sapiens determinabit».

T [14] Cf. supra n. 22 (»per te…») et nota 10.



virtus, puta fortitudo, ergo fortitudo-virtus – in quantum concomitans – erit ratio illi habitui essendi virtutem-temperantiam, et pari ratione e converso temperantia, ut concomitans, erit fortitudini ratio essendi virtutem, et quaelibet generaliter alii erit ratio essendi virtutem. Consequens falsum, quia sequitur quod aliqua erit virtus antequam sit virtus, et ita nulla prima virtus.

Probatio istorum: 28

Quia[15] accipiamus habitum illum de genere qualitatis, qui debet esse 'temperantia': si iste non potest esse virtus nisi concomitante illa virtute quae est fortitudo, ergo fortitudo prius erit virtus quam temperantia sit virtus; et non potest[16] esse virtus nisi concomitante fortitudine-virtute, ex hypotesi; ergo fortitudo prius erit virtus quam erit virtus!

Per idem probatur quod non erit prima virtus[17]: non enim temperantia est prima virtus, quia non potest esse sine concomitantia omnium aliarum virtutum, habentium rationem virtutis (ex hypotesi), nec aliqua alia erit prima, quia nulla alia potest esse virtus sine concomitantia temperantiae ut virtus est. 29

APSZBNYQ(μυ)

173 fortitudo, ergo *om.* PN | fortitudo-virtus] f. est (e.] esset Z erit B$^{1}$) v. SZBY f. esset (e. *om.* A$^{1}$) etiam A | in quantum *om.* N 174 erit] est (*rep.* B) PBNYQ | ratio] *post* illi Y *post* habitui PSB in ratione *post* habitui Z | virtutem-temperantiam] t. v. BQ v. Z virtutum S t. Y 174-176 -temperantiam — virtutem *om.* P 175 e converso *om.* A | ut] vel B | erit] est N esset S | fortitudini *om.* Y 176 virtutem] temperantiam N$^{+}$ 176-177 et — virtutem *om.* Y 176 et quaelibet] et qualibet (!) P igitur q. Q q. igitur N | generaliter *om.* NQ | alii] *post* virtutem (177) B *om.* SZ | alii erit] e. alteri Q | erit] est PN 177 virtutem] aliam SZ | Consequens falsum = A Falsitas consequentis patet B C. est f. *rell.* μυ | quia] *add.* tunc B | sequitur] sequeretur PYQ | quod *om.* B | erit] *post* virtus B est P esset Z 178 sit] esset Z | prima] praevia A | virtus = A v. et per consequens nulla B v. erit nulla virtus Q v. et ita nulla *rell.* v. et ita nulla virtus erit μυ 180 Quia *om.* Q | accipiamus] accipimus SZ *add.* enim Q | illum] istum SBN | qui] quae NY | debet] dicitur B 181 iste] ille N 181-182 illa = A alia *rell.* μυ 182 est] erit B | ergo fortitudo *om.* PY 182-185 prius — virtus] p. erit v. prius quam sit virtus Q 182 erit] est PSB | virtus *om.* S 183 et] *add.* ipsa etiam B | virtus$^{2}$ *om.* P 184 fortitudine-virtute] temperantia-v. NY virtute temperantiae SZB | hypostasi (!) P | erit] est PN 185 erit] esset SZ sit B 186 Per] Et per B | non] nulla NYQ | erit] est PN 186-187 non — virtus *om.* PZ 186 non enim] quia n. Q 187 est] erit SBY | est prima virtus *om.* Q | quia] *add.* illa Q | esse] *om.* Y *add.* virtus Q 188 omnium *post* virtutum P | aliorum (!) N | virtutum = AP | habentium rationem = A et hoc h. r. (r. *rep. ante* habentium B) *rell.* μυ | virtutis] virtutum B 189 nec] *add.* etiam B 189-190 nec — est *om.* NYQ 189 erit] est PZ esset S 190 est] etc. A

T [15] Probatur primum dictum, scil. «quod aliqua erit virtus antequam sit vitus» (n. 27). [16] supple: fortitudo. [17] Cf. supra n. 27.

30 [7] Si *dicatur* ad istud, et probabiliter, quod 'aliqua potest esse virtus habens secum omnes virtutes concomitantes, et licet, in ratione qua est talis habitus unus, praecedat alium, non tamen in ratione qua est virtus, sed omnes habitus, sive prius sive posterius generati, habent rationem virtutis ex ratione propria et concomitantia mutua', – contra hoc: tunc sequitur quod unus actus generabit omnes virtutes morales in esse virtutis, quod videtur inconveniens. – Probatio consequentiae: pone enim habitum illum qui est temperantia generatum, et consequenter habitum qui est fortitudo generatum, ad similem gradum, – tandem nullus habituum istorum erit virtus quousque quilibet habitus sit in eo gradu in quo est virtus; aut igitur quilibet habitus est ante alium, aut non. Si sic, habetur propositum, scilicet quod unus habitus potest esse sine alio, et ita non est con-

APSZBNYQ(μυ)

191 istud] illud SZB hoc Q | et *om.* Q | aliqua] alia Y 191-192 virtus *ante* potest (191) P 192 et *om.* NQ in *rep. post* ratione NY 193 est *om.* N | unus ... alium] una ... aliam P | praecedit PQ 194 omnis (!) Y 195 rationem] *add.* habitus PSZB 196 hoc] *om.* SZB *add.* quia BQ | sequeretur Z | omnes] *add.* alias N 197 esse] se B 198 illum] istum Y | illum qui est] *om.* Q *add.* a NY | temperantiae Q 198-199 generatus N 199 qui est fortitudo] fortitudinis Q | est] erit Y 200 similem] consimilem N | habituum istorum = A i. h. *rell.* μυ 200-201 erit — gradu *rep. ante* qui (199) N 200 erit] est (*utrobique* N) PNQ 201-202 sit — habitus *om.* P 201 eo] eodem Y] aut igitur] quaero igitur aut B 202 habitus] gradus Y | est = AP erit *rell.* μυ | alium] *add.* virtus vel esse poterit Q | Si sic] et Q | habetur] habeo N *om.* SZ 203 scilicet] *post* quod B *om.* SZNYQ | quod] *add.* potest S | unus] nullus Y | potest *ante* unus P | potest esse] *ante* unus B esset S *add.* virtus Q | alio] altero NY | ita] ideo N | est = AN esset PS erit *rell.* μυ 203-204 connexio virtutum] *praem.* necessario PSZ *add.* necessaria B

F *191* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 ad arg. (f. 192X-193X): «Ad generationem autem alicuius virtutis ut perveniat ad formam habitus et mereatur dici virtus absolute, etsi non in consummatione virtus perfecta, non sufficit exercitari circa materiam unius virtutis, sed oportet quod exercitetur circa materiam omnium... Ut perveniat ad perfectionem habitus, requirit simul exercitium actionis omnium aliarum: sicut enim una virtus in fine non posset conservari nisi fulciretur a qualibet earum eam praeservante ab eis quae ad virtutes alias pertinent..., sic exercitium circa suam materiam ut generetur requirit simul exercitium aliarum... Et ita licet homo possit exercitari circa materiam unius virtutis tantum..., necesse est ut ad generationem eius [scil. perfecti habitus] exercitetur simul circa materias omnium virtutum, licet non simul incipiat circa singulas. Quod si procedat et proficiat circumquaque, omnes habitus perfecte acquiret, licet non aeque primo. Sed necesse est ut simul habeat eos acquisitos antequam aliquis illorum perveniat ad perfectionem consummatam... Est etiam possibile ut simul incipiat exercitari circa materias omnium et simul, vel quasi, intra breve tempus inter perfectam generationem primae et ultimae simul omnes [habitus] habeat acquisitos. Possibile est etiam quod habeat eas in omnimoda aequalitate, sed hoc non est necesse».



nexio virtutum. Si non, ergo habitus simul fient per unum actum in esse virtutis, quod videtur inconveniens, quia ille actus videtur esse actus unius virtutis, – et sicut esset unius si esset virtus generata, ita esset generativa unius, ergo omnium.

[Argumentum tertium] – Praeterea, tertio: rationabilius videtur species eiusdem generis in virtutibus moralibus esse connexas quam duo genera, quia magis inclinatur aliquis ad ordinate se habendum circa materiam magis coniunctam – ex virtute quam habet – quam circa remotam; materiae autem specierum eiusdem generis magis sunt connexae quam materiae diversorum, sed species eiusdem generis virtutis non sunt connexae (puta virginitas et castitas coniugalis); ergo non omnium[18]. 31

## [2. – OPINIO PROPRIA]

[8] Quantum ad istum articulum[19] concedo quod neque virtutes morales secundum genera sua quae communiter assignantur (ut iustitia, fortitudo et temperantia), neque secundum illa generaliora quae prius assignavi, quae sunt virtus disponens affectum ad se ipsum et[20] ad alterum[21], sunt necessario connexae. 32

Ad quod est persuasio talis: quia virtus est perfectio aliqua hominis, et non totalis, quia tunc sufficeret virtus una moralis; quando 33

APSZBNYQ(μυ)

204 Si non] Aut n. Q Si dicit quod n. B | ergo] et tunc Q | fient] fierent A essent B 205 virtutis] virtualiter B | videtur] erit Y | ille] iste ZYQ | actus] habitus Y 206 esset¹] erit Z | virtus *om.* ZQ | ita] sic PSZB 207 esset generativa] est generativus Q | ergo] *add.* non Q *add.* et B *add.* secundum aliam non Z | omnium] secundum causam S 208 tertio] secundo Z [...] B⁺ | rationalius B 211 circa *om.* S | coniunctam] *add.* materiae virtutis quam habet Q | ex] et Y | ex — habet *ante* circa Q | quam² *om.* B 212 circa] *add.* magis BYQ | remotum N | eiusdem] *add.* speciei et S | magis] *post* sunt (213) B *om.* N 212-214 magis — generis *om.* Q 213 materiae *om.* Z | diversorum] *add.* generum ZBNY 213-214 diversorum — connexae *om.* S 214 virtutis *rep. ante* generis (213-214) P⁺ 215 ergo non omnium = A e. Qμυ etc. Y e. etc. *rell.* 217 concedo] concludo N | neque] nec *post* morales (217-218) Q 218 secundum] *add.* omnia N | ut *om.* PNYQ 219 et *om.* Y | neque] nec PSBQ | illa] ista N alia Q | illa generaliora] genera sua Y 220 sunt *rep. ante* prius Z⁺ | virtus disponens] virtutes disponentes Q 221 et ad alterum] vel ad alium Q | necessarie N 222 quod] hoc Q | quia] quod N *add.* una Q | perfectio aliqua] a. p. PYQ 223 et] sed PNYQ | totaliter Y | quia tunc sufficeret] q. s. t. B s. enim t. Q | sufficit S | virtus una] u. v. NYQ | moralis] *add.* igitur partialis Q

T [18] supple: specierum virtutes sunt connexae. [19] scil. primum (cf. supra n. 10-11). [20] supple: virtus disponens affectum. [21] Cf. supra d. 34 n. 33.

autem sunt plures perfectiones partiales alicuius, illud potest esse perfectum simpliciter secundum unam perfectionem et imperfectum simpliciter secundum aliam, – sicut apparet in homine, cuius est habere multas perfectiones organicas: potest habere unam perfectionem in summo, nihil habendo de alia (puta esse summe dispositus ad visum vel tactum, nihil habendo de auditu); potest igitur aliquis habere perfectionem respectu materiae temperantiae in summo, nihil habendo de perfectione quae requireretur respectu materiae alterius perfectionis, et per consequens potest esse simpliciter temperatus, etiam quantum ad quemcumque actum temperantiae, – non tamen est simpliciter moralis sine omnibus (sicut non est simpliciter sentiens sine omnibus sensibus); sed non est minus perfectus temperatus, licet sit minus perfectus moralis (sicut non est minus perfectus videns nec est minus perfectus audiens, licet sit minus perfectus sentiens).

[3. – AD ARGUMENTA OPINIONIS HENRICI]

34 Et per hoc patet ad quaedam tacta pro prima opinione, puta ad illud quod virtus potest obliquari[22]: hoc enim est falsum de virtute, nam virtus non obliquatur, sed habens virtutem ex defectu alterius [9]

APSZBNYQ(μυ)

224 alicuius = AZ | illud potest = A i. (idem μυ) perfectibile p. (p. *om.* Q) Qμυ p. i. *rell.* 225 perfectum simpliciter] s. p. Q 225-226 imperfectum — aliam] non secudum aliam, sed simpl. i. sec. a. B | imperfectum simpliciter] s. i. Q 226 apparet] patet BQ 227 multas] plures B | perfectiones] partes SZB | organicas] *add.* qui B 227-228 organicas — nihil *om.* S | perfectionem] perfectam B *om.* N 228 esse] est Q 228-229 dispositum Y 229 ad = A quoad Qμυ quantum ad *rell.* | vel] et SZBY | tactum] *add.* vel (prolis S) olfactum vel gustum PSZB *add.* gustum vel olfactum NYQ | nihil] vel S | habens NY | potest igitur] i. p. Q 230 materiae] *comp.* $Q^+$ maximae Y 230-231 in summo *om.* Q 231 nihil] non AS | requiritur BY 232 perfectionis] virtutis Q 233 etiam] et Y in N *om.* ZB | quantum *om.* Q | actum] habitum ZBNYQ habitum vel a. P *om.* S | temperantiae] *add.* etsi non sit fortis PSB 234 est$^1$] erit Q | omnibus] *add.* virtutibus moralibus Q | est$^2$] potest N 234-235 simpliciter sentiens = A perfecte se. si. Qμυ perfecte se. *rell.* 235 sine] sed Y | est minus] m. e. Y 235-236 perfectus] perfecte B *om.* Q 236 temperatus] temperabilis S videns si (si *in corr.* $N^1$) non est perfectus t. N | licet] *add.* non A | perfecte $B^1$Q 236-237 non — audiens] non-audiens non est minus perfecte videns Q 237 perfectus$^1$] perfecte $B^1$N *add.* infimus si non est perfectus sit minus perfectus P | nec] vel S nihil Z | nec est minus] si non est PNY | perfectus$^2$] perfecte $B^1$ | licet] *om.* S *add.* non $Y^+$ | sit *om.* P 238 perfecte $B^1$NQ 240 Et *om.* ZBQ | ad *om.* Y 241 obligari $B^+$ | hoc enim] et h. e. S | est falsum] f. e. NY 242 virtus] habitus S | virtutem] *add.* unam PSZB

T [22] Cf. supra n. 16.



virtutis obliquatur respectu materiae alterius virtutis. Nec ex hoc est ista virtus imperfecta[23], quia ipsius non est dirigere hominem circa omnia, sed circa sua propria obiecta (sicut non est magis obliquatus in audiendo qui non potest videre quam si posset videre, sed obliquatur in sentiendo).

35 Si arguatur contra hoc sic 'est de facili amissibilis, ergo non est virtus'[24], – nego antecedens, immo licet contra eius inclinationem fiat, non corrumpitur dispositio bona nisi multis peccatis aut vitiis, vel paucis intensis.

36 Et per idem patet ad illud de 'delectabiliter operari'[25], nam quantum est ad istam materiam praecise sumptam[26], delectabiliter operatur: puta delectabile est sibi abstinere ab opere intemperantiae, sed non est delectabile sibi subire terribilia, quia circa illa non est ordinatus; tristabiliter ergo committit actum intemperantiae, quia contra habitum suum[27], – sed quia tristius esset sibi sustinere terribilia, fugit tristius, et quodammodo involuntarie eligit minus triste ne incurrat tristius. Concedo ergo quod talis est imperfectus et

APSZBNYQ(μυ)

244 ista virtus] *rep.* S v. i. Q illa v. Y | ipsius] istius *post* est Y eius *post* est NQ | dirigere] diligere P | hominem *om.* ZB 245 sed] *add.* solum B | sua *om.* NYQ | propria obiecta] o. p. N *add.* sint S | sicut] sed S | est] *add.* homo B 245-247 est — sentiendo] magis obliquatur homo in videndo, si potest audire, quam sine Q 246 in *om.* Z | qui] qua B | quam] quod S | quam — videre$^2$ *om.* B | possit P 246-247 sed — sentiendo *om.* NY | obligatur S 248 arguatur = A arguitur μυ *comp. rell.* | contra hoc *om.* Q | hoc sic] sic enim NY | est *post* facili Y | amissibilis] *add.* talis habilitas vel dispositio Q 249 est *om.* Y | licet] cum S si PB *add.* cum Z 249-250 eius inclinationem] i. e. B 250 non] *add.* tamen Q | dispositio bona] d. (*add.* autem Q) b. corrumpitur *post* peccatis PYQ *om.* SN | multis peccatis] m. actibus contrariis B *om.* N | aut = A vel SZB 251 vitiis = A unico PSBN uno Qμυ vitio ZY | intensis *om.* NYQ 252 Et *om.* BNYQ | patet] apparet ZNY *om.* Q *add.* etiam B | de] Dionysii Z *om.* SY 253 materiam] naturam S | praecise *om.* SZ | sumptam] assumptam S 254 est sibi] s. e. Q | abstinere] sustinere S 254-255 intemperati PBNYQ 255 est *om.* P | delectabile sibi] s. d. BQ | illa] ista B | tristabiliter] tristiter SN tristis ZB tristatur Q 256-257 tristabiliter — tristius *om.* N 256 committit] cum mutat Q | actum *rep.* N | temperantiae $P^+$ 257 quia *add.* est Q | sed quia] sed si S sed ZQ *om.* N | esset] est B | sibi *om.* ZN 257-258 sustinere terribilia] subire t. Q s. t. sive subire ZB 258 fugit] *add.* igitur Q *add.* enim SZ | involuntarie] voluntarie N *om.* Q | eligit] *ante* involuntarie B *ante* quodammodo Q 259 incurrat tristius] t. i. B | Conceditur Z | quod] quia B | imperfectus] effectus $S^+$

F *248* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 49 a. 2 ad 3 (VI 311*b*-312*b*).

T [23] Cf. supra n. 16: «ergo non esset vera virtus». [24] Cf. ibid. (dictum Ps.-Augustini). [25] Cf. supra n. 18. [26] scil. de eo qui habet fortitudinem et non temperantiam (cf. supra n. 17 et nota 9). [27] scil. habitum fortitudinis.

tristabiliter operatur; sed non est imperfectus, neque tristabiliter operatur circa materiam istius virtutis[28], sed tantum per accidens, quia concomitatur alia materia[29], circa quam non est virtuose dispositus ut ibi virtuose vel delectabiliter operetur.

37 Per idem patet ad illud de fine virtutum moralium[30], quia una virtus non perducit perfecte ad finem virtutum, sicut nec una potentia sensitiva perducit hominem perfecte ad perfectum actum sentiendi; sed quaelibet virtus perducit quantum est in se, omnes autem requiruntur ad perfecte perducendum ut virtuose vel delectabiliter operetur. Concedo igitur quod una non perducit ad finem sufficienter, sed – quantum in se est – perducit ad finem sufficienter, quantum scilicet sufficit ad perfectionem talis virtutis.

38 Ad primum argumentum: quod adducitur ibi de beato Augustino, «Nunc autem» ibi etc.[31], dico quod Philosophus non di- [10]

APSZBNYQ(μυ)

260 tristabiliter = AQμυ tristibiliter PB tristiter *rell.* 260-261 est — operatur *om.* Q 260 imperfectionis P | neque] nec BN ut Y | tristabiliter = Aμυ tristibiliter P tristiter *rell.* 261 istius] huius NY | virtutis] *add.* quam habet Q | sed] nisi Q 262 quia] *add.* scilicet Q | alia materia] aliam materiam B illa m. a. P | quam] quod N 263 ibi] circa Q | vel] et ZB | operatur S 264-265 una virtus non] u. v. P$^{\prime}$ nulla v. P$^{2}$ 265 non perducit] *ante* una (264) Z n. producit SBY | perfecte] simpliciter *post* virtutum B | sicut] sed S | una *om.* B 265-266 una potentia sensitiva] unus sensus Q 266 producit SB | perfecte *om.* SZBQ | perfectum *om.* PY | actum *om.* SY$^{\pm}$ 266-267 sentiendi] sensitivi PN sensitivum Y 267 quaelibet virtus] quilibet v. (v.] ulterius S) SB | perducit] *post* se B producit S 267-270 perducit — sufficienter$^{2}$] quantum in se est, p. ad finem omnes, sed non perducit una s. simpliciter, sed Q 267 est in se] in se (*add. seu rep.* actum sensitivum, 266-267 Y$^{+}$[¶ *sign.* Vacat]) e. ZNY 268 producendum SBN 268-269 ut — operetur = A 269 Conceditur N | igitur *om.* Z | producit S | finem] *add.* perfecte et PSZB 270 sed] *add.* tantum B *add.* in PS 271 scilicet = A | perfectionem] finem S *add.* vel in finem P 272 primum] *add.* autem S 272-273 primun — Philosophus] Philosophum patet quod B 272 argumentum] arguitur Y | quod adducitur *om.* Z | ibi *om.* Z 272-273 beato Augustino = A Aug. Qμυ sermone (auctoritate PNY) beati (b. *om* ZNYQμυ) Augustini *rell.* μυ 273 Nunc — etc.] etc. S *om.* Z | Nunc] Quod *codd.* | dico] dicendum Y | dico quod *om.* N 273-274 non — Praedicamentis = AP in Pr. n. dicit *rell.* μυ

F *273* ARISTOT., *Praedic.* c. 8 (AL I$^{1}$ 24; c. 8, 9*a*): «Quare differt habitus [ab] affectione, quod hoc quidem facile mobile est, illud vero diuturnius et difficile mobile». – Loco «mobile» adhibet interdum «amissibile» SIMPLICIUS, *In Praedicamenta* praed. 'Qualitas' (CLCAG V$^{2}$ 314. 315. 316), quam terminologiam deinde ex Simplicio mutuatus est THOMAS

T [28] scil. temperantiae. [29] scil. periculum sustinendi terribilia. [30] Cf. supra n. 19. [31] Argumentum cf. n. 16. – Verba Augustino adscripta Henricus adducit in loco suo qui incipit verbis «Nunc autem» (cf. supra ad lin. 77). Loco «Nunc» codices erronee tradunt «Quod».



cit in *Praedicamentis* habitum esse inamissibilem, sed dicit esse 'de difficili amissibilem'; licet ergo virtus possit amitti et ita habens eam obliquari possit, non quidem ipsa virtus obliquatur, sed habens recedit ab apice virtutis; tamen non sequitur eam non fuisse virtutem, etiam perfectam, secundum rationem habitus, quia non fuit inamissibilis sed de difficili amissibilis. Quod igitur dicit[32] de caritate, debet exponi quod aliquis vere fuit in caritate, qui tamen postea peccavit mortaliter, – sed illa non fuit caritas fini vere coniungens, hoc est beatitudini.

Ad auctoritates ibi adductas: 39

De Gregorio[33] potest dici quod loquitur ibi de virtutibus prout sunt principia merendi: et hoc modo verum est quod virtus una moralis sine alia non est virtus, quia non meretur per unam si non concomitetur alia, nam habens temperatiam moralem non meretur si humilitas non concomitetur, vel saltem si oppositum vitium insit eidem.

Per idem ad glossam illam super Apoc.[34]. 40

APSZBNYQ(μυ)

274 esse] est (!) P | amissibilem Y | dicit esse] d. ipsum e. B *om.* Q 275 amissibile (!) S | licet] quamvis NY | posset P | amitti] emitti S | eam *om.* P 276 obliquari possit = A p. o. (o.] obligari B$^{+}$) *rell.* μυ | quidem] tamen B enim Q | ipsa virtus] v. i. Q 277 virtutis] virtus P | tamen non] n. t. Q et ex hoc n. B 277-278 eam — perfectam] virtutem fuisse imperfectam Y 278-279 inamissibilem] *add.* simpliciter ZB 279 sed — amissibilis *om.* NQ | amissibilis] a. (*om.* B) sicut (s.] ut B) dictum est ZB | Quod] *praem.* Sed Q | Quod igitur dicit] Ad illud adducitur (!) B 279-280 debet] oportet BYQ potest N 280 quod] quia ZYQ | tamen *om.* NYQ 281 illa *om.* Q | caritas = AS vera (vere P$^{+}$) c., id (id] hoc NY) est *rell.* μυ | fini vere coniungens = A v. (*praem.* ibi S) c. f. *rell.* μυ 281-282 hoc est] id est B scilicet Q 283 ibi adductas] i. dictas N pro opinione a. B *om.* ZQ 284 de Gregorio] Gregorii ZQ | potest dici] d. p. Y | ibi] *ante* loquitur NY *om.* B 285 sunt] *add.* habitus qui (q.] quia Q) sunt NYQ | et hoc] sed uno Q | modo *om.* B | quod] quia ZN | virtus una = AS u. v. *rell.* μυ 286-287 non$^{2}$ — concomitetur] per unam virtutem non sufficienter meretur quis nisi communicetur B 286 meremur YQ | unam] *add.* sine alia Q | si] sed S 286-287 concomitetur] comitetur N concomitante Q 287 alia] *ante* non$^{3}$ (286) NY *add.* (*seu rep.*) quia non (*add.* est S) virtus (*add.* quia non meretur S) per unam si (si] sed S) non concomitetur alia (286-287) PS | nam habens] nunc h. S h. enim B | non] nihil B | meretur] invenitur (!) S 287-288 si — concomitetur] si non c. humilitas Q nisi c. humilitas B 288 comitetur N | saltem si] si sa. Y 288-289 vitium insit eidem] non i. ei Q | eidem *ante* oppositum (288) B 290 illam *om.* Q | illam super Apoc.] Ap. s. Apoc. (!) B

*Summa theol.* I-II q. 49 a. 2 in corp. (VI 310*b*): «[Qualitates] adventiciae sunt habitus et dispositiones, secundum facile et difficile amissibile differentes».

T [32] supple: Augustinus (scil. Ps.-Augustinus seu Paulinus Aquileiensis). [33] Cf. supra n. 20. [34] Cf. supra n. 21.

41 Per idem etiam ad Commentatorem super VI *Ethicorum*, de sororibus[35]: concedo quod sorores, etsi iuvent se mutuo ad convictum, una tamen non est altera, nec una essentialiter perficit alteram; ita istae virtutes bene iuvant se mutuo, quaelibet ad salvandum aliam. Et in hoc potest intelligi illud dictum quorumdam quod una non est tota sine alia, quia non ita bene salvatur sine alia, nam homini exposito multis tentationibus circa diversas materias, imperfectio circa unam materiam potest esse occasio imperfecte agendi circa aliam, et perfecta dispositio circa unam iuvat ad recte agendum circa aliam materiam; iuvant ergo se sicut sorores. Sed nulla est essentialiter requisita ad perfectionem alterius, sicut prius nascitur una soror sine alia, et semper, si non possint simul procreari; non autem possunt duo actus perfecti simul semper haberi, per quos duae virtutes generentur, quia unus actus perfectus unius potentiae impediret actum alterius potentiae: simul tunc perfecte possent generari[36]!

---

APSZBNYQ(μυ)

291 Per idem *om.* Q | etiam *om.* NYQ | super VI Ethicorum *om.* NYQ 291-292 de sororibus *om.* Q 292 concedo] concedendo N *add.* enim BQ | sorores — mutuo] sunt s., sed ex hoc non sequitur propositum, sed magis oppositum, quia sorores etsi m. iuvent se et quaelibet B | iuvent] invenit (!) P 292-293 convictum] convivendum Q victum N 293 una tamen non] n. t. u. NY 294 se mutuo] *post* salvandum Q *om.* NY | quaelibet] quilibet P quamlibet Y *om.* BQ | salvandum] sanandam P 295 aliam *om.* Q | in] ita YQ | illud = A | quorumdam] aliquorum B 296 quia — alia$^{2}$ *om.* N 297 exponendo S | multis *rep.* N | tentationibus] tempestatibus Q 298-299 potest — unam *om.* ZB$^{2}$ 298 potest esse] est Q | occasio] o. vel ratio P ratio B$^{2}$ actio S 299 aliam] aliquam N | dispositio] *add.* agendi Q | unam] [...] $S^{2}$ materiam $S^{1}$ *add.* multum B | recte] idem P | agendum] se habendum vel a. P se (*om.* N) habendum NYQ 300 materiam = AZ | se] *praem.* mutuo NY *add.* mutuo Q 300-301 essentialiter] essentialem *post* perfectionem (301) Q 302 sine] quam ZBYQ | alia] altera N | et *om.* $S^{+}$ | semper *om.* B$^{2}$ | semper, si] similiter virtutes Q | possunt ZQ | simul] sine P | procreari] generari Q | autem] enim Q 303 possunt *post* haberi B | simul *ante* duo NY | simul semper] si. ZB *om.* Q | haberi *ante* duo Q 303-304 per — generentur] generativi duarum virtutum Q 304 generentur] *ante* duae (303) B generantur PY 304-305 quia — generari *om.* NYQ 304 unus] *post* actus B *om.* Z | perfectus] perfectas (!) P *om.* B | unius potentiae] p. minus perfectae B 305 potentiae] *ante* alterius B *om.* Z | perfecte *om.* B | posse SZB

F *295* BONAV., *Sent.* III d. 36 a. un. q. 3 in corp. (III 798*b*): «Secundum statum perfectionis, sic est... necessaria in eis [scil. virtutibus moralibus] connexio, quia una virtus numquam perfecte habetur nisi ceterae habeantur»; ad 2 (p. 798*b*): «Connexio est in virtutibus non propter ipsius virtutis essentiam, sed propter perfectionem superadditam, quam una virtus non tribuit nisi sit aliis associata».

T [35] Cf. supra n. 20. [36] Cf. supra n. 23 et nota 11.



[B. – DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM CUM PRUDENTIA]

[11] Secundus articulus, de connexione virtutum moralium cum prudentia[37], duo habet dubia: primum, de connexione cuiuslibet virtutis cum sua prudentia, – secundum, de connexione omnium virtutum cum una prudentia. 42

[1. – DE CONNEXIONE CUIUSLIBET VIRTUTIS CUM SUA PRUDENTIA

a. – OPINIO HENRICI GANDAVENSIS

α. – OPINIONIS EXPOSITIO]

Quantum ad primum, videtur quod illa connexio sit necessaria. Quod probatur per Philosophum VII *Ethicorum* cap. 15, ubi sententia sua est: 'Si voluntas male eligit, intellectus male dictat'. 43

Idem[38] ibidem dicit aliud ad eandem sententiam (quaere ibi). 44

Idem dicit VI cap. 6 et 16 quod «malitia mentiri facit et errare intellectum circa practica principia», et ita destruit prudentiam. 45

---

APSZBNYQ(μυ)

307-308 de — prudentia *om.* Q 308 duo habet = A h. et S h. d. *rell.* μυ | primum] primo Q *add.* scilicet B 308-309 cuiuslibet virtutis] v. c. N 309 secundo P 309-310 secundum — prudentia *om.* Q | virtutum *om.* NY 314 Quantum] *add.* ergo B | nexio N 315 Quod] Et Y | per Philosophum *om.* Z | VII] VIII Z V N | cap. *om.* N | 15] 3 B 316 sententia sua] sua se. N | elicit B | dictat] *add.* aliter non peccaret ZB 317 Idem] Item Y | Idem — ibi *om.* SZB | dicit] *add.* per Y | ad] et YQ | ibi] *add.* 1 cap. (*et sequitur spat. vac 5 mm.* Q) NQ 318 Idem] Item P 318-344 Idem — natum *om.* NYQμυ; ¶ *adnot. im mg.* Ponitur quaedam additio in aliquibus originalibus, ibi supra ante illud 'Idem etiam inm libro De motu animalium' etc. [lin. 345; *cf. ad* 345], non multum necessaria; quare etc. μ 318 VI] ibi Z *om. rell.* 319 practica principia] pri. pra. B

F *314* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 189D-190F): «Non est possibile bonum esse principaliter sine prudentia, neque prudentiam sine morali virtute..., sicut non est possibile ut prudentia sit – secundum quod est operativa – absque virtute morali... Prudentia ergo indiget virtute, quia aliter non sciret qualia opera in finem dirigenda determinaret... Sed est advertendum quod virtutes morales praestituant finem prudentiae ut experimentativa est particularium... Unde VII *Ethicorum* cap. 15 Philosophus, assignans differentiam inter incontinentem et intemperatum, dicit quod intemperatus non persuasus prosequitur corporales delectationes, incontinens prosequitur eas persuasus»; ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 12 (AL $XXVI^{3}$ 287; H c. 10, 1151*a* 10-14). *317* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 190F): «Et sequitur ibidem [scil. in VII *Ethicorum*]: 'Virtus et malitia principium: haec [*in editione*: hoc] quidem corrumpit, haec [*in editione*: hoc] autem salvat'. Unde habenti habitum malitiae videntur bona contraria principiis finalibus moralium [virtutum]»; ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 12 (AL $XXVI^{3}$ 287; H c. 10, 1151*a* 14-16). *318* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 6 (AL $XXVI^{3}$ 258; Z c. 5, 1140*b* 19-20): «Est enim malitia corruptiva principii [operabilium]»; c. 16 (p. 209; c. 13, 1144*a* 33-36): «Pervertit enim malitia et mentiri facit circa practica principia».

T [37] Cf. supra n. 10. [38] subintellige: Philosophus seu Aristoteles.

46 Idem (quaere): «Impossibile est prudentem esse non entem bonum», et e converso.

47 Idem, cap. 17 in fine capituli et 18 cap.

48 Item, VII cap. 5 circa medium.

49 Item, suppono duo: unum, quod intellectus non possit simul plura intelligere[39], – secundo, quod voluntas nihil possit velle sub ratione mali. Tunc arguo: stante iudicio tantum de aliquo malo fugiendo, aut voluntas fugiet illud aut non. Si sic[40], ergo non potest voluntas esse mala, stante malitia, cum iudicio recto; si potest illud velle[41], ergo potest in malum sub ratione mali vel in aliquid non cognitum.

50 Respondeo quod suppositio prima est falsa de duobus omnino disparatis ad invicem oppositis; patet pro parte[42], quia non potest esse nec intelligitur unum relativum sine correlativo, nec accidens sine subiecto, nec multo magis privatio sine subiecto apto nato, quae[43] necessario supponit subiectum et aptitudinem ad formam qua caret. Non igitur potest intellectus intelligere privationem tantum, ut supponit argumentum[44], nisi in subiecto et ultimo apto na-

---

APSZBNYQ(μυ)

320 quaere] Commentator A | esse] *om.* Z *add.* et PB | ente AS 321 bono A 322 Idem] Item P | cap. *om.* P | 17] 27 Z] capituli = AS | cap.] *add.* 7 APSB 323 Item] Idem B Et A | VII] *add.* Ethicorum SZB 324 Item] Praeterea SZ | quod] quia S | possunt S 325 plura] duo (*post* intelligere Z) S$^1$Z *om.* S´ 326-328 iudicio — stante *om.* S 326 tantum *post.* malo B 327 voluntas fugiet] f. v. Z 328 voluntas esse] e. v. Z | cum *om.* S 329 in$^2$ *om.* A | non *om.* S 332 pro parte] per te PB | non] nec Z 333 nec$^1$] *add.* multo minus P 335 praesupponit Z 336 igitur potest] p. i. PSZB 337-338 nata (!) S

F *320* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 16 (AL XXVI$^3$ 269; Z c. 13, 1144*a* 36-1144*b* 1): «Impossibile [est] prudentem esse non entem bonum». *322* Ibid. c. 17 (p. 270; c. 13, 1144*b* 30-32): «Manifestum igitur… quoniam non possibile [est] bonum esse principaliter sine prudentia, neque prudentem sine morali virtute»; c. 18 (p. 270; c. 13, 1145*a* 1-6): «Simul enim prudentiae uni exsistenti omnes [virtutes] inerunt…, quoniam non erit electio recta sine prudentia neque sine virtute: haec quidem enim finem, haec autem quae ad finem [sunt] facit operari». *323* Ibid. VII c. 5 (AL XXVI$^3$ 277; H c. 5, 1147*a* 25-1147*b* 5): «Haec quidem enim universalis opinio [seu propositio]; altera autem de singularibus est, quorum sensus iam proprius [est]; cum autem una fiat [ratio] ex ipsis, necessarium conclusum [sequitur]… operari confestim… Quare et propter hoc [sequitur] bestias non incontinenter agere, quoniam non habent universalem opinionem, sed singularium phantasiam et memoriam».

T [39] Cf. supra n. 23 et nota 11. [40] scil. si fugiet. [41] scil. non fugiendo. [42] seu per partes. [43] supple: privatio. [44] Cf. supra n. 49.



to, sicut nec unum relativum sine correlativo, nec accidens sine subiecto. Intelligens igitur malum esse fugiendum, hoc praesentans voluntati potest voluntas elicere actum substratum malitiae, quem etiam concomitatur malitia necessario quodammodo, et tamen nolendo malitiam. Licet igitur intellectus possit intelligere subiectum sine privatione, non tamen privationem sine subiecto, quia privative opposita sunt immediata circa subiectum aptum natum[45].

Item, *De motu animalium*: si maior proponatur ab intellectu prac- 51
tico et minor assumatur sub a sensu vel phantasia, conclusio erit operatio, ita quod necesse est operari secundum eam, si non impediatur. Numquam igitur, secundum eum[46], est operatio omnino contraria dictamini rationis.

Et hoc etiam confirmatur per Augustinum super illud Ps. 52
*Loquetur ad eos in ira sua*: 'Obliquatio vel obumbratio mentis sequitur eos qui legem Dei transgrediuntur'.

Ad hoc etiam est illud dictum Dionysii IV *De divinis nominibus*: 53

---

APSZBNYQ(μυ)

338 nec$^2$] vel contra S 338-339 nec$^2$ — subiecto *om.* P 339 esse *om.* Z 340 eligere PSZB | subtractum APS | malitiae] male Z 341 necessario *om.* B 341-342 nolendo] *spat. vac.* P volendo B 342 possit] *add.* (*seu adnot.*) Responsio PSZ | subiectum] solum S 343 quia] et Z 344 immediate Z | circa] contra P 345 Item] Idem Z Idem etiam in (in *om.* Q) libro Qμυ Et idem (*add.* in libro N) BNY | De *om.* B 345-346 practico] *om.* NYQ *add.* etc. Z 346 assumatur sub] subassumatur PBN assumatur Y sumatur Q | a] ab P | sensu] sensitivo B´ sensu non B$^1$ | vel] sive NY *add.* a Z | conclusio] quaestio S | erit] est P et S 347 operatio] *add.* aliqua B | necesse] necessarium N necessario YQ | eam] eum NYQ 348 Numquam *post* eum Q | operatio] *ante* est Y *om.* N | omnino *om.* Q 350 Et *om.* ZBNYQ | etiam] autem N *om.* Q | per] *add.* illud Y$^+$ 351 Obliquatio vel *om.* BNYQ | vel obumbratio *om.* PSZ 351-352 sequitur] ducit B 353 Ad — Dionysii] Item (*om.* Z) Dionysius ZQ | etiam *om.* PS | dictum *om.* BNY | Dionysii *om.* S | IV] *post* nominibus N VIII Z

F *345* ARISTOT., *De animal. motu* c. 4 (ed Iuntina VI$^2$, f. 40*vb*-41*ra*; c. 7, 701*a* 11-23): «Hic autem [scil. in syllogismo practico] ex duabus propositionibus conclusio, quae fit, operatio est: velut, cum [intelligens] intellexit quod 'omni homini sit ambulandum', ipse autem 'quod sit homo', ambulat confestim… Quod igitur operatio sit conclusio, manifestum est… Quapropter et quaecumque alia non ratiocinantes operamur, celeriter operamur, nam [intelligens], cum operatur, aut sensu ad id cuius gratia aut imaginatione aut intellectu, quod appetit statim facit». *350* HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 259): «Unde super illud Ps. 2 'Tunc loquetur ad eos in ira sua' [Ps. 2, 5] dicit Augustinus sic: 'Ira Dei ipsa est mentis obscuratio, quae consequitur eos qui legem Dei transgrediuntur'»; AUGUST., *Enarrat. in Psalmos* ps. 2 n. 4 (CCL 38, 4; PL 36, 70); *Glossa ordin.* Ps. 2, 5 (apud NICOLAUM DE LYRA, III f. 89*ra*). *353* PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.* c. 4 (*Dionysiaca* I 304; PG 3, 731): «Nullus enim, ad malum respiciens, facit quae facit».

T [45] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 3 n. 36 et ibid. nota 28 (IX 182). [46] scil. Aristotelem.

Nullus operatur aliquid, ad malum aspiciens'. Et illud III *Ethicorum* cap. 3: 'Omnis malus ignorans'. Cui concordat illud Sap.: *Excaecavit eos malitia eorum.*

54 Modus ponitur iste, – quaere eos (in V *Quodlibet* Henrici quaestione 17).

55 Si obiciatur contra istos per articulum condemnatum, qui dicit quod 'stante scientia in universali et particulari de aliquo, voluntas non potest velle oppositum, error', – respondet Henricus *Quodlibet* X quaestione 10 quod ista propositio 'manente scientia etc., voluntas non potest velle oppositum', est distinguenda secundum compositionem et divisionem[47]: in sensu divisionis est falsa,

APSZBNYQ(μυ)

354 aliquid] bonum BNY *om.* Q | Et illud] Praeterea Q 355 cap. 3 *om.* NYQ | concordavit P | Sap.] *sequitur spat. vac. 5 mm.* Q 356 eos] illos NQ 357 quaere eos] q. BQ *om.* Z | in *om.* PQ | V Quodlibet Henrici = A Henricus Qu. V P Henrico Qu. (Qu. *om.* S) V SZ Qu. V (V *om.* Q) Qμυ 358 17] 5 Q *spat. vac.* N *om.* PY 359 obiciatur] *comp.* ZNQ | istos] eos B istud NY illud P hoc Q | condemnatum] excommunicatum Q 359-360 qui dicit quod *om.* NYQ 360 stante scientia] sc. st. BY | in *rep. post* et YQ | de aliquo *om.* BNYQ 360-361 voluntas non potest] n. p. v. Z voluntatem non posse NQ 361 posset B | respondet] respondit S respondent Q | Henricus = A 362 X] X vel IV A IV B | quaestione 10] q. 4 B *om.* ZQ | manente] stante Q 363 etc.] et tamen N *om.* SZ | voluntas — oppositum *om.* Q 364 compositionem] oppositionem B | in] et in BNYQ | sensu] sensus $S^{+}$ | est] *post* falsa BNY *om.* Z

F *354* ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 3 (AL $XXVI^{3}$ 181; Γ c. 2, 1110*b* 28-30): «Ignorat quidem igitur omnis malus quae oportet operari et a quibus fugiendum. Et propter tale peccatum iniusti et universaliter mali fiunt». *355* Sap. 2, 21. *357* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 190F-G): «Unde cum primo acquiritur virtus moralis, quia oportet finem sibi praestitui..., oportet quod hoc faciat virtus naturalis intellectus practici, quae ante omnis habitus qualemcumque generationem, habita notitia terminorum in operandis, naturaliter concipit prima principia operandorum generalissima, quae sunt prima principia legis naturae, – quaemadmodum intellectus speculativus in speculatis, cognitis terminis, concipit naturaliter prima principia speculandi. Et est illa virtus naturalis 'naturalis potentia' intellectus practici, cui respondet potentia volitiva naturaliter tendens in bonum, per cognitionem sibi praestitum. Huic potentiae naturali practici intellectus... annexa est in bene natis potentia quaedam, quae est naturalis habilitas, ex qua proprie invenit particularia dirigenda in finem intentum et praestitum... Virtus autem moralis..., quia... movet rationem ad determinationem particularium, est principium prudentiae experimentalis vel singularium, et connexa illi. Quia vero prudentia experimentalis determinat operanda voluntati ad augmentum virtutum moralium, ex hoc prudentia experimentalis connexa est virtutibus moralibus». *359 Articuli 219 a Stephano Tempier Parisiensi episcopo damnati* a. 219 (I 551): «Quod voluntas – manente passione et scientia particulari in actu – non potest agere contra eam». *361-377* HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 263-271).

T [47] De compositione et divisione in logica cf. PETRUS HISPANUS, *Tractatus* tr. 7 n. 57-76 (p. 115-127).



quia significat quod voluntas numquam habet potestatem volendi oppositum (quod est falsum), – in sensu compositionis, iterum est distinguenda per hoc quod ablativus absolutus potest exponi vel per 'si' vel 'quia' vel 'dum'[48].

56 Si exponatur per 'quia' vel per 'si', falsum est, et verum est illud esse errorem: significat enim quod rectitudo in scientia vel intellectu sit causa rectitudinis in voluntate.

57 Si autem exponatur per 'quia' vel 'dum', ita quod notet consecutionem vel concomitantiam, non causalitatem, tunc (secundum eum) potest habere veritatem dicta propositio, et non est error nec condemnatur, ita tamen quod intelligatur quod non sit prioritas naturae in errore intellectus prius quam voluntatis: simul enim tempore concomitantur se iste et ille.

58 Sed prior naturā est error voluntatis, ita quod considerando intellectum quantum ad illud quod est prius naturā actu voluntatis, rectus est[49], – sed voluntate libere errante, excaecatur intellectus, etsi simul tempore, posterius tamen naturā.

59 Pro isto arguitur sic: quia si prima electio non excaecat intel-

APSZBNYQ(μυ)

365 voluntas *om.* BNY | numquam habet] non h. numquam (nu. *om.* SZ) PSZ | potestatem] *add.* umquam SZ 366 quod est falsum *om.* NYQ | sensu] *add.* autem Q | iterum] adhuc Q 366-367 est distinguenda] d. e. BNY 367 absolutus *om.* SZ | vel. *om.* SZBYQ 369 exponatur] *comp.* Z | quia vel per si = AB si vel q. SZ q. *rell.* μυ | falsa BYQ | et verum est *rep.* S | verum est illud] ubique e. Q 370 enim] quia *ante* significat Q | rectitudo] ratitudo S | in *rep. post* vel PSBNY 371 sit] est Q | rectitudinis] ratitudinis S 372 exponatur] *comp.* Z | quia vel] si v. Q *om.* SZBY 372-373 consecutionem] exsecutionem AP 373 non] vel B 374 eum *om.* S | dicta *om.* BNYQ | propositio] *ante* potest B *ante* habere NYQ | est] *post* error N *om.* B 375 non *rep. ante* intelligatur Z 376 prius quam = A magis q. Y sed Qμυ q. *rell.* | voluntatis] voluntas $B^{+}$ 376-377 tempore] temperantiae, secundum eum Z *praem.* secundum eum BY *add.* secundum eum PNQ 377 concomitatur SN | iste et ille] $i^{e}$ et ille Y et iste et iste N 379 quantum ad] secundum Q | actu voluntatis] actus v. BY voluntate, actus intellectus Q 380 voluntate libere] l. v. BY | intellectus] *ante* excaecatur Q *om.* PZ 382 isto] illo P primo N | arguitur = μυ articulo SN argumento Y arguo *rell.* | quia *om.* Q | excaecat = A excaecet PZ excedet S excaecaret *rell.* μυ

F *382* HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 261-263).

T [48] Cf. PRISCIANUS, *Institutiones grammaticae* XVIII c. 1 n. 15 (II 112-113): «Similiter quando consequentiam aliquam rerum per genitivum significant Graeci..., huiuscemodi sensum nos per ablativum proferimus sic [*loco* sic *in editione*: non] 'me vivo et in terra videndo', id est 'dum ego vivo et in terra videor'; necesse est enim huiuscemodi structurae sive nomen seu participium prolatum verbo interpretari, 'dum' adverbio vel eandem vim habentibus addito»; cf. ROGERUS BACON, *Summa grammatica* 'De ablativo absoluto' (XV 122): «'Re alba', id est 're exsistente alba'...: isti ablativi poterunt resolvi sic: 'si res exsistat alba' vel 'quia' vel 'dum'». [49] id est: intellectus rectus est.

lectum, nec aliqua alia[50], nam prima potest esse aeque mala sicut aliqua alia; et si non excaecat quando est mala, numquam excaecat. Et ita quaecumque malitiae actuales in voluntate numquam excaecarent intellectum, et ita[51] posset esse quantumcumque malus absque omni errore intellectus, – quod videntur negare plures auctoritates.

[β. – OPINIONIS IMPROBATIO]

60 Contra istud primo arguitur per auctoritates[52]: [12]

Una est Augustini super illud Ps. *Forte vivos deglutissent nos*: « Sic vivi – inquit – sorbentur, qui sciunt malum esse et consentiunt, aut moriuntur forte ».

61 Istud idem super illus Ps. *Fiat mensa eorum* etc.: « Quid est vivos esse, id est consentientes, nisi scientes vitiis consentire non debere? Ecce muscipulam noverunt et pedem mittunt ».

APSZBNYQ(μυ)

383 aliqua alia] alia aliq. secunda Z *add.* secunda SB | prima *om.* Z 383-384 aliqua] quaecumque Q *om.* Y 384 quando — excaecat *om.* P | mala] *add.* igitur BNYQ 384-385 excaecat — numquam *om.* N 384 Et *om.* PSYQ 385 ita] ideo Z | quaecumque = A quantumcumque B quotcumque *rell.* μυ | malitia actualis B | excaecarent] excaecaret B excederet S 386 ita] etiam Y 387 negare plures] p. n. SZ 389 Contra istud = PSNY C. hoc Qμυ C. utrosque Z C. i. (C. i. *om.* B). Confirmatur istud argumentum AB | arguitur *om.* BQ 389-390 auctoritates — Augustini] Augustinum Q 390 Una] Prima Z | nos *om.* Z 391 Sic] *comp.* B | inquit] *ante* vivi Y *om.* Q | absorbentur Q | malum esse] e. m. Y | et] *add.* tamen ZB | consentiunt] 9[tum] sentiunt S *add.* aliqui B 392 moriuntur] *post* forte BNYQ morantur P 393 Istud = A | idem] Item BNY | Ps. *om.* BNY | eorum *om.* Z | etc.] coram ipsis in laqueum Q *om.* ZN *add.* dicit B | Quid] Quod P Qui B | vivos] vitiosos B vitiosis SZ vitiosi P 394 esse = A | id est = AB scilicet P | nisi] dicit P et Y | nisi scientes vitiis *om.* N | vitiis consentire = AB vitio sentire *rep.* S c. *rell.* μυ | non debere *ante* consentire Q 395 muscipulam noverunt = A n. m. PZB n. *et sequitur spat vac. 15 mm.* S norunt m. (m.] decipulam Q) NYQμυ

F *387* Tales auctoritates sunt Augustini, quas adducit HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 258-259). *390* AUGUST., *Enarrat. in Psalmos* ps. 123 n. 5 (CCL 40, 1828-1829; PL 37, 1642-1643): «'Forsitan vivos absorbuissent nos' [Ps. 123, 3]... Multi absorbentur in quibus non est Dominus. Hi sunt qui vivi absorbentur, qui sciunt malum esse et lingua consentiunt... Qui autem consentiunt et vivunt, vivi absorbentur, absorpti moriuntur»; Ps. 123, 3: «Forte vivos deglutissent nos». *393* AUGUST., *Enarrat. in Psalmos* ps. 68 sermo 2 n. 7 (CCL 39, 922-923; PL 36, 859): «'Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam' [Ps. 68, 23]... Denique de persecutoribus quid dictum est?... 'Fortasse vivos absorbuissent nos' [Ps. 123, 3]. Quid est 'vivos'? Consentientes illis [persecutoribus] et scientes quia eis consentire non debebamus. Ecce coram ipsis fit muscipula, et non corriguntur... Ecce norunt muscipulam, et pedem mittunt»; Ps. 68, 23: «Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum».

T [50] id est: tunc nec aliqua alia excaecat. [51] supple: aliquis. [52] Auctoritates n. 60-61 adducit etiam HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 258).



Item super illud Ps. *Concupivit anima mea*: « Praecedit intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus ». 62

Ad hoc etiam videntur esse ratio et auctoritas Philosophi II *Ethicorum*, ubi dicit quod « scire (vel ratio) aut parum aut nihil valet ad virtutem »; si autem rectitudo intellectus in considerando necessario haberet per concomitantiam rectam volitionem, cum scientia multum faciat ad considerationem, consequenter multum faceret ad rectum 'velle'; immo sequitur aliud: quod non oporteret persuaderi alicui quod non esset vitiosus, sed quod consideraret secundum habitum virtutis, nam – per te – considerando recte secundum habitum scientiae, non potest voluntas non simul esse recta; et ideo non oporteret persuadere alicui de recte volendo, sed de recte considerando. 63

Item, per rationem: 64

Intellectu recte dictante, potest voluntas nihil eligere, sicut potest non eligere illud quod dictatur ab intellectu, quia non simul movetur ratio ab hoc et ab illo intellecto; nihil autem eliciendo, non generatur in ea aliqua virtus; sed ex recto dictamine generatur pru-

APSZBNYQ(μυ)

396 Item] Idem ZQ | illud *om.* Z | mea] *om.* B *add.* desiderare Q 397 affectus] effectus S 398 etiam] et Z *om.* Q | videntur esse = A est Qμυ videtur Y videtur e. *rell.* | ratio et auctoritas] r. et auctoritates A a. et r.: auctoritas PZB a. Q | Philosophi = APSZ | II] 22 vel 3 A III libri B 27 S 399 ubi — vel *om.* NYQ | scire] scientia P | aut parum aut] autem ad NY ad Q | aut[2]] vel Z | valet] *add.* nisi Y 400 in *om.* N 401 rectam volitionem] v. r. Q 402 faciat] facit N faceret B | ad considerationem] considerando vel ad c. A *add.* rectam BNYQ | consequenter] per consequens BNYQ 403 rectum] rationem Y | aliud] ad SQ | oportet PBNQ 403-404 persuadere ZN 404 quod[2]] si B | consideraret] consideret S deberet considerare Q 404-405 secundum *om.* B± 405 virtutis] intellectus SZ 406 voluntas *ante* non[1] Q | non simul] s. n. SZBYQ n. s. non N 407 ideo = AP ita *rell.* μυ | oporteret ZBY | persuadere alicui] a. p. Y | de recte] directe S | sed] vel A 407-408 sed — considerando *om.* S± 407 de recte] directe PS!N 409 Item, per rationem] Praeterea Q 410 recte] ratione S | potest voluntas] v. p. ZBNYQ | nihil *om.* Q 410-411 potest *om.* P 411 illud *om.* Q 411-412 non — ratio] r. n. movetur simul Q 412 hoc] isto NYQ | intellecto] intellectu *ante* et Q intelligendo S | eligendo PN 413 ea] eo PZB | aliqua virtus] v. a. Q | generatur] intellectu N *add.* in intellectu Y

F *396* AUGUST., *Enarrat. in Psalmos* ps. 118 sermo 8 n. 4 (CCL 40, 1689; PL 37, 1522): «Praevolat intellectus et tarde sequitur, et aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus»; Ps. 118, 20: «Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore». *398* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 4 (AL XXVI[3] 168; B c. 3, 1105*b* 2-3): «Ad virtutes autem scire quidem parum aut nihil potest». *405* HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 266-267).

dentia, per te; ergo generabitur prudentia absque aliqua virtute morali!

65 Item, quod mala electio non potest excaecare intellectum, ita quod erret circa agibilia, probo: termini sunt totalis causa notitiae principii primi in practicis sicut in speculabilibus[53], ex I *Posteriorum*, et forma syllogistica est evidens ex se omni intellectui (patet ex definitione syllogismi perfecti, I *Priorum*)[54], – igitur terminis apprehensis et compositis, et facta deductione syllogistica, necesse est intellectum acquiescere conclusioni, cuius notitia dependet praecise ex notitia terminorum principii et notitia deductionis syllogisticae; ergo

---

APSZBNYQ(μυ)

414 per — prudentia *om.* Y | generabitur] *ante* ergo N *post* prudentia Q | absque] sine BNYQ | aliqua] alia ZNQ 416 Item] Praeterea BNYQ | mala] in anima A | electione P | potest] possit BYQ posset ZN | excaecare] excedere A 417 agibilia = ASμυ eligibilia *rell.* | probatio APN | totalis causa] totaliter c. S tota c. Z totales causae B | notitiae *om.* SZ 418 primi] *ante* principii BQ et P *om.* Z | speculativis Q 419 forma] formaliter S | ex] e P | ex se *om.* NYQ | patet *om.* NY 419-420 patet ex definitione] per definitionem Q 420 syllogismi] *add.* sibi B | perfecti] *add.* ex N | Priorum] Posteriorum Q 422 cuius] etc. P 423 terminorum] termini N *om.* YQ | principii *om.* N

F *414* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (f. 189A-B): «Duplicem... est accipere prudentiam: unam, quae est ratio universalium principiorum operandorum, secundum ratiocinationem coniecturando, quae sunt in moralibus fines; aliam, quae est experimentativa particularium operandorum, quae sunt in moralibus ea quae sunt ad finem... Et sunt ambae idem re, sed [secundum] esse non idem, quia secundum primum esse determinat fines virtutibus et universalia operandorum considerat, – quod est proprium opus prudentiae secundum se, et secundum hoc est virtus specialis; secundum vero esse secundum, particularia determinat operanda circa materiam aliarum trium virtutum moralium, – et secundum hoc est virtus communis». *418* ARISTOT., *Anal. post.* I c. 3 (AL $IV^1$ 10; A c. 3, 72*b* 24-25): «Principium scientiae 'esse' quoddam dicimus, in quantum terminos cognoscimus»; c. 9 (p. 22; c. 9, 76*a* 16-18): «Non est uniuscuiusque [scientiae] propria principia demonstrare: erunt enim illa omnium principia, et scientia illorum propria omnibus». *420* ARISTOT., *Anal. priora* I c. 1 (AL $III^1$ 6; A c. 1, 24*b* 22-24): «Perfectum ergo voco syllogismum qui nullius alius indiget praeter ea quae sumpta sunt ut appareat necessarius».

T [53] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 7 n. 88 (VIII 116). [54] Cf. ibid. III d. 14 n. 38-39 (IX 439-441). Cf. ROBERTUS GROSSATESTA, *Anal. post.* I c. 8 (p. 152): «Cuius ratio est, quia principia alicuius scientiae sunt prima omnium in illa scientia..., et principia sunt magis scita subsequentibus in eadem scientia et nihil magis scitur principiis in eadem scientia»; HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 17 in corp. (190F): «Virtus naturalis intellectus practici... ante omnis habitus qualemcumque generationem, habita notitia terminorum in operandis, naturaliter concipit prima principia operandorum generalissima, quae sunt prima principia legis naturae, quemadmodum intellectus speculativus in speculatis – cognitis terminis – concipit naturaliter prima principia speculandorum».



impossibile est voluntatem facere intellectum – considerantem principia per deductionem syllogisticam – errare circa conclusionem, et multo magis nec circa ipsa principia. Et ideo nullo modo excaecabitur intellectus ita ut erret.

Si concedas conclusionem et dicas quod ideo voluntas excaecat intellectum, quia avertit intellectum a consideratione recta, – contra: 66

Sic avertere non est excaecare, nam sic posset avertere stante prudentia: possibile est enim prudentem non semper considerare ea quae sunt prudentiae, sed quandoque voluntarie alia. 67

⟦Item, aut illud 'velle' avertendi intellectum habet voluntas stante recto dictamine, aut non: 68

Si sic, ergo ipsa non peccans tunc per te – quia rectum dictamen stat – vult avertere, et ita aversio huius ab hoc non est excaecatio sequens peccatum, quia non est adhuc peccatum.

Si non, ergo alio actu stante habet 'velle avertere'. Ille alius actus – quaero – unde est? Aut a casu, et tunc actus ille casualis non est excaecatio sequens peccatum; aut per actum voluntatis – praeter illum[55] – oportet ponere alium actum intellectus, priorem illo 'velle avertere', – et tunc processus in infinitum, quo actu intellectus posito infuit illud 'velle' sicut prius: prius enim oportebit semper quod velit convertere ad hoc quam quod vertat ad hoc; et ita si illud 'velle' fuit peccatum, fuit aliquod 'velle' malum stante recto dictamine, – aut si non, sed semper fuit aliquod dictamen non rectum praece-

---

APSZBNYQ(μυ)

424 est *om.* Q 425 per] et Q | errare *in corr.* $P^1$ | conclusionem] *add.* sic deductam Q | et *om.* BNY 426 nec *om.* Q | circa] aliqua (!) S | ipsa] *post* principia BNY illa Z *om.* Q | Et ideo] Et ita ZBNY Igitur Q 427 ita] *comp.* Y *om.* Q 428 concedis Z | dicis Z | excedat S 429 intellectum *om.* SNQ | avertit intellectum a] *spat. vac.* S | intellectum] eum Z | intellectum a *om.* P | a consideratione] a considerare vel a c. A 430 Sic] *praem.* Quia Q | excaecare] excedere AY | nam] quia Q | sic posset] sicut posse (!) S 431 est *post* enim Y *om.* N 432 sunt *om.* N | quandoque] *post* voluntarie Q quando N | voluntarie alia] v. Y *om.* S 433-448 *et* $7^*$–$16^*$: Item (433) — propositum (448) = PZB Item ($7^*$) — velle ($16^*$) *codd.* μυ *[inverso ordine traduntur]*; ¶ *prior textus sign.* Situm est in Ioanne $P^1$ 433 Item — velle *om.* Z 438 velle avertere] aliud avetere $B^+$ 442-443 avertere — velle *om.* Z 442 actus B 445 velle] nolle B 446 aut — dictamen *rep.* $P^+$(¶ *sign.* Vacat) | fuit] facit *utrobique* P

F *428* HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 10 in corp. (AMPh s. 2, XIV 261-263).

T [55] supple: dictamen rectum.

dens illud 'velle avertere', ergo aliquod dictamen praecedens omne peccatum voluntatis, et ita propositum[d].]]

69 Item, aut recto dictamine stante voluntas male eligit, et ita habetur propositum, – aut si male eligit, et ideo, non stante recto dictamine, eligit posito aliquo actu intellectus et non recto, quia tunc per te non peccaret, ergo ille actus alius, non rectus, erit praevius ipsi malo 'velle'; ergo non erit non-rectus per aliud malum 'velle'. Et ita propositum, quia non est circulus propter processum in infinitum in causis et causatis; et per consequens voluntas non excaecat ad illud malum 'dictare' quod – per te – sequitur ad illud malum 'velle'.

70 Item, nullus in via est omnino incorrigibilis; ergo nullus potest omnino errare circa prima principia practica. Probatio consequentiae: quia errans circa prima principia practica, nihil habet per quod possit revocari ad bonum; per quaecumque enim fiat ei persuasio, negabit assumpta, quia nihil potest notius assumi quam primum principium practicum,

Item, damnati non acquiescunt huic tamquam vero 'Deum esse odiendum', quia tunc non haberent vermem, de quo Is. ultimo *Vermis eorum non morietur*, nam simpliciter delectabiliter odirent Deum absque remorsu; ergo etc. 71

[b. – OPINIO PROPRIA]

[14] Quantum ad istum articulum[56] potest dici quod simpliciter rectum dictamen potest stare in intellectu absque recta electione illius dictati in voluntate; et ita cum unicus actus rectus dictandi generet prudentiam, generabitur ibi prudentia absque omni habitu virtutis moralis in voluntate. 72

Et si sic, tunc quaeritur: quomodo malitia excaecat intellectum secundum illas auctoritates[57]? 73

Dici potest quod excaecat dupliciter: uno modo privative, alio modo positive: 74

Privative: quia avertit a recta consideratione: voluntas enim, eligens oppositum alicuius recte dictati, non permittit intellectum diu stare in illo recto dictamine, sed avertit ipsum ad considerandum

---

[d] *Loco* Item (433) – propositum (448) *textus a Duns Scoti cancellatus*[4*]: Item, 'velle avertere' requirit aliquod 'intelligere' simul tempore et prius naturā: [13]

Illud dictamen aut est dictamen rectum rationis, stans, a quo voluntas vult eum avertere, – et tunc sequitur 'quod velle avertere' non est peccatum per te, quia stat cum recto dictamine.

Aut ille actus, praevius ipsi 'velle avertere', est alius a dictamine recto: et si sit rectus, sequitur idem quod prius, scilicet quod 'velle avertere' non sit peccatum, et ita ad ipsum nulla sequitur excaecatio; si autem ille actus praevius ipsi 'velle' non sit rectus, non erit excaecatio intellectus sequens ipsum 'velle avertere', quia praecedit illud velle.

APSZBNYQ(μυ)

447 illud velle *rep. post* praecedens B | avertere — omne] est P | ergo] sibi B  448 ita *om.* Z  449 Item] Praeterea BNYQ | stante *ante* recto Q | voluntas *om.* B  449-451 male – posito] eligit, eligit praevio Q  449 ita *om.* BNY  450 ideo] illo PNY  450-451 recto dictamine = A  451 eligit] *praem.* non S | aliquo] alio ZNY | recte N  451-452 tunc per te] si esset rectus, tunc per te voluntas, male eligendo Q | per te *ante* quia (451) N *om.* B± 452 ille] iste A | alius *om.* SZ | alius, non rectus *om.* Q | erit] est P | ipsi *om.* S  453 malo] *post* velle Q *om.* PZ | velle¹ *om.* Y | ergo] et ZNYQ | erit] est APZ | non-] nisi A *om.* N | aliud] illud S  453-454 Et ita propositum *om.* ZNYQ  454 in¹ *om.* Y  455 ad *om.* A  456 malum¹ *om.* N | dictare — velle *om.* B | quod] quia ZNYQ | ad *om.* Y | malum²] male S 457 Item] Praeterea SBNYQ | nullus in via] in via non N | omnino *om.* NYQ | incorrigibilis] incorruptibilis A incorporeus B corruptibilis N  458 practica *om.* B

7* Item] Praeterea Q  8* averte Y  9* Illud — est] Est autem illud Y Illud autem ZNQ | dictamen² *om.* S | rectum] rectae A | rationis *om.* Z | stans *om.* SBNYQ  10* eum] eam NQ esse P | tunc] ita Y | per te *om.* S  12* ipsi] ipsum Y | alius] aliud N | dictamine recto] r. d. B  13* recte Z | idem] *rep. post* quod Y+ illud APS  14* ita] *add.* nec Q | ad] *add.* per B+ | nulla] non BNY *om.* Q | ille] ipse Z | praevius] primus P praeest N | ipsi] illi BNY | velle] *add.* avertere Q  15* non¹] nec N | rectus] *add.* tunc Q | non²] nec N | erit] est PN esset Z | intellectus] *ante* excaecatio Z *om.* BNYQ | velle *rep.* Q

T [4*] Cancellatur virtute textus a Duns Scoto additi 'extra'.



APSZBNYQ(μυ)

460 posset A | per quaecumque] quomodocumque BYQ quocumque N | ei] sibi *ante* fiat Q *om.* Y  461 assumpta] assumptam YQ assumptum N | notius] *post* assumi Q necessarius N | quam] quod S´ *om.* S¹ | primum] proximum S  463 Item] Praeterea NYQ 464 haberent vermem] h. verum est S esset verum Q | de quo] illud Q  465 moritur Y | nam] si Q  466 ergo etc. *om.* Z | etc. *om.* Q  468-469 simpliciter — stare] rectum dictamen simul st. potest Q  469 recta *om.* P* | electione illius] ratione istius Y  470 unicus] vitiis (!) P | actus] *add.* dictatus PSZ | rectus *ante* actus Y | rectus dictandi] rectae rationis Q  471 generabitur *rep.* N | ibi prudentia] p. in intellectu Q | omni *om.* NYQ 472 in voluntate *om.* NYQ  473 sic = A | quaeratur PSZ  474 illas] istas A  475 Dici potest] Pot. dici Q  475-477 alio — Privative *om.* Q  475-476 alio modo positive *om.* SY  477 recta consideratione] c. r. ZQ  478 recte dictati] d. r. B  478-479 intellectum diu stare] d. i. s. SNY d. s. i. Z i. s. d. B  479 illo] aliquo S | advertit B | ipsum] *add.* ab illo et convertit Q

F *464* Is. 66, 24.

T [56] Cf. supra n. 42.  [57] Cf. supra n. 52-53; auctoritates adductae ab Henrico cf. supra ad lin. *387*.

rationes pro opposito (si quae possunt esse rationes sophisticae vel probabiles ad illud), aut saltem avertit ad considerandum aliquid aliud impertinens, ne stet illa actualis displicentia, quae stat in remorsu illo qui habetur in eligendo oppositum dictati.

75 Positive autem excaecat sic, nam sicut voluntas recte eligens finem praecipit intellectui considerare illa quae sunt necessaria ad illum finem, et intellectus – sic inquirendo media ordinata ad illum finem rectum – generat in se habitum prudentiae, ita voluntas, eligens sibi malum finem (potest quidem sibi praestituere malum finem, sicut dictum est distinctione 1 I[58]), imperat intellectui considerare media necessaria ad consequendum illum finem. De quo bene dicit Augustinus *De civitate Dei* XIV cap. ultimo[e], quod voluntas habet suas virtutes, sicut ibi pertractatur; hoc est, voluntas per eam[59] sibi praestituens finem malum, praecipit intellectui invenire vel adducere media necessaria ad delectabilia consequenda et ad terribilia opposita fugienda. Et sicut habitus generatus ex imperio voluntatis bene elicientis in intellectu dictante, circa media ad illum finem bene electum perquirendum, est prudentia, ita in voluntate male eligente, habitus acquisitus ex dictamine circa ea quae ordinantur ad illud male electum, est error et habitus directe oppositus habitui prudentiae, et potest vocari 'imprudentia' vel 'stultitia', non tantum privative, sed etiam positive et contrarie, quia sicut prudens habet habitum quo recte eligat ordinata ad finem debitum, sic iste habet habitum ad recte et prompte eligere media ordinata ad finem praestitutum a voluntate mala. Et quia talis habitus generatur ex imperio voluntatis male eligentis, pro tanto verum est quod voluntas mala excaecat, non quidem faciendo errare circa aliqua complexa, sed faciendo intellectum habere actum vel habitum considerandi alia media ad malum finem; et totus ille habitus error est in agibilibus, licet non sit error deceptivus quantum ad speculationem.

76 Aliud dubium posset hic esse: si non necessario simul generetur habitus rectus intellectus et habitus bonus appetitivus, quia contingit bene dictare circa hoc, non bene agendo circa illa, – an habitus intellectualis generatus sine virtute morali sit prudentia, et an e converso habitus generatus in appetitu sine illo intellectu sit virtus moralis.

[15] 77 Quoad primum, de prudentia, posset dici quod stricte loquendo non est sine virtute morali, quia 'est recta ratio agibilium[60], confesse

---

[e] *Sequitur textus interpolatus*: «Duas civitates duo amores fecerunt[5*]». 17*

APSZBNYQ(μυ)

480 rationes *om.* PSQ   481 ad[1]] aut (!) S ad illud, aut *om.* Q | aut] vel B | ad considerandum] a considerando Q   481-482 aliquid aliud = AS aliud aliq. Z ad aliud P aliq. BN aliud Yμυ illud Q   482 ne] ut Y | displicentia] disciplina BNY   483 in *om.* PSZN | eligendo *om.* Y   484 autem *rep. post* excaecat Z   485 intellectui] *ante* praecipit B intellectum PZ intellectu Y   485-486 illum] alium Z[+]   486 et — inquirendo *rep. post* finem (487) Q[+] | inquirendo] *add.* illa B | illum *om.* BN   487 finem rectum] r. f. NY | generat] genera generat (!) B   488-489 potest — finem *om.* PY   488 quidem] enim Q *add.* sic N   489 I] ubi B Praeterea Y   489-490 intellectui — finem] necessaria ad consequendum f. illum invenire ipsi i. Q   490 media necessaria] necessarium S | consequendum] considerandum Z   491 De — ultimo *om.* Q | De civitate Dei] De c. B Civitatis NY *om.* Z | XIV cap. ultimo] *spat. vac. unius cm.* N   491-492 quod — pertractat *om.* SZ   491 voluntas] voluptas PQ   492 suas] duas B | sicut] igitur A | pertractat A | hoc] hic N | eam] eum P[2]   493 sibi] *post* praestituens NYQ *om.* B   493-494 invenire vel adducere = A advenire S i. *rell.* μυ   494 necessaria ad] circa PSZ | consequenda] persequenda BQ prosequenda NY | ad[2] = A circa SZ | terribilia] tristia Q   495 opposita] obiecta B | habitus generatus *om.* Q   496 elicientis] eligentis (*add.* generatur Q) NQ | intellectu] *add.* bene Q | medium B | finem *om.* S

17* Duas — fecerunt = ZB | duo] duos Z

F *491* AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 28 (CCL 48, 451-452; PL 41, 436): «Illa [scil. civitas terrena] in suis potentibus diligit virtutem suam; haec [scil. civitas caelestis] dicit Deo suo: 'Diligam te, Domine, virtus mea' [Ps. 17, 2]...».

T [58] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 1 n. 16. 67 (II 10. 50).   [59] scil. per talem 'virtutem'.
[5*] AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 28 (CCL 48, 451; PL 41, 436).



APSZBNYQ(μυ)

497 electum] elicitum A | perquirendum] prosequendum B   497-499 perquirendum — electum *om.* S   497 est] habitus qui e. Q | in *om.* PZNQ   498 ex] *add.* eius Z | dictamine] dictatione P | ordinantur *om.* P   499 illud male] malum finem Q | habitus directe] d. h. B 499-500 habitui prudentiae] p. h. P   501 privative... positive] po. ... pr. NY | etiam *om.* Q | et *om.* NY   502 recte] *add.* et prompte SZ | eligat] *comp.* (*add.* media B) BYQ *add.* media SZN | debitum] praestitutum Z   502-503 debitum — finem *om.* B   502 sic *om.* SZ 502-503 sic — habitum *om.* Q   502 iste *om.* P[*]NY   503 ad = A quo *rell.* μυ | recte et *om.* SZNYQ | prompte] praesente N | eligere = A eligit Qμυ eligat *rell.* | media] mere Y *om.* Q 503-504 praestitutum] praedestinatum SB   504 quia *om.* NYQ   505 tanto] *add.* igitur Q | est *om.* B | voluntas mala] m. v. N   507 intellectum habere *rep.* S | habere *rep.* P | actum vel habitum = AP h. v. a. SZ h. *rell.* μυ | alia] *post* media (507-508) B aliqua Q omnia PSZ 507-508 media] vera (*add.* ordinata Q) NQ *spat. vac.* Y   508 ille] iste B | error est] est er. Q   509 error deceptivus] d. e. NY | ad] *add.* considerationem sive Q   510 Aliud] Ad Z | necessario *om.* Y | simul] *ante* non A *post* generetur NQ *om.* S | generaretur SZ   511 rectus intellectus] i. r. Y r. et i. Q | habitus] *comp.* S | contingit] convenit B   512 circa *om.* B | hoc] aliqua Q | non *om.* ZN | illa] ista Y   514 illo] *add.* in Q | virtus] habitus Q   515 Quoad] Quantum ad Q | quod *om.* P | loquendo] *add.* de prudentia (*add.* prudentia B) BN *add.* prudentia PSYQ   516 quia] quae NQ   516-517 quia — appetitui *rep. post* morali (518) S[+](¶ *sign.* Vacat)   516 recta ratio] ra. re. BYQ | agibilium *om.* NQ

T [60] Cf. *Auctoritates Aristotelis* 12, 112 (PhM XVII 240): «Prudentia est recta ratio agibi-

se habens appetitui recto', ex VI *Ethicorum* cap. 2; appetitus autem non est rectus sine virtute morali. Et si hoc esset verum, tunc prima dictamina circa principia agibilium recta essent, – et tamen non essent prudentiae, sed quaedam seminaria prudentiae. Sed etiam circa media quae sunt necessaria ad finem praestitutum a voluntate, esset aliquis habitus recte dictativus, non tamen esset prudentia.

78 Posset ergo poni duplex habitus intellectualis circa agibilia – et rectus et neuter – prudentia. Unus quidem, qui praecederet rectam electionem finis in particulari, – et ille non esset prudentia, quia prudentia est circa media ordinata ad finem, quia est habitus consiliativus[61]: 'consilium non est de fine, sed de entibus ad finem'[62]; est etiam discursivus (quia consiliativus), – et ita de his ad quae discurritur. Electo autem fine bono non tantum in communi, sed etiam in

APSZBNYQ(μυ)

517 ex *om.* Z | cap. 2] c. 3 Z *om.* BNYQ | autem] et tunc S 518 morali = AS m.; patet ibi *rell.* μυ | esset verum] v. e. Q | tunc] *comp.* S *add.* non tantum NYQ 519 principium S | recta — tamen *om.* SZ | recta essent] e. r. Q | tamen non] n. t. (t.] tantum Q) NYQ 519-520 essent *om.* NY 520 sed$^{1}$ — prudentiae$^{2}$ *om.* Q | sed$^{1}$ *add.* quasi SZBNY | quaedam seminaria] s. q. BNY | Sed$^{2}$] licet S *add.* licet Z 521 quae sunt *om.* Q | praestitutum] praestitum PS praescitum NY praestituendum Q 522 aliquis habitus] h. a. N *add.* et S | dictativus] *comp.* N | non tamen] et (*om.* PZ) t. n. PZBNYQ 523 dupliciter N | habitus] virtus NY | et *om.* YQ 524 rectus] recta Y | neuter] *add.* esset Q 525 ille] iste N | esset] est NY 525-526 quia — ordinata *rep. post* prudentia (522) Q$^{-}$(¶ *sign.* Vacat) 526 prudentia] *add.* non A$^{+}$ | media *om. utrobique* Q 527 consilium] *add.* autem PQ | est$^{2}$ *om.* N 528 etiam *rep. ante* est$^{2}$ (527) S 529 Electo autem] Electio a. de ABNY | communi] quantum S | etiam] *post* particulari (530) Q *om.* BY

F *517* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 3 (AL XXVI$^{3}$ 254; Z c. 2, 1139*a* 22-31): «Quia moralis virtus [est] habitus electivus, electio autem [est] appetitus consiliativus, oportet propter haec quidem rationem veram esse et appetitum rectum… Bene et male… practici… et intellectivi [est] veritas confesse [se] habens [id est concorditer] appetitui recto»; c. 6 (p. 257; c. 5, 1140*b* 4-6): «Relinquitur ergo ipsam [scil. prudentiam] esse habitum verum, cum ratione activum circa hominis bona et mala»; ibid. (p. 258; 1140*b* 20-21): «Quare necesse [est] prudentiam habitum esse cum ratione vera, circa humana bona operativum»; c. 17 (p. 270; c. 13, 1144*b* 26-28): «Non… solum qui secundum rectam rationem, sed et qui cum recta ratione habitus, virtus est; recta autem ratio de talibus [est] prudentia».

lium». Cf. DUNS SCOTUS, *Metaph.* VI q. 1 n. 68 (OPh IV 27): «Illa definitio [prudentiae] debet intelligi de ratione agibilium, id est directiva circa agibilia perfecte et immediate et in particulari. Sed scientia moralis est alio modo respectu agibilium, scilicet in universali, et insufficiens ex se ad dirigendum circa ista».

T [61] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 6 (AL XXVI$^{3}$ 257; Z c. 5, 1140*a* 30-31): «Quare et totaliter utique erit prudens consiliativus». [62] Cf. ibid. III c. 6 (p. 185; Γ c. 5, 1112*b* 11-12): «Consiliamur autem non de finibus, sed de iis quae [sunt] ad fines».



particulari, ut quod 'caste vivendum est', posset esse aliquis habitus intellectus, dictativus de iis quae sunt ad finem, sed non habens secum electionem rectam tamquam concomitantem: et ille, quantum est ex parte obiecti, esset prudentia: esset enim ratio recta circa ea quae sunt ad finem; sed deficeret sibi alia condicio, quia videlicet non esset concors vel conformis appetitui recto circa eadem obiecta[63].

79 Secundum viam istam[64] esset dicendum quod quicumque habitus generetur in intellectu, licet practicus et rectus, sive circa finem particularem vel universalem sive circa media necessaria ad consequendum finem illum particularem electum, si non concomitetur recta electio voluntatis circa eadem, non est prudentia.

[16] 80 Et si arguitur contra istud[65], sicut arguitur contra praedictum articulum de connexione virtutum moralium[66], quia 'in ista concordia sequeretur prudentiam constituere virtutem moralem et e converso, et ita per unum actum ultimate generaretur uterque habitus (scilicet prudentia et virtus moralis), ille autem unus actus non posset esse intellectus et voluntatis, sed tantum alterius, ergo non posset esse generativus utriusque', – posset dici quod non est necessaria conformitas unius virtutis moralis ad aliam, quia nulla[67] est regula alterius; sed cuilibet est necessaria conformitas ad prudentiam, quia in defi-

APSZBNYQ(μυ)

530 quod *om.* S | potest Q | habitus *om.* A 531 intellectus *om.* Q | dictativus] *add.* recte Q | sed] videlicet N 531-534 sed — finem *om.* S 532 rectam] istam *in textu rep.* (*cf. ad.* 533) A 533 obiecti] sui Y | esset] erit N *add.* (*seu rep.*) ratio (533) — finem (534) *et* sed (531) — esset$^{1}$ (533) A | ratio recta] re. ra. NYQ 534 sed] si B | quia] quae P | videlicet] scilicet Y *om.* Q 535 vel conformis *om.* BNYQ 537 viam istam = A i. v. *rell.* μυ | esse Z 538 generaretur Q | in *om.* PN | licet] sed B | rectus] *add.* et hoc PZBYQ | sive] *rep. post* finem Q et hoc N 539 particularem vel universalem = A u. sive circa finem p. Z p. S u. P u. sive p. *rell.* μυ | sive] vel etiam P 539-540 ad consequendum] consequendi Y 540 illum] istum N | electum] electivum Q elicitum A | si] sive N sed S *om.* Y 541 circa] c. contra P 542 Et si] Si NY Sed Q | arguitur$^{1}$] arguatur B | istud] illud PZN hoc Q | arguitur$^{2}$ *om.* Q 543 virtutum moralium *rep. post* prudentiam (544) Y$^{+}$ | quia] quod B 544 prudentia S 545 generatur N | uterque habitus *om.* Y 546 et *om.* Y | virtus moralis] m. v. NY | unus *om.* Q | actus *om.* Y 546-547 esse] ille (!) B 547 voluntatis] *add.* simul Q 549 unius *om.* NY | quia] quod etiam N 550 cuiuslibet ZBNYQ

F *550-552* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI$^{3}$ 171; B c. 6, 1106*b* 36-1107*a* 2): «Est ergo virtus habitus electivus, in medietate exsistens quae [refertur] ad nos determinata ratione et ut utique sapiens determinabit».

T [63] Cf. supra n. 77. [64] quae scil. nunc exposita est (n. 77-78). [65] Cf. supra n. 79. [66] Cf. supra n. 26-30. [67] supple: virtus.

nitione virtutis cadit quod sit 'habitus electivus secundum rectam rationem', – et ideo posset esse constitutio per modum concomitantis et habitus in 'esse' morali per prudentiam et e converso; non sic moralium inter se.

81 Et tunc concederetur quod simul generaretur aliquis habitus in ratione prudentiae, et alius habitus in ratione virtutis moralis; et generantur per unum habitum vel actum, qui generat ultimate vel virtutem moralem vel prudentiam: inconveniens enim est in moralibus quod unus actus ultimate generet duas virtutes morales.

82 Sed hoc non est inconveniens in prudentia et temperantia, quia ille actus qui generat prudentiam in ratione regulativi, generat temperantiam in ratione regulati; non autem habet rationem virtutis nisi ex ratione regulati, et ideo generat temperantiam in ratione virtutis. Non sic potest dici comparando eam ad fortitudinem, quia fortitudo non est regula eius.

83 Diceretur ergo quod non constituunt se in 'esse' virtutis per prioritatem aliquam, quasi una sit prius virtus quam reddat aliam esse virtutem, sed simul naturā est habitus intellectualis prudentiae et virtus moralis sibi correspondens.

84 [17] Et si quaeratur per quid generantur isti duo habitus in 'esse' perfecto, – concedo quod per unum actum, sive ille actus sit recta electio (quia absque recta electione finis non est habitus intellectualis concors rationi rectae, ideo nec prudentia), sive ille actus sit intel-

APSZBNYQ(μυ)

551 virtutis] *add.* talis PZ 553 et$^1$] etiam S *add.* hoc ipsius Q | et$^2$ *rep. ante* per S | sic] *add.* autem Q 555 aliquis habitus] h. a. ZN 556 prudentiae — ratione$^2$] *rep.* Z$^+$(¶ *sign.* Vacat) *om.* NQ | virtutis moralis] m. v. ZB | et *om.* BQ 556-557 generantur] generatur AP *om.* BQ 557 habitum vel = A | vel$^2$] ad S 557-558 vel$^2$ ... vel] tam ... quam Q 558 enim = A autem SZ quidem (*post* est B) *rell.* μυ 559 actus] habitus Z | generatur P | duas *om.* A 560 hoc non est inconveniens = A n. e. i. h. BY n. e. h. (h.] hic N) i. *rell.* μυ | in *om.* N | prudentia et temperantia] t. et. p. Q 561 ille] iste Z | qui] quia S | regulati P$^2$ 561-562 generat — regulati *om.* P$^2$ | temperantiam] prudentiam Q 562 regulati] regulativi B relativi S 562-563 non — regulati *om.* BQ 562 autem habet] h. a. N 563 temperantiam] prudentiam Q 564 dici *om.* Q 565 regula] respectu S | eius *om.* Y 566 Dicere Y | in *om.* S$^+$ 567 aliquam] aliam Y | virtus *om.* Q | reddit P | aliam] aliquam Y 568 virtutis S | intellectualis] intelligibilis quod N *add.* et Y | prudentiae = AP prudentiam S prudentia *rell.* μυ 569 virtus = AS habitus *rell.* μυ | sibi correpondens = AS virtus Qμυ s. c. virtus *rell.* 570 quaeratur] *add.* tunc PBNYQ | quid] quem A | isti] illi Y 571 unum actum] a. u. B | ille] iste Z 572 quia *om.* B | electione] *add.* habitus Q | intellectualis] appetitivus PS *add.* appetitivus B 573 rationi rectae] re. ra. ZBNY appetitui recto Q | ille *om.* ZNY



lectus (quia absque recto dictamine intellectus non est electio concors rationi rectae; ideo nec virtuosa nec generativa virtutis moralis); tam igitur actus intellectus quam actus voluntatis, generando aliquid per se in 'esse' naturae, potest concomitanter generare illud in 'esse' relativo et ulterius concomitanter suum correlativum, et ita unus actus generaret simul naturā virtutem moralem et eius prudentiam.

85 Secundum hoc diceretur quod uterque habitus, praecedens electionem rectam, esset quidem habitus scientiae moralis vel quaedam scientia moralis. Quemadmodum enim in factibilibus artifex differt ab experto, quia artifex scit 'propter quid, expertus tantum 'quia', I *Metaphysicae*, artifex etiam non est promptus in agendo, expertus autem est promptus in agendo, ut ibidem dicitur, – ita in moralibus habens habitum rectum principii agibilium vel conclusionis, non autem exercitatus in operando sive in dirigendo se circa agibilia, licet habeat remotum habitum directivum (qui habitus potest dici intellectus vel scientia moralis), non tamen habet habitum directivum propinquum, qualis est prudentia et qualis est in factibilibus habitus experti.

86 [18] Licet istud videatur probabiliter dictum de distinctione scientiae

APSZBNYQ(μυ)

574 intellectus *om.* BNYQ | electio] actus S 574-575 concors] correspondens Z 575 rationi rectae] re. ra. Q | nec$^2$] non ergo B 576 tam igitur] i. t. Q | aliquid *om.* N 577 in esse naturae] mere naturale B in e. absoluto Y | generare illud] i. g. Y 578 relativo] regulativo A | concomitanter] concorditer vel c. A *add.* in esse Z | correlativum] relativum S 579 generaret *post* natura Z | virtutem] habitum Z 580 Secundum] *praem.* Et N 581 rectam] illam A | quidam SQ | habitus] intellectus ZNYQ | vel] sive Q 581-582 quaedam scientia] quidam intellectus Y 582 Quemadmodum] *comp.* B Sicut Q 583 scit] sit PSB | quid] *add.* et Z | tantum quia] q. t., sicut patet BNY 584 etiam *om.* PQ | est *om.* N 584-585 expertus — agendo *om.* PZBY 585 est — agendo] promptus e. NQ | ibi ZB | dicitur] habetur (*ante* ibidem NQ) NYQ | ita] *add.* et Y 586 agibilium *om.* Q 586-587 autem] est Y 587 sive in] vel Q *add.* diligendo vel ordinando vel A | in$^2$ *om.* S$^+$ | dirigendo] habendo Z dividendo S | se *om.* Q 588 remotum habitum directivum = A h. (*om.* S) rectum (r.] directum B) remotum SZB h. d. r. *rell.* μυ 588-589 qui — directivum *rep.* N 588 qui] *praem. in textu rep.* remotum N | dici *om. in priore textu* N 588-589 intellectus] intensus S$^+$ | intellectus vel] v. i. *post* moralis (589) Z 589 habet *om.* P | habitum *om. in textu rep.* N | directum S 590 qualis] *comp.* S cuiusmodi Z | prudentia — est *om.* P | et] vel Q | qualis — factibilibus] quasi in f. est Q 592 Licet] *praem.* Sed P | istud] illud B | probabiliter] *comp.* Z | de *om.* N | distinctione] divisione B

F *583-584* ARISTOT., *Metaph.* I c. 1 (AL XXV$^{3.2}$ 13; A. c. 1, 981*a* 28-30): «Experti quidem enim ipsum 'quia' sciunt, sed 'propter quid' nesciunt; hi autem [scil. artifices] et 'propter quid' et causam cognoscunt». *585* Ibid. (p. 12; lin. 14-15): «Expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus».

practicae et prudentiae, tamen non solum est prudentia circa media ordinata ad consequendum finem ultimum, sed etiam dictando de ipso fine, saltem particulari (puta de castitate).

87 Quod probatur primo sic: nam virtus moralis semper sequitur ordine quodam naturae prudentiam aliquam; ex electione autem finis particularis (puta castitatis) generatur virtus moralis; igitur illam electionem praecedit aliqua prudentia. Ideo non videtur proprie tantum restringenda prudentia ut ponatur tantummodo habitus circa media determinata et dictata quae ordinantur ad finem particularem electum, sed etiam circa ipsum finem per se et proprie.

88 Hoc etiam secundo probatur, quia tunc non esset una prudentia correspondens uni virtuti morali, nam una virtus moralis est ex unitate finis, ad cuius electionem principaliter inclinat; si autem ad dictandum de illo fine nulla esset prudentia, sed tantum de mediis ad illum finem, nullum esset obiectum a quo esset unitas prudentiae dictativae, sed multae essent prudentiae de multis mediis dictatis ad finem, ubi tamen esset una virtus moralis ex unitate finis.

89 Tum igitur propter prioritatem prudentiae naturalem ad virtutem moralem[68], tum propter unitatem prudentiae respectu unius virtutis moralis[69], videtur esse concedendum quod ille actus practicus, qui est recte dictativus de fine particulari, sit proprie prudentia.

90 Nec obstat quod dicitur prudentiam esse habitum consiliativum [19] et ita ad finem et discursum[70], nam de finibus propriis virtutum moralium dictatur discurrendo a principio practico, sumpto a fine universali, particulari, politico; et iste discursus est prima consiliatio, licet communius dicatur consilium de mediis virtutum.

91 Ad aliud autem quod ibi additur, quod[71] sit concors appetitui recto[72], non movet, nam 'prius naturaliter' non videtur habere aliquid de ratione sui dependens a posteriore; prudentia autem, in quantum prudentia, videtur esse prior naturaliter virtute morali, quia definit ipsam. Quod igitur dicitur ibi 'concors', sicut tactum fuit in illa quaestione I 'De theologia practica et speculativa'[73], debet intelligi 'concors' id est conformativa praxis rectae sibi ipsi, hoc est quod cognitio debet esse talis quod – quantum est ex se – praxis recta debet sibi conformari; talis autem est cognitio, sive in eodem dictante sequatur electio recta sive non.

[20] 92 Potest igitur aliter dici quod ille habitus generatus ex dictaminibus, sive circa fines (saltem quosdam particulares, qui sunt proprie fines virtutum moralium) sive circa media ordinata ad illos fines (circa quae forte non sunt alii habitus ab illis qui sunt circa illos fines), est proprie prudentia, licet electio recta non sequatur in eodem dictamine; et ita omnino non erit necessaria connexio alicuius virtutis moralis ad prudentiam dictativam de sua materia. Tamen, e converso, nulla electio potest esse recta moraliter nisi sit concors

---

APSZBNYQ(μυ)

593 practicae *om.* B | tamen = μυ t. quia *codd.* | prudentia *ante* non Q  594 etiam] *add.* in $N^1$Q *add.* ⌜...⌝ N′  595 ipso] illo Q *om.* SZ | saltem] *add.* de B *add.* in Q | de *om.* SZ  596 sic = AP | nam] quia Q | semper *om.* Z | sequitur *om.* N  597 quodam *om.* BNYQ | aliquam] aliam N aliqua (!) Q  598 castitas Y | illam] istam BNYQ  599 aliqua] autem Z′ alia $Z^1$ | aliqua prudentia] aliam prudentiam (!) S  599-600 Ideo — tantummodo] proprie ut tantum sit Q  599 non] tamen S | proprie *om.* S  600 tantum] ita PSZNY *om.* B | restringere prudentiam S  601 determinata et NYQ | dictata] iterata Y | quae ordinantur ad] ordinata ad consequendum Q | ordinantur *post* finem N  602 electum *om.* SZB | sed — proprie *om.* NYQ  603 Hoc etiam] idem *post* probatur Q | probo BN | tunc *post* esset Q  604 correspondens — una *om.* N | una *om.* Q  604-605 unitate] una virtute Q  605 inclinant $S^+$  606 fine] *add.* ⌜...⌝ P | tantummodo PSZ  608 multae essent] e. m. Q  609 finem] *add.* ordinatis Q | ubi] nullus (!) N | moralis *om.* AP  610 Tum] *post* igitur Q Non B | propter prioritatem] primitatem Z  610-611 prioritatem — propter *om.* S  610 naturalem] *ante* prudentiae Q naturalis N  612 esse *om.* B | actus] habitus PBNYQ  613 qui] quae (!) B | recte] proprie P | dictatus BN  615 fines ZQ | et = AS | discursum = A distinctivum B discursivum *rell.* μυ | propriis] p. vel proprie A

T [68] Cf. supra n. 87. [69] Cf. supra n. 88. [70] Cf. supra n. 78.



APSZBNYQ(μυ)

616 sumpto *om.* Q  616-617 universali] tali Z  617 particulari, politico] ad (*om.* NY) particulares fines politicos (p.] politico NY *om.* Q) BNYQ  618 communius] *spat. vac.* S *om.* ZB | dicatur consilium] c. d. B | mediis] *add.* ad fines particulares PZB  619 Ad — ibi] Quod etiam Q | aliud] illud BNY | additur] adducitur Z addunt Y | appetere P  620 non$^2$] nam (!) Q  620-621 habere aliquid] a. h. BNY  621 sui] sua Q *om.* BNY | dependentis ASB | autem] nam (!) B *om.* Z *add.* etiam S  621-622 autem — prudentia *om.* Q  622 videtur *om.* N | prior naturaliter] n. p. Q  623 igitur] vero P | ibi *om.* B  624 fuit = A est *rell.* μυ | quaestione] *ante* illa B *post* I Q | theologica PBY  625 concors *om.* Q | id] hoc BNY  626 cognitio *post* talis Q | talis *ante* debet Y | quod$^2$ *rep. post* se N  626-627 recta] ista Z  627 talis — cognitio] et t. c. est prudentia Q | est *om.* $S^{\pm}$ | in eodem] alio N  627-628 dictamine BN  629 ille] iste PZ | habitus] actus $Z^+$ | generatur Y  630 sive *om.* Z | finem S | saltem *post* particulares Q | quosdam] aliae quidem S | qui] quae S | proprii Q  631 moralium] mutabilium S | illos] istos PY  632-633 circa$^1$ — fines *om.* Q  632 forte *om.* Y | alii] aliquando B | qui] quae S | sunt *add.* fines BN  633 est proprie] p. e. B  634 dictamine = AN dictante *rell.* μυ | erit] est P  635-636 e converso — electio] e. nulla e c. Z  636 converso] *add.* sic, quia Q | electio *om.* N

T [71] supple: prudentia. [72] Cf. supra n. 78. [73] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 236-237. 265-269 (I 161-162. 179-183).

suae regulae et suae mensurae, quod est dictamen rectum; dictamen autem rectum natum est gignere prudentiam etiam unitam; ideo e converso potest concedi connexio, quod virtus moralis non potest esse sine prudentia circa materiam suam.

93 Ad rationes et auctoritates Augustini adductas[74] responderi potest, – quaere de hoc Henricum *Quodlibet* IX quaestione 5.

[2. – DE CONNNEXIONE OMNIUM VIRTUTUM IN UNA PRUDENTIA]

94 [21] De alia parte illius articuli, scilicet de connexione omnium virtutum in una prudentia[75], videtur Philosophus dicere quod sic, VI *Ethicorum* cap. 7: « Prudentiae uni exsistenti omnes inerunt ». Commentator ibi (quaere).

[a. – OPINIO HENRICI GANDAVENSIS]

95 Qualiter autem una prudentia sit circa omnia moralia, posset poni sicut de habitu scientiae, – quaere opinionem et eius improbationem *Super* VI *Metaphysicae* quaestione 1[76].

APSZBNYQ(μυ)

637 suae *om.* P | quod] quae Q | rectum *om.* $B^+$ 638 rectum] *add.* est unum tantum Q | natum *om.* N | gignere] generare PBNYQ | etiam unitam] e. unicum Z *om.* Q | ideo] *praem.* et N 639 quod] quia NYQ 640 esse *om.* AS | materiam suam] s. m. ZBNYQ naturam s. S 641 rationes et] r. ergo et P *om.* BNYQ | Augustini *om.* PSZ | adductas *om.* ZQ 642 de hoc = A | Henricum — 5 *post* quaere (650) NYQμυ | Quodlibet — 5 *om.* S | IX] *praem.* XIV vel A *praem.* et Y | 5] 4 μυ 3 *codd.* 644 illius articuli = A huius a. Qμυ istius a. *rell.* (*om.* S) 645-646 in — cap. 7] moralium ad unam prudentiam, Philosophus VI Ethicorum videtur dicere quod sic Q 645 dicere *ante* Philosophus Z | sic] *add.* in N 646 cap. *om.* PS | cap. 7] scilicet Z *om.* NY | inexsistenti PSZB | inerunt] erunt Z 647 ibi, quaere] q. i. BNYQ 649 posset *rep.* N 650 de] *add.* uno PBNYQ | quaere] *post* improbationem (650-651) P *rep. post* improbationem (650-651) SNYQ 650-651 probationem P 651 quaestione 1] *ante* Super PZ *om.* S

F *642* HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 5 in corp. (AMPh s. 2, XIII 123-125. 134-138). *645* ARISTOT., *Eth. Nic.* VI c. 18 (AL $XXVI^3$ 270; Z c. 13, 1145*a* 1-2): «Simul enim prudentiae uni exsistenti omnes [virtutes] inerunt». *646-647* EUSTRATIUS, *In Eth. ad Nic.* VI c. 18 (cod. Vat. lat. 2171, f. 133*rb*): «Contingit enim entem aliquem secundum unam virtutem bene natum, secundum alias non esse talem. Secundum principales autem virtutes, secundum quas et principaliter bonus dicitur, non contingit aliqualiter aliquem sine prudentia, neque unam habebit principaliter; prudentia autem exsistente, simul huic et morales virtutes ad invicem coërunt». *650-651* Opinionem proponit HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 4

T [74] Cf. supra n. 43-59. [75] Cf. supra n. 42. [76] Opinionis expositionem atque improbationem breviter quoque praebet DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 36 n. 87-89. 91-101 (XXI 335-339).



[b. – OPINIO PROPRIA]

96 [22] Quantum igitur ad istum articulum potest dici quod sicut ars respicit factibilia, ita prudentia agibilia, nec maior est connexio agibilium ut respiciuntur ab uno habitu quam factibilium; sicut ergo diversa factibilia requirunt diversas artes proprias, ita diversa agibilia diversas prudentias proprias; et sicut potest aliquis moraliter bene esse affectus circa aliqua agibilia et male circa alia, ita etiam in dictando potest esse habituatus ad recte dictandum circa ista et non circa illa, – tamen nec ista sunt principia ad dictandum de illis, nec conclusiones sequentes ex eis.

97 [23] Qualiter autem omnes prudentiae sunt unus habitus, et omnes habitus geometriae pertinent ad unam scientiam universalem, dictum est quaestione illa VI *Metaphysicae*, quia ibi debet intelligi non unitas formalis sed virtualis: quia sicut habitus ille qui est de primo subiecto, est formaliter unus ab eo, et est virtualiter omnium illorum qui continentur in illo primo subiecto, sed non formaliter est illorum, ita habitus ille qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium illorum quorum cognitio practica

APSZBNYQ(μυ)

653 istum] illum Y 654 factibilia] scibilia P | ita prudentia agibilia *om.* N | maior est] e. m. Q 655 respiciuntur] respiciantur NYQ respicitur Z 655-656 diversa] *post* factibilia (656) BY *add.* (*seu. rep.*) agibilia — proprias (656-657) *et* ita diversa agibilia (656) $N^+$(¶ *sign.* Vacat) 656 requirunt] respiciunt P | artes *om.* $N^{\pm}$ | ita] sic P 657 et *om.* Z 657-658 potest — esse] aliquis p. e. moraliter bene Qμυ 657 potest aliquis] a. p. Y 657-658 bene esse = A e. b. *rell.* 658 affectus] affectatus N a. vel. affectatus A | aliqua] alia A *om.* NY | ita *om.* S | etiam] quod Y | in *om.* PS 659-660 circa — dictandum *rep.* $Y^+$(¶ *sign.* Vacat) *om.* S 659 non] (...) $P^+$ 660 illa] alia N | tamen — sunt] cum nec ista sint PZB cum nec circa ista habeat Q | ista sunt] s. illa *utrobique* Y | dictandum] *add. in textu rep.* circa ista Y 661 ex] de BN 662 sint SQ | unius Q | omnes$^2$] omnis Y 663 pertinent] pertineant (*post* unam Z) SZBNQ pertineat Y | universalem *rep.* $S^+$ 664 illa] ista Y 1 (*add.* super Q) BQ | debet] datur Y 664-665 non unitas] u. n. Q 665 quia sicut habitus] h. quidem NY h. enim Q 666 subiecto] obiecto BNYQ | est *post* unus Y | formaliter — est$^2$ *om.* P | formaliter = A virtualiter (*ante* est$^1$ Z) *rell.* μυ | ab eo *om.* NYQ 666-667 illorum] istorum Z *om.* Q 667 qui — illo *rep. post* illorum (668) $N^+$(¶ *sign.* Vacat) | qui] quae (*utrobique* N) PZBNYQ | contineantur P | subiecto] obiecto NYQ | est] *ante* formaliter SZNQ *om.* BY 668 illorum] istorum BY *add.* et N | habitus ille] i. h. Q | est formaliter] f. e. Z | finis] *add.* et B 669 illorum] eorum ZNYQ

in corp. (AMPh s. 2, XIII 89-98); eandem autem suis verbis exponit DUNS SCOTUS *Metaph.* VI q. 1 n. 13-16 (OPh IV 7-8), et statim improbat ibid. n. 17-38 (p. 9-38).

F *664* DUNS SCOTUS, *Metaph.* VI q. 1 n. 17-27. 40. 42 (OPh IV 9-12. 15-17).

includitur virtualiter in illo fine; sed non est formaliter omnium illorum, – et ita una 'prudentia formaliter' est virtualiter omnium virtutum, extendendo nomen 'prudentiae' ad illum habitum qui est intellectus primi principii practici.

98 Secundum hoc potest exponi illa auctoritas P h i l o s o p h i VI *Ethicorum,* quod 'prudentiae uni exsistenti' etc.[77], quod vel loquitur de una prudentia formaliter, et tunc debet intelligi quod illi uni exsistenti et perfectae – non tantum secundum intensionem sed secundum extensionem – omnes inerunt: numquam quidem est perfecta extensive quantum potest esse, nisi sit perfecta circa illa omnia ad quae potest se extendere, et illa sunt omnia obiecta ad quascumque virtutes morales pertinentia.

99 Alio modo potest exponi illa auctoritas non de unitate formaliter, [24] sed de unitate generis: sicut enim temperantia apud P h i l o s o p h u m dicitur esse una virtus et formaliter alia a fortitudine, et tamen utraque istarum est genus quoddam intermedium habens sub se multas species (sicut dictum est prius[78]), ita in ista connumeratio-

APSZBNYQ(μυ)

670 includitur] includatur Z importatur NY imperatur S continetur *post* virtualiter Q 670-671 illorum] istorum P 671-672 et — virtutum] *rep.* S *om.* B 671 prudentia] *add.* (*utrobique* S) in se PSZ | formaliter *om.* Q | virtualiter *post* virtutum (671-672) NY 672 illum habitum] h. i. Q | est] *add.* primum principium (prin. *om.* S[1]) S 673 primi *om.* B 674 Philosophi *om.* ZYQ 675 quod[1] — vel] uni prudentiae etc. vel si Q | exsistenti] in exsistenti P inexsistenti AS *comp.* Y *om. rell.* | etc. *om.* NY | quod] *post* vel B quia Z *om.* N | vel *om.* Y 676 et *om.* Q | debet] potest N 676-677 uni exsistenti] e. u. ZNYQ 677 et *om.* Q | intensionem] extensionem N[+] | sed] et P *add.* etiam Q 677-678 secundum *om.* SZNY 678 quidem] siquidem Z autem Q 679 perfecte PSZ | illa omnia = AB o. i. *rell.* μυ 680 se] esse (!) B 681 pertinentia] *ante* ad[2] (680) PZNYQ *om.* S 682 illa *om.* N 682-683 formaliter = A formalis N formali *rell.* μυ 684 formaliter alia] forte alia f. B | formaliter — fortitudine] fortitudo alia NYQ 684-685 et tamen utraque] u. t. Q 685 istarum] illarum Z | genus quoddam] q. g. Q 686 sicut] ut BNQ 686-689 in — generis] prudentia, correspondens isti connumerationi vel coordinatione generum mediorum, potest dici una propter unitatem generis intermedii, licet contineat sub se multas species Q

F *683-684* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 1 (AL XXVI[3] 164; B c. 1, 1103*a* 34-1103*b* 2. 16-23): «Iusta quidem operantes, iusti efficimur, temperata autem temperati, fortia vero fortes... Operantes autem quae in periculis et assueti timere vel confidere, hi quidem fortes, hi autem timidi; similiter autem et quae circa concupiscentias habent et iras, hi quidem enim temperati et mites fiunt, hi autem intemperati... Secundum harum [operationum] enim differentias sequentur habitus»; c. 2 (p. 166; c. 2, 1104*b* 33-1104*b* 2): «Ex recedere enim a voluptatibus, efficimur temperati...; similiter autem et in fortitudine: assueti enim contemnere terribilia et sustinere ipsa, efficimur fortes».

T [77] Cf. supra n. 94. [78] Cf. supra d. 34 n. 31-33.



ne generum intermediorum potest dici – propter unitatem generis intermedii – quod licet contineat sub se multas species, tamen potest esse una unitate generis.

Et sic intelligendo unitatem prudentiae, uni prudentiae secun- 100 dum genus omnes virtutes morales connexae sunt, prout sibi secundum quamcumque eius speciem aliqua virtus est connexa; et hoc, supponendo praecedentem articulum de connexione cuiuslibet virtutis ad suam prudentiam vel mutua vel non mutua[79], dictum est prius[80].

[C. – DE CONNEXIONE VIRTUTUM MORALIUM CUM THEOLOGICIS]

[25] De tertio articulo[81] videtur A u g u s t i n u s dicere *Contra Iulianum* 101 libro IV cap. 2, quod non sunt verae virtutes et perfectae sine caritate[82]. Et hoc p r o b a t, quia non gloriatur talis perfecte in Deo.

Contra istud, A u g u s t i n u s in sermone *De patientia* (et est 49 102

APSZBNYQ(μυ)

687 intermediorum] mediorum N | dici] *add.* hoc PS | propter] per N semper S | unitatem] *add.* istius PSZB 688 quod *om.* ZBNY 688-689 tamen — generis *om.* NY | tamen potest] p. t. Z 689 esse] dici *post* una P *om.* S 690 Et *om.* NYQ | sic] sicut N | prudentiae[1] *om.* Q | prudentiae[2] *om.* NY 691 morales *om.* Q | connexae sunt = A c. Q s. c. *rell.* μυ 692 eius] *post* speciem N suam Q | aliqua] alia N *om.* Z | est] *add.* sibi B 694 mutua vel non mutua] mutuam v. n. mutuam Y m. Q 694-695 dictum est prius] *praem.* sicut Z *om.* BNYQ 697 videtur ... dicere] v. d. *post* 2 (698) Q 698 2] et (!) S | et perfectae] *ante* virtutes Q *om.* Y 699 gloriantur S[+] | talis *ante* non Q | imperfecte B | Deo = AS Domino *rell.* μυ 700 istud] illud BN hoc est Q | in sermone] et ser⌊*spat. vac.*⌋ B | est] vel S | 49] connexio S

F *697* AUGUST., *Contra Iulianum pelagianum* IV c. 3 n. 17 (PL 44, 745): «Absit ut sit in aliquo vera virtus nisi fuerit iustus; absit autem ut sit iustus vere nisi vivat ex fide»; n. 21 (col. 749): «Verae quippe virtutes Deo serviunt in hominibus»; n. 31 (col. 754): «Fides... per dilectionem operatur [cf. Gal. 5, 6]». *699* Ibid. n. 15 (col. 744): «In quo enim vis, [Iuliane], hominem... ad aliquid laudabile generosi cordis stimulis incitari, in hoc eum non vis in Domino, sed in libero arbitrio gloriari»; n. 17 (col. 746): «Quomodo sunt vere iusti quibus vilis est humilitas veri iusti? Quo enim propinquaverunt intelligentiā, inde superbiā recesserunt: 'quia, cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis...: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt' [Rom. 1, 21-22]... Porro si veram iustitiam non habent impii, profecto nec alias virtutes comites eius et socias – si quas habent – veras habent, quia cum non ad suum referuntur Auctorem dona Dei, hoc ipso mali, his utentes, efficiuntur iniusti». *700* AUGUST., *De patientia* c. 26 n. 23 (CSEL 41, 687-688; PL 40, 623):

T [79] Cf. supra n. 77-83. [80] Cf. supra n. 99. [81] Cf. supra n. 10. [82] Hoc clarius dicit AUGUST., *De sententia Iacobi* c. 3 n. 11 (CSEL 44, 599; PL 33, 738): «Cur ergo non dicimus, qui hanc virtutem [scil. caritatem] habet, habere omnes, cum 'plenitudo Legis sit caritas' [Rom. 13, 10]?».

partis 2, 'De poenitentia', distinctione 3, paragrapho «Si quis»[83]): 'De haeretico vel schismatico, si moriatur ne neget Christum, numquid commendabimus eius patientiam?'. Ergo habet patientiam, et non fidem vel caritatem; ergo patientia potest esse sine caritate.

103 Item, quando aliqua ordinantur essentialiter, sicut dispositio et forma acquisita ad quam est dispositio, dispositio potest esse sine forma, licet non e converso; virtutes morales videntur esse quaedam dispositio ad caritatem, sicut felicitas naturalis ad supernaturalem[84].

104 Praeterea, tertio, definitio virtutis moralis[85] perfecte potest salvari in aliquo sine virtute theologica.

[26]

105 Potest dici quod nullae virtutes inclinant ad finem ultimum, nisi mediante illa cuius est per se respicere finem ultimum; et ita si sola caritas respicit finem ultimum immediate, aliae virtutes non ordinant ad finem ultimum nisi mediante caritate. Quatenus autem sunt quaedam instrumenta perficiendi hominem, debent esse instrumenta ordinandi ipsum ad finem ultimum, in quo est summa perfectio; et ideo sunt imperfectae sine caritate, ad quam non possunt sic ordinari; tamen quia ista imperfectio non est earum in specie sua (nam nullius earum est ordinare ad illum finem immediate in specie sua), ideo quaelibet aliarum in sua specie potest esse perfecta sine tali virtute. Pro tanto ergo dicuntur esse informes sine caritate et formatae per caritatem[86], pro quanto caritas ordinat ipsas et fines earum in finem ultimum, in qua ordinatione est summa et vera earum perfectio extrinseca.

106 Per hoc patet ad auctoritatem Augustini[87], nam virtutes non sunt verae sine caritate quia non perducunt ad beatitudinem sine ea.

[27]

107 Sed si e converso virtutes theologicae praesupponant virtutes morales, dubium est.

108 Quantum ad actum, manifestum est quod non. Si enim aliquis prius vitiosus de novo convertatur, iste in principio habet omnes virtutes theologicas, et tamen non morales, saltem acquisitas: non enim delectabiliter operatur omnia illa ad quae inclinat habitus eius virtuosus, immo delectabile esset sibi operari secundum habitum antiquum vitiosum prius acquisitum et tristari secundum oppositum.

109 Sed si dicatur 'huic in principio omnes esse virtutes morales

APSZBNYQ(μυ)

701 partis] parti S | De] *praem.* et *codd.* μυ | paragrapho] *add.* 8 N *add.* § B | Si quis = υ Quamvis *codd.* μ; *adnot. in mg.* Alius liber: Si quis μ 702 De] et Y | vel] et BNY *om.* Q | moriatur] moria (!) B | ne] et Q *om.* NY 702-703 numquid] numquam AZQ 703 commendabimus *post* patientiam¹ Q | Ergo habet] Hab. e. Q | patientiam²] non patiatur (!) S 703-704 et — caritate *om.* NYQ | et non fidem *om.* B 704 ergo — caritate *om.* PSZB 705 Item] Praeterea BNYQ | et *rep. ante* dispositio B 706 acquisita = AB | dispositio potest] licet d. possit Q 706-708 potest — dispositio *om.* Z 707 licet] tamen Q | converso] *add.* nisi mediante illa S 708 dispositiones NYQ | felicitas] formalitas S | supernaturalem] naturalem S± *add.* ergo Q 709 perfecte potest] po. per. Q 710 in aliquo *om.* SZ | theologiae S 711 nulla virtus inclinat Q 711-712 nisi — et *om.* P | nisi mediante illa] caritatis SZ 712 illa] illo AB | ultimum] *add.* nisi mediante caritate SZ 712-713 et — ultimum *om.* B 712 si *om.* Z 713 immediate *ante* finem Q 713-714 aliae — ultimum *om.* Q 713 virtutes = A autem Z 713-714 ordinant] erunt BNY 715 quaedam instrumenta perficiendi] i. q. p. ordinandi Z | debent] *comp.* Q 716 ordinandi *in corr.* P¹ | summa] sua Q *om.* NY *add.* nostra PSZB 717 ad quam] sine qua Q | ad — possunt *rep. post* sua (718) Z⁺(¶ *sign.* Vacat) 717-718 ordinare Q

«Si quis autem non habens caritatem..., in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes..., tormenta..., vel ipsam crucem..., nullo modo ista culpanda sunt, immo vero et haec laudanda patientia est»; GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 33, q. 3 'De poenitentia', d. 3 c. 49 (CIC I 1228).

T [83] Prout saepe contingit in allegationibus referendis, in hac Gratiani indicatione codices in varios errores inciderunt. [84] supple: ergo possunt esse sine caritate. [85] Cf. supra n. 80.



APSZBNYQ(μυ)

718 quia] quod S | ista *om.* B 718-720 in — sua] secundum propriam speciem Q 719 immediate *rep. ante* ad S 719-720 specie sua] sua sp. N 720 ideo — perfecta *om.* BN 720 aliarum] earum YQ | in sua specie *post* perfecta YQ 720-721 sine tali virtute] pro t. v. N absque caritate Q 721 dicuntur esse] videntur B 722 et — caritatem *om.* Q 723 earum] *ante* fines (722) Q eorum SZY | in qua] et quantum ad hoc, in N 723-724 est — extrinseca *om.* Y 723 summa et vera] ultimata Q 723-724 earum] eorum PSQ 724 perfectio] *add.* licet Q 725 patet] *add.* ad auctoritates APSZ | auctoritatem Augustini] Augustinum ZQ | nam *om.* Z 726 perducunt] producunt S¹BQ ducunt Z producit S´ | sine ea] *om.* NYQ *add.* patet Z 727 supponant N | virtutes] *post* morales (728) B *om.* NYQ 729 Quantum] Q. dubium quantum (!) B *praem.* Et Q | actum] acquisitos S | Si enim] Nam si Q | aliquid (!) P 730 iste] talis Q *add.* enim B | principio] poenitentia NYQ | habet] *comp.* S 730-731 omnes virtutes] v. o. Z 731-732 non enim = A patet, quia n. Qμυ n. e. iste *rell.* 732 delectabiliter operatur] o. d. Q | omnia illa] *ante* operatur B aliquid eorum Q | habitus eius = A h. esse S h. Z e. h. *rell.* μυ 733 virtuosus] vitiosus SYQ | esset] *post* sibi Q essem (!) P 733-734 antiquum = ASZ 734 prius *om.* SZY | acquisitum] *ante* antiquum (733-734) SZ *rep. ante* antiquum (733-734) A *om.* Y | tristabile Q 735 Sed] Quod PSBYQ | principio] poenitentia NYQ | omnes = AB | morales] *ante* virtutes BNY *om.* A

F *721* BONAV., *Sent.* III d. 36 a. un. q. 6 in corp. (III 806); THOMAS, *Sent.* III d. 27 q. 2 a. 4 qc. 3 in corp. (ed. Parmen. VII 303*b*-304*a*); *Summa theol.* II-II q. 23 a. 8 in corp. (VIII 172*ab*); *De caritate* a. 3 in corp. (ed. Parmen. VIII 586*b*-587*a*); et alii. *735* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 65 a. 2 in corp. (VI 423*b*): «Secundum autem quod sunt operativae boni

T [86] Cf. DUNS SCOTUS, *Quodl.* q. 17 n. [8]. [87] Cf. supra n. 101.

infusas' (et consimiliter sicut de parvulo in baptismo) et per hoc salvetur connexio, quia si non habet innatas, saltem habet eas infusas (quod probatur, quia habebit eas in patria secundum Augustinum, et adducit eum Magister in littera; non autem videtur

---

APSZBNYQ(μυ)

736 infusas *ante* virtutes (735) Q | sicut *om.* ZNYQ | de *om.* B | in] de Z | hoc] *add.* quod B 736-737 salvatur Z 737 connexio] *praem.* praedicta Q *add.* praedicta NY | habet[1]] *om.* Y *add.* eas B | innata B | eas *om.* BQ 738 quia] quod Z | eas *om.* N 739 adducit eum Magister] adducitur Q | autem videtur] v. a. Q

in ordine ad ultimum finem supernaturalem, sic [virtutes morales] perfecte et vere habent rationem virtutis, et non possunt humanis actibus acquiri, sed infunduntur a Deo. Et huiusmodi virtutes morales sine caritate esse non possunt»; a. 3 in corp. (p. 424*b*-425*a*): «Cum caritate simul infunduntur omnes virtutes morales... Manifestum est autem quod caritas, in quantum ordinat hominem ad finem ultimum, est principium omnium bonorum operum quae in finem ultimum ordinari possunt; unde oportet quod cum caritate simul infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficit singula genera bonorum operum. Et sic patet quod virtutes morales infusae non solum habent connexionem propter prudentiam, sed etiam propter caritatem»; III q. 69 a. 6 in corp. (XII 110*b*): «Pueri, sicut et adulti, in baptismo efficiuntur membra Christi; unde necesse est quod a Capite recipiant influxum gratiae et virtutis..., quia... pueri decedentes post baptismum non pervenirent ad vitam aeternam... Impotentia operandi [actus virtutis] non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali»; I-II q. 67 a. 1 in corp. (VI 438*b*): «Quantum ad id quod est formale, [virtutes morales] remanebunt in beatis perfectissimae post hanc vitam, in quantum ratio uniuscuiusque rectissima erit circa ea quae ad ipsum pertinent secundum statum illum»; *Sent.* IV d. 4 q. 2 a. 2 qc. 1 in corp. (ed. Parmen. VII 514*b*): «Si pueris ante mortem non fuissent collatae virtutes et gratia operans et cooperans, nec in morte eis conferrentur, et sic non salvarentur, – quod falsum est... Si puer in furiam verteretur antequam ad perfectam aetatem veniret, numquam in ipso potentiae solverentur, et ita numquam virtutes explicite haberet... Et ideo pueris in baptismo dantur gratia et virtutes, sed habitus illi ligati sunt propter pueritiam»; III d. 33 q. 1 a. 4 in corp. (p. 356*b*): «Remanebunt [in patria] istis virtutibus [infusis] actus qui sunt circa finem proximum uniuscuiusque virtutis, et ideo remanebunt habitus virtutum moralium infusarum»; ad 5 (p. 356*b*-357*a*): «Istae virtutes [morales] sunt in angelis alio modo quam in hominibus, etiam in patria...: in angelis... sunt sicut exemplares, in hominibus autem sicut virtutes purgati animi in patria».

F *738* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 67 a. 1 in corp. (VI 438*b*): «Virtutes morales..., quantum ad id quod est formale [scil. ordo rationis in determinando modum operationis], remanebunt in beatis perfectissime post hanc vitam, in quantum ratio uniuscuiusque rectissima erit circa ea quae ad ipsum [scil. ad id quod est formale] pertinent secundum statum illum... Unde Augustinus... dicit quod 'prudentia ibi erit sine ullo periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum...'. De iustitia vero manifestius est quem actum ibi habebit, scilicet 'esse subditum Deo'»; AUGUST., *De Trin.* XIV c. 9 n. 12 (CCL 50A, 439; PL 42, 1046); LOMBARDUS, *Sent.*, III d. 33 c. 3 n. 3 (SB V 189). *739* THOMAS, *De virtutibus cardinalibus* a. 4 in corp. (ed. Parmen. VIII 636*b*): «In patria manent virtutes cardinales, et habebunt ibi alios actus quam hic, ut Augustinus dicit XIII *De Trinitate*... [c. 9 n. 11 (CCL 50A, 439-440; PL 42, 1046)]»; ibid. (p. 637*a*): «Si igitur ultimum illud ad quod pertingit virtus viae, ordinetur ad ultimum illud ad quod pertingit



probabile quod haberet eas in patria, secundum Augustinum, nisi haberet eas in via, nec acquiret eas in via statim cum moriatur), –

[28] licet de istis virtutibus moralibus infusis multa dicantur, scilicet quod videntur necessariae propter modum vel medium vel finem[88], tamen quia finis omnis, quem non possunt habere ex specie sua, sufficienter determinatur ex inclinatione caritatis, modus autem vel medium sufficienter determinatur per fidem infusam, ideo non videtur necessitas ponendi alias virtutes morales (infusas) quam acqui-

---

APSZBNYQ(μυ)

740 eas *om.* NY 740-741 in — eas[1] *om.* P 740 secundum Augustinum] s. A. et adducit (cf. 739) S´*om.* S[1]ZNYQ 741 nec — via[2] *om.* SN | acquiret] acquireret BY acquirit Q | eas in via[2] *om.* P | statim cum = A c. s. *rell.* μυ 742 licet] quamvis BNY | moralibus infusis] i. m. Z | multa *rep.* N | scilicet *om.* NYQ 743 necessariae] *add.* et Q | vel medium *om.* NYQ | vel[2]] et Q 744 tamen] *post* quia Q *om.* S | finis omnis] o. f. Q | non *om.* Q 745 sufficienter determinatur] d. s. Q *add.* ad illum A 745-746 ex — determinatur *om.* N 745 vel] et PZBQ *om.* S 746 sufficienter *om.* Q | determinantur SZB | fidem] prudentiam NYQ 747 alias *om.* Q 747-748 quam acquisitas] sed a. tantum Q

virtus patriae, necesse est quod sit eadem virtus secundum speciem, sed actus erunt differentes... Virtutes cardinales, secundum quod sunt gratuitae et infusae..., perficiunt hominem in vita praesenti in ordine ad caelestem gloriam; et ideo necesse est dicere quod sit idem habitus harum virtutum hic et ibi, sed quod actus sunt differentes».

F *742-743* THOMAS, *De virtutibus in communi* a. 10 in corp. (ed. Parmen. VIII 567*a*); ad 8 (p. 568*ab*): «Temperantia infusa et acquisita conveniunt in materia: utraque enim est circa delectabilia tactus; sed non conveniunt in forma effectus vel actus: licet enim utraque quaerat medium, tamen alia ratione requirit medium temperantia infusa quam temperantia acquisita, nam temperantia infusa exquirit medium secundum rationes legis divinae, quae accipiuntur ex ordine ad ultimum finem, temperantia autem acquisita accipit medium secundum inferiores rationes, in ordine ad bonum praesentis vitae»; *Sent.* III d. 27 q. 2 a. 4 qc. 3 in corp. (ed. Parmen. VII 303*b*-304*a*); BONAV., *Sent.* III d. 27 a. 2 q. 5 in corp. (III 611*a*-612*b*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 27 princ. 9 q. 2 in corp. (III f. 103*vb*).

T [88] Hanc partem opinionis Thomae Duns Scotus enuntiat prout eam exponit HENRICUS GAND., *Quodl.* VI q. 12 in corp. (AMPh s. 2, X 140): «Modus enim actionis est ratio medii (ut in concupiscentiis circa temperantiam, in terroribus circa fortitudinem). Nunc, cum necesse sit hominem per virtutes ordinare actiones virtutum non solum ad fines suos naturales, sed ad finem ultimum supernaturalem, cum autem ordinantur ad fines naturales, habent modum actionis et rationem medii modo humano (puta in sobrietate quoad actum edendi ne laedatur ullo modo crapulā...), et hoc convenit virtutibus moralibus in quantum sunt acquisitae, cum vero ordinantur ad finem supernaturalem, habent modum actionis et rationem medii modo superhumano (puta in sobrietate quoad actum edendi, ut corpus in obedientiam animae etiam cum aliquo suo gravamine redigatur...), et hoc convenit virtutibus infusis, quare, cum huiusmodi ratio medii in actione diversificatur in qualibet specie virtutis moralis, quamlibet ergo virtutem moralem necesse est distingui penes acquisitam et infusam. Propter quod praeter morales acquisitas dicunt oportere ponere alias infusas, et tot infusas quot acquisitas».

sitas in iis qui habent eas acquisitas vel habere possunt; sed nec in aliis, quia non est maior ratio quare debeant infundi istis quam illis.

110 Et tunc potest dici ad illud de parvulis[89] quod vel non est necesse ponere eos habere virtutes morales in patria, sed sufficit quod bene disponantur circa appetibilia per caritatem (caritas quippe disponit circa omnia volibilia in una ratione volibilis), sicut non oportet quod habeant scientiam omnium in genere proprio, sed sufficit nosse ea in Verbo, quae est notitia perfecta.

111 Vel secundo, si habebunt eas, potest dici quod infundantur eis in instanti beatitudinis: non enim magis necesse est illa quae pertinent ad viatorem, si quando esset futurus viator, dari sibi in baptismo quam ea quae pertinent ad statum comprehensoris dari sibi in instanti beatitudinis, immo minus est rationale hoc quam illud.

112 Vel potest dici tertio quod si illae[90] pertineant ad aliquam perfectionem comprehensoris, et non dabantur in instanti glorificationis, poterunt eas acquirere per actus suos in patria: sicut enim non apparet ratio quare non possunt addiscere aliqua scibilia in genere proprio quae prius non noverant, ita non apparet ratio quare non poterunt ex bonis electionibus circa alia appetibilia ad finem (et hoc non tantum in quantum sunt volenda propter Deum in se, sed

APSZBNYQ(μυ)

748 possit (!) Z   748-749 sed — aliis *om.* B   748 sed nec] n. etiam Q   749 aliis] *add.* qui scilicet non possunt eas acquirere propter defectuosum usum liberi arbitrii Q | quia] quando A | debeant — illis] isti d. habere et non illi Q | infundi] *add.* in BY | quam] et non (*add.* in BY) BNY   750 potest dici] *post* parvulis BNQ *om.* Y | de parvulis] *spat. vac.* S | quod] quomodo S   750-751 vel — necesse] ad nihil n. est Q   751 ponere = A | eos] eas PSZ *om.* NYQ | sed sufficit *om.* S   752 circa] contra P | appetibilia] apparentia Y | quippe] enim Q   753 in — sicut] unde et in illa ratione dicit quod Q | sicut] sed Z   754 habeat SZY | omnium] omnem *ante* scientiam BNQ *om.* Y | proprio *om.* B   754-755 nosse ea] e. n. N n. esse Y habere eam Q   755 est notitia] n. e. B   756 potest dici *rep.* S | infundantur = A infunduntur B infunderentur S infundentur *rell.* μυ   756-757 in instanti] moveri P   757 beatitudines S | est] *ante* necesse Y *ante* enim Q *om.* N | illa] ista P ea B | pertinerent S   758 quando] aliquando Q   759 apprehensoris Y   760 minus] magis Q   761 tertio] *ante* dici B *ante* potest Q secundo *ante* potest Y | illae] istae Z illa BNYQ | pertinent BNYQ | aliquam] aliam N   762 comprehensoris] comprehensorum PS comprehensibilitatis Y | dabantur] *comp.* Y dabuntur PBN dentur Q | glorificationis] beatitudinis Q   763 in patria *om.* NYQ   764 poterunt BNYQ | addiscere] acquirere Z | aliqua] alia NQ *om.* Y | scibilia] scientia P   765 quae — noverant *om.* SZ | prius] primitus Q | noverant] noverunt BY erant Q sciverunt P | ita] *praem.* et Q | non] nos (!) P   765-766 non — appetibilia *rep.* *ante* aliqua (764) Z$^{+}$   766 alia = A aliqua P   766-767 et hoc *om.* Q   767 in quantum] ut Q   767-768 propter — volenda *om.* N | in$^{2}$ — ut] sed sunt Y *add.* sunt BQ

T [89] Cf. supra n. 109.   [90] supple: virtutes morales.



ut volenda tamquam commoda sibi) acquirere unum habitum moralem inclinantem ad electionem talium appetibilium sub propria ratione, et ita virtutem moralem.

[29] Quantum ad istum ergo articulum[91], sicut prius dictum est[92], dico virtutes morales non requirere theologicas ad hoc ut ipsae morales sint perfectae in specie sua, licet non sint perfectae sine eis perfectione ulteriore quam possent sic habere; ita etiam non est necesse e converso quod virtutes theologicae, sive in via sive in patria, requirant necessario morales[93]. 113

### [D. – DE CONNEXIONE VIRTUTUM THEOLOGICARUM INTER SE]

[30] Quantum ad quartum articulum, de connexione virtutum theologicarum inter se[94], dico quod non sunt connexae, sicut apparet in patria, ubi manebit habitus et actus caritatis sine habitu et actu fidei vel spei[95]; sicut etiam apparet in via, ubi in peccatore manent fides et spes sine caritate. Ex ratione igitur habituum in exsistendo non est necessaria connexio. 114

Sed numquid in 'fieri' sive infusione, ita ut una non possit infundi sine alia? 115

Respondeo. Quaecumque separari possunt in 'esse', ita quod unum potest esse sine alio, Deus potest separare unum ab alio in 116

APSZBNYQ(μυ)

768 volenda] ponenda B | tamquam] ut BNY in quantum Q | sibi *rep. post* acquirere NY   768-769 moralem *om.* Q   771 ergo] *ante* ad PSZ *om.* BYQ   771-772 dico] d. quod *ante* sicut (771) Q   772 non *om.* B$^{+}$ | non requirere] inquirere Y | requirere theologicas *rep. post* morales (772-773) Y$^{+}$(¶ *sign.* Vacat)   773 sint] sit (!) Q | in specie sua *rep. post* perfecte$^{2}$ N$^{+}$ | sine eis *om.* NYQ   773-774 perfectione ulteriore] u. p. N   774 possent] possint Q possunt Y | sic *om.* PBNYQ   774-775 non est necesse] non ne. e. NY ne. non e. B *om.* Q   775 e converso] aequo S | quod] ut N *om.* Q | virtutes = A | theologici S | patria] propria P   775-776 requirunt ZQ   776 necessario *om.* NY   778 Quantum] *add.* ergo Q | quartum articulum] a. q. N   778-779 de — apparet] dico quod virtutes theologicae non sunt connexae inter se, sicut patet Q   778 virtutum *om.* Z   779 apparet *post* patria (780) BNY   780 ubi] ergo A | habitus et actus] a. et h. et actus (!) Y h. B   781 vel] et ZBNYQ | etiam *om.* Y | apparet] patet Q | ubi] *add.* etiam BNY | manet PSZ   782 igitur *ante* Ex Q | exsistente Q   783 connexio] *add.* earum Q   784 in *rep. post* sive SYQ | sive] vel Q | infusione] *add.* connexae sunt Q | ut] quod Q | posset P   786-787 ita — alio$^{1}$ *om.* NYQ   787 unum$^{1}$] numquam B$^{+}$ | Deus potest] p. D. Q   787-788 unum$^{2}$ — infundi *om.* NY   787 unum ab alio *om.* PSZBQ

T [91] Cf. supra n. 101.   [92] Cf. supra n. 105.   [93] Cf. supra n. 108.   [94] Cf. supra n. 10.   [95] Cf. I Cor. 13, 8-13.

'fieri' vel infundi, – et ita, quantum ad infusionem, non necessario connectuntur ex se, sed ex liberalitate divina connectuntur, quia Deus totum hominem perficit, secundum Augustinum *De vera et falsa poenitentia*: 'Impium est a Deo dimidiam separare veniam, scilicet quod sicut corporaliter nullum sanavit nisi perfecte, ita etiam spiritualiter non sanat hominem nisi perfecte sanet'; perfecta autem sanitas est si quantum ad intellectum habeat fidem, quantum ad voluntatem habeat caritatem et spem, – sicut apparet *Extra*, 'De poenitentia', distinctione 3, paragrapho « Sed quod ».

117 Si autem quaeratur utrum fides et spes sine caritate essent virtutes, dici potest (sicut prius dictum est de virtutibus[96]) quod in specie sua possunt esse perfectae, in quantum scilicet sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum; sed perfectionem illam ultimatam quam habent in attingendo finem, ad quem ordinantur ex caritate, non possunt habere sine ipsa. Et haec quidem est perfectio tam in moralibus quam in istis, quamvis communiter dicatur esse in attingendo finem per operationem aliquam elicitam, sive propter ordinem aliquem istorum vel illorum actuum ad [31]

APSZBNYQ(μυ)

788 vel infundi] v. in i. P *om.* Q | et ita] i. quod PZ 788-789 ita — se] ideo, quantum est ex se, non necessario connectuntur in infusione Q 788 quantum ad] quod (!) S | ad infusionem] in infusione Z 789 connectuntur[1]] convertuntur AP | ex se — connectuntur *om.* N | libertate B | connectuntur[2]] convertuntur AP | quia] qua P 790-791 secundum — veniam *om.* NYQ 791 separare] sperare S 791-792 scilicet = A ita *rell.* μυ 792 perfecte] *add.* sanet eum B 792-793 ita — perfecte *om.* SY 792 etiam] et B 793 spiritualiter] sapientia P$^{+}$ | non sanat hominem] nullum h. s. B | sanet] sanat ipsum P *add.* eum SZ 794 est *om.* B | si] in N *om.* B$^{1}$ | habeat] habet BNQ *om.* Y 794-795 quantum$^{2}$ — habeat] *om.* NY *praem.* et SZQ 795 habeat *om.* SZBQ | caritatem et spem] s. et c. BNYQ | sicut apparet Extra] et Y *om.* NQ 796 distinctione 3] d. Y *om.* PSZ | paragrapho] cap. NYQ | Sed] Si ZBQ | quod] quid ANQ quiddam Z 797 autem quaeratur] quaeritur Q 798 dici potest] p. d. N | prius] *post* est N *om.* B | virtutibus] *add.* moralibus Q | quod] quae Q 798-799 specie sua] sua sp. Y 800 obiectorum] subiectorum S$^{+}$ 801 ultimam ZBNQ 803 est = A | quamvis] licet PSZQ 803-804 communiter] *post* dicatur (804) B *spat. vac.* Y *om.* NQ 804 dicantur A | operationem] *post* aliquam Q comparationem Y 805 propter = A per *rell.* μυ | ordinem aliquem] a. o. Q ordinationem aliquam SZ | istorum vel illorum] ist. v. istorum (!) Y istarum v. earum (!) Q

F *790* Ps.-AUGUST., *De vera et falsa poenitentia* c. 9 n. 23 (PL 40, 1121): «Numquam [Dominus] aliquem sanavit quem omnino non liberavit... Quaedam enim impietas infidelitatis est ab 'illo qui iustus et iustitia est' dimidiam sperare veniam». *795* GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 33, q. 3 'De poenitentia', d. 3 c. 41-42 (CIC I 1225).

T [96] Cf. supra n. 105.



finem. Potest tamen dici[97] esse praecise in hoc quod est acceptari a Deo, ordinando ad beatitudinem[98]; sic quippe nulla virtus moralis, nec infusa nec actus moralis etiam, acceptatur sine caritate, quae « sola dividit inter filios regni et perditionis »[99].

De habitibus autem intellectualibus non oportet ita immorari: 118
planum est enim quod non est eorum necessaria connexio, nisi forte aliqui sint habitus subordinati, cuiusmodi sunt intellectus principii et conclusionis scientia; et in huiusmodi prior est sine posteriore, licet non e converso.

## [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[32] Ad argumenta principalia. 119

Duo prima[100] concedo, quia includunt quod dictum est in primo articulo[101].

Ad tertium[102] respondeo quod licet ex 'frequenter sic operari' 120
generetur quaedam qualitas, quae nata est esse virtus moralis (quia nata est esse concors rationi rectae), et esset virtus si haberet rectam rationem in operante, tamen quia non est rectum dictamen in isto, deficit regula rectae operationis; et ideo electio, quae nata est esse

APSZBNYQ(μυ)

806 Potest tamen] Tam. p. BY | dici] respectu Dei Z *om.* SQ | praecise] *ante* esse B praecipue PNQ 807 ordinando] in ordine Z | moralis *om.* Q 808 nec$^{1}$] non N | nec$^{1}$ — moralis *om.* Y | infusa nec] eius Q | nec$^{2}$] et nullus N *add.* aliquis B | moralis *om.* Q | etiam = A et (*om.* P) aliquis PS 810 autem *om.* BNYQ | non — immorari *om.* Q | ita = A 811 enim *om.* B$^{\pm}$NYQ | est *om.* S | eorum] *post* necessaria YQ earum APZ 812 aliqui] alii APSZ *om. rell.* μυ | inordinati PQ | cuiusmodi] quales BNQ sicut Y 812-813 intellectus principii] habitus i. N habitus principiorum Q habitus Y 813 conclusionis scientia = A c. sc. (sc.] *comp.* S$^{\pm}$) S habitus conclusionum Qμυ sc. c. *rell.* | et *om.* Z | huiusmodi] talibus Q | est = A esse S potest esse (*ante* prior B) *rell.* μυ | posterioris S$^{+}$ 817 quia] quod Y | concludunt PZYQ *add.* illud Y 819 respondeo *om.* Q 820 generetur] possit generari P sequitur Z | qualita (!) B 820-821 virtus — esse *om.* NYQ 820 quia] quae A 821 concor (!) B | rationi rectae] re. ra. BNYQ 822 operante] *add.* cui esset concors BNYQ | quia] quando SY 823 rectae operationis] o. r. Q 823-824 operationis — recta$^{2}$ *om.* B 823 ideo] non S

T [97] supple: perfectionem praedictam. [98] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17. n. 129 (V 202-203). [99] AUGUST., *De Trinitate* XV c. 18 n. 32 (CCL 50A, 507; PL 42, 1082): «Nullum est isto Dei dono [scil. caritate] excellentius; solum est quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae». – Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 27 n. 8 (VIII 286). [100] Cf. supra n. 2-3. [101] Cf. supra n. 33. [102] Cf. supra n. 4.

recta, non est recta, quia nec regulata, – et per consequens etsi generet quamdam qualitatem, non generat tamen habitum recte electivum, et per consequens nec virtutem.

121 Quartum argumentum[103] concedo, quia concludit quod dictum est in secundo articulo de connexione virtutum moralium cum prudentia[104].

122 Ad alias rationes sequentes de virtutibus incompossibilibus[105], concedo quod licet possit responderi quod nullae virtutes – etiam in specie – sint incompossibiles, tamen in quantum ad propositum adducuntur, includunt quod diversae species eiusdem generis virtutis moralis, vel diversorum generum, non sunt necessario connexae; et hoc concessum est in primo articulo huius quaestionis[106].

---

APSZBNYQ(μυ)

824 non est recta *om.* $N^{\pm}$ | non] nec $B^{!}$ | quia nec regulata *om.* P | nec] non (*add.* est Q) ZQ *add.* et Y | etsi] etiamsi NY si BQ 824-825 generat YQ 825-826 quamdam — virtutem] qualitatem quamdam, illa tamen non est habitus electivus, et per consequens nec virtus Q 825 generat tamen] t. g. (g.] figurat S) PSZB g. NY 825-826 elicitivum S 827 argumentum] articulum P *om.* BNYQ | quia] quod A 828 secundo] nostro B *om.* NYQ 830 incompossibilibus *om.* BNYQ 831 quod] quia PQ | posset BNYQ | responderi] dici Q | virtutes] rationes $N^{+}$ nisi $B^{+}$ 832 sint] sunt B sicut (!) Y | incompossibiles] incompossibile est S | tamen *post* quantum $B^{1}$ | ad propositum *rep.* A 832-833 adducuntur] *ante* ad (832) Q inducuntur B *add.* non SZ 833 quod] quia SZ | virtutis *om.* ZNY 834 necessario connexae] necessaria connexio vel n. c. A 835 hoc *om.* Z | huius] istius SZ *om.* BNYQ

T [103] Cf. supra n. 5. [104] Cf. supra n. 72. [105] Cf. supra n. 7-8. [106] Cf. supra n. 32.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. BARNABA HECHICH
SOCIIS
PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS
MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA SEPTIMA

### QUAESTIO UNICA

### UTRUM OMNIA PRAECEPTA DECALOGI SINT DE LEGE NATURAE]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam septimam quaero[a] utrum omnia praecepta decalogi sint de lege naturae[1]. 1

Quod non: 2

Quia in iis quae sunt de lege naturae, non videtur Deus posse dispensare; sed dispensavit in aliquibus, quae videntur esse contra praecepta decalogi; ergo etc.

Probatio maioris: quae sunt de lege naturae, vel sunt principia practica nota ex terminis, vel sunt conclusiones necessario sequentes ex talibus principiis; sive sic sive sic, habent veritatem necessariam; ergo non potest Deus facere eas esse falsas. Ergo non potest facere quin illud sit 'bonum' quod significatur per eas esse bonum, et 'malum' quod notatur per eas esse fugiendum; et ita non potest facere de illicito licitum. 3

---

1* [a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Sed iam distributio decalogi »[1+]. Circa istam distinctionem trigesimam septimam, in qua Magister agit de praeceptis, quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

4 *adnot.* Distinctio 37 A[1] *et alii* (*rubro colore illuminator in mg. adnot.* D. 36, *in cod.* A) 4 *et* 1*-3*: Circa — quaero (4) = APSZBNY Sed (1*) — quaeritur (3*) Qμυ  4 trigesimam septimam] decimam tertiam S  7 Quia *om.* BNYQ | posse *rep.* S  8 dispensat BY | videntur esse contra] sunt BY  8-9 contra praecepta *om.* Q  9 etc. *om.* Q  10 maioris] minoris A | sunt[2]] ut Z  11 practica] necessaria BNYQ *praem.* necessaria P | nota *post* terminis Z | necessariae AP  12 sive — sic[2]] sed sive, haec (!) Q | veritatem] *post* necessariam (12-13) B unitatem vel v. A  13 non — falsas] Deus n. potest facere esse falsa Q | Deus *post* eas B | facere eas] e. f. Y | esse *om.* ZBY | falsas] infinitas S  14-16 quin — facere] illud quod mandat fieri, non esse bonum, et quod prohibet, non esse malum, et per consequens Q  14 quin illud] quod i. non BNY | significatur] signum S | esse bonum] b. e. Y  14-15 bonum, et malum *rep. post* esse (15) B[+]  15 notatur] notat Y significatur N  16 facere] fieri NY esse fieri B | de] *add.* tali PBNYQ | illicito] illimitato S

1* Sed] Sede Q

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 37 q. un.
[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 37 c. 1 n. 1 (SB V 206).

4 Probatio minoris: occidere, furari et moechari sunt contra praecepta decalogi, ut patet Ex. 20: *Non occides*. In illis videtur Deus dispensasse: de homicidio patet Gen. 22, de Abraham et filio eius immolando; de furto patet Ex. 11 et 12, de filiis Israel, quibus praecepit Deus ut spoliarent Aegyptios, quae spoliatio est «contrectatio rei alienae invito domino», quae est d e f i n i t i o furti; de tertio[2] Os. 1: *Fac filios fornicationum*.

5 Praeterea, Rom. 7 dicit Apostolus: *Concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret non concupiscendum esse*; sed ea quae sunt nota ex lege naturae, sciuntur esse agenda vel non agenda etsi non essent scripta, – sicut ea quae sunt nota naturaliter in speculatilibus, essent nota naturaliter licet non essent revelata; etc.

---

APSZBNYQ(μυ)

17 occidere] *add.* et SBNYQ | furari *in corr.* S[1] | et moechari *om.* BNYQ | contraria B[+] 18 20 = Pμυ 9 N 14 Q *spat. vac.* Y 10 *rell.* | occides] *add.* etc. Z | In illis] Et de i. PZ Sed in istis Q Illorum S 18-19 dispensasse] dispensare N indispensasse S *add.* nam Q 19 de[1]] in P | homicidis S | patet *om.* Z | 22] 23 AS[1] 21 PS´ZB | et] in NY de Q | eius *om.* Q 19-20 immolato Z 20 furto] secundo SZ | patet] in N *om.* Q *add.* in B | 11 et 12] 10 et 13 ANQ 12 B 21 Z *spat. vac.* Y | quibus] similiter Z 20-21 praecipit P 21 Deus *om.* PSZB | ut] quod Z | spoliaret A | Aegyptum Z | contractatio Y 22 quae] quod BNY 22-23 de — fornicationum] *ante* quibus (20) SZ *om.* BNYQ 22 tertio] *add.* moechari P | Os.] posse P[-] | 1] 1. 2. S 3 P 24 Rom.] *praem.* ad A | 7 *om.* Q[+] | nesciebatur (!) Z 24-25 nisi — esse *om.* NYQ 25 Lex] *add.* etc. Z | diceret = Aμυ dixisset PB | non] *praem.* sed tunc SZ | concupiscendum esse = A concupisces (*add.* etc. μυ) *rell.* μυ 25-26 naturali BNY 26 sciuntur] scimus B | agenda vel non agenda = AP n. agendum vel agendi S vitanda Y vitanda v. a. (a.] eligenda B) *rell.* μυ | etsi = A si etiam Y si S etiamsi *rell.* μυ | essent] sint Q 27 nota[1]] *ante* sunt B *post* naturaliter Q *om.* Z 27-28 nota[2] — licet] naturaliter nota, etiamsi Q 28 etc.] ergo SZ *praem.* ergo P *om.* BNYQ

F *18* Ex. 20, 13-15: «Non occides; non moechaberis; non furtum facies». *19* Gen. 22, 1-2: «Tentavit Deus Abraham et dixit ad eum...: 'Tolle filium tuum... Isaac et vade in terram visionis atque ibi offeres eum in holocaustum'». *20* Ex. 11, 2-3: «Dices ergo omni plebi ut postulet vir ab amico suo et mulier a vicina sua vasa argentea et aurea: dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Aegyptiis»; 12, 35-36: «Feceruntque filii Israel sicut praeceperat Moyses, et petierunt ab Aegyptiis vasa argentea et aurea vestemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis ut commodarent eis; et spoliaverunt Aegyptios». *22 Iustiniani Institutiones* IV c. 1 n. 1 (*Corpus Iuris Civilis* I 43*a*): «Furtum est contrectatio rei fraudulosa»; n. 2 (I 43*b*): «Furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis alienam rem, invito domino, contrectat»; BONAV., *Sent.* III d. 37 dub. 7 (III 835*a*): «Furtum est contrectatio rei alienae, invito domino». *22-23* Os. 1, 2: «Et dixit Dominus ad Osee: 'Vade, sume tibi uxorem fornicationum et fac tibi filios fornicationum...'». *24* Rom. 7, 7: «Peccatum non cognovi nisi per Legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret: 'Non concupisces' [Ex. 20, 17]».

T [2] scil. de moechari.



Praeterea, lex naturae obligat in omni statu[b], quia notum est in tali natura quod sic est agendum vel non; sed non in omni statu obligavit decalogus, puta non in statu innocentiae: tunc enim non erat lex data; nec videtur obligare antequam lex erat data. 6

Contra: 7

In principio *Decretorum*, paragrapho «His itaque»: 'Ius naturale sic manet, quaecumque in Lege vel Evangelio inveniuntur'[3]; et in canonica Ioannis cap. 2 (quaere)[c].

---

4* [b] *Sequitur adnotatio interpolata*: Quasi idem, 'in omni statu', in principio Decretorum[2*].

6* [c] *Sequitur textus interpolatus*: 'Et in hoc scimus quod cognovistis eum, si mandata eius custodistis, quia qui mandata eius custodit, in hoc caritas Dei perfecta est. Qui autem dicit se nosse Deum et fratrem suum odit, mendax est. Mandatum non novum sed antiquum do vobis, quod habuistis ab initio'[3*]. Hoc ad propositum.

APSZBNYQ(μυ)

29 obligavit Y 29-30 quia — non[1] *om.* Z 29 est *rep.* B 29-30 in[2] — non[2]] tali S 30 quod] *ante* notum (29) N *om.* PBY | sic *om.* Q | est] esse PBQ | vel non *om.* Y 30-31 non[2] — puta] decalogus non obligavit in omni statu, quia Q 30 in omni statu *om.* Z 31 obligat S | puta] *rep.* B *om.* Z | non *om.* ZBY 31-32 tunc — data] cum t. lex decalogi non esset data, et antequam esset data non obligaret (o.] obligavit υ) Qμυ 32 videtur] *praem.* prius Z *add.* prius P | antequam] quam Z | antequam — data *om.* B | lex = AY | erat = A fuerit PS fuerat Z esset (*ante* lex Y) NY 34 In] *praem.* In Canone, 29 (quaere). Item PB | In — itaque] In Canone, distinctione 6, paragrapho «His itaque respondetur», et in principio Decretorum μυ 34-35 In — et *om.* NYQ 34 Decretorum] *add.* distinctione 6 SZ | His = Z Illis AZ Illo P 34-35 itaque — vel = Z ⟦*cum hisce tamen variantibus:* itaque (34)] quaeque Z | quaecumque (35)] quisque Z⟧ 35 Evangelio inveniuntur] omnino i. B omnino (*add.* et A *add.* non P) invenitur APSZ | et = PBμυ 36 Ioan.] Iac. Q | 2] *add.* et S | quaere *om.* PZB

4*-5* Quasi — Decretorum = S

6*-9* Et — propositum = APSZB; ¶ *adnot.* Non est in Ioanne P[1] *sublineat* A[1] 6* Et = A | cognoscimus Z 7* quia] autem *post* qui PSZ *om.* B | in *om.* Z 8* est *om.* S 9* habuistis] audistis Z | Hoc] *praem.* Ex Z

F *34* GRATIANUS, *Decretum* pars 1 d. 6 c. 3 (CIC I 11): «In Lege et Evangelio naturale ius continetur; non tamen quaecumque in Lege et Evangelio inveniuntur, naturali iuri cohaerere probantur: sunt enim in Lege quaedam moralia (ut 'non occides' etc.), quaedam mystica (utpote sacrificiorum praecepta et alia his similia). Moralia mandata ad naturale ius spectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mystica vero... secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius, ab exordio rationalis creaturae incipiens..., manet immobile». *36* I Ioan. 2, 7: «Carissimi, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus est verbum quod audistis».

T [3] Cf. THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 94 a. 4 arg. 1 (VII 171*a*); a. 5 arg. in opp. (p. 172*a*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 1 arg. 1 in opp. (III f. 141*va*).

[2*] Cf. infra, in F ad lin. *34*. [3*] I Ioan. 2, 3-7.

### [I. – AD QUAESTIONEM
### A. – OPINIONES ALIORUM IN IDEM CONVERGENTES
### 1. – OPINIONUM EXPOSITIO]

8 Hic d i c i t u r quod sic. [2]

9 Et p o n i t u r modus talis: lex naturae est lex descendens ex principiis primo notis in agibilibus; talia quidem sunt prima principia practica, nota ex terminis, quae sunt ipsa prima seminaria veritatis, ad quorum veritatem inclinatur naturaliter intellectus ex terminis, et ad assentiendum dictamini tali naturaliter inclinatur voluntas; ex talibus principiis sequuntur omnia, mediate vel immediate, quaecumque sunt in decalogo. Omnia enim quae ibi praecipiuntur, habent bonitatem formalem, qua secundum se ordinata sunt ad finem ultimum, ut per illa homo convertatur ad illum finem, – omnia

APSZBNYQ(μυ)

41 Et] enim *post* ponitur Y *om.* B | ponitur] proponitur B | modus talis] t. m. Q | lex naturae] natura A 41-42 ex principiis] ex p. vel a principiis A 42 primo] primis (*ante* principiis, 41-42 Q) PBYQ per se N | quidem sunt = AS s. P s. quaedam *rell.* μυ | prima] *post* principia B *om.* Q 43 quae] ita Y *om.* N 43-44 quae — terminis *om.* P 43 sunt *post* prima N | ipsa] illa N *om.* SZBYQ | prima] quaedam Q *praem.* quaedam Z | veritatis *om.* ZNYQ 45 ad *om.* S | dictamini tali] t. d. PSZNQ | naturaliter] *post* inclinatur BNY *post* voluntas Q 45-46 ex talibus *rep.* Y 46 principiis *om.* Y 46-47 sequuntur — decalogo] sed divina, quaecumque sunt decalogo, sunt talia vel immediate vel mediate Q 48 qua = A quae *rell.* μυ | ordinata sunt] o. (ornata Q) est NYQ 49 illa] illam Q illum NY | finem] *ante* illum B *add.* et consequatur ipsum Q

F *40* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 100 a. 1 arg. in opp. (VII 206*a*): «Omnia moralia praecepta Legis sunt de lege naturae»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 1 in corp. (III f. 141*vb*): «Omnia praecepta moralia sunt de lege naturae simpliciter». *41* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 100 a. 1 in corp. (VII 206*ab*): «Praecepta moralia... sunt de illis quae secundum se ad bonos mores pertinent. Cum autem humani mores dicantur in ordine ad rationem, quae est proprium principium humanorum actuum, illi mores dicuntur boni qui rationi congruunt, mali autem qui a ratione discordant. Sicut autem omne iudicium rationis speculativae procedit a naturali cognitione primorum principiorum, ita etiam omne iudicium rationis practicae procedit ex quibusdam principiis naturaliter cognitis..., ex quibus diversimode procedi potest ad iudicandum de diversis»; q. 94 a. 2 in corp. (p. 170*a*): «Sicut autem 'ens' est primum quod cadit in apprehensione simpliciter, ita 'bonum' est primum quod cadit in apprehensione practicae rationis quae ordinatur ad opus: omne enim agens agit propter finem qui habet rationem boni. Et ideo primum principium in ratione practica est quod fundatur supra rationem boni, quae est 'bonum est quod omnia appetunt'. Hoc est ergo primum praeceptum legis, quod 'bonum est faciendum..., et malum vitandum'; et super hoc fundantur omnia alia praecepta legis naturae, ut scilicet omnia illa facienda vel vitanda pertineant ad praecepta legis naturae quae ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 1 in corp. (III f. 141*vb*).



etiam quae ibi prohibentur, habent malitiam formalem avertentem a fine ultimo; ita quod illa quae praecipiuntur, non sunt bona tantum quia praecepta, sed e converso 'quia bona, ideo praecepta', – quae prohibentur, non sunt tantum mala quia prohibita, sed 'quia mala, ideo prohibita'.

Et tunc videretur consequenter esse d i c e n d u m ad primum argumentum[4] quod Deus non potest dispensare simpliciter circa talia: quod enim est illicitum ex se, non videtur quod possit fieri licitum per aliquam voluntatem, – puta si occidere, ex hoc quod est actus transiens super talem materiam (puta proximum), est actus malus[5], stante ista causa semper erit malus; et ita nullum 'velle' quod est extra rationem istorum terminorum potest facere quod sit bonus. 10

Sed tunc exponerentur auctoritates, quae videntur dicere Deum in talibus dispensasse[6]. 11

Et e x p o n u n t u r uno modo sic, quod etsi possit fieri dispensa-

APSZBNYQ(μυ)

50 etiam = A similiter *ante* omnia (49) Qμυ | malitiam] rationem (*post* formalem Z) ZB | avertentem] antecedentem (!) S 51 illa] ista Y *om.* PZB | illa quae praecipiuntur] i. q. ibi p. N quia p. S ibi praecepta Q | non *post* bona Q 51-52 tantum *om.* Z 52 sed *rep. ante* quia[1] N[+] | e converso *om.* NY 52-54 e converso — prohibita] ideo praecepta quia secundum se bona; similiter ibi prohibita sunt mala non tantum quia prohibita, sed ideo prohibita quia mala Qμυ 52 praecepta[2] = A sunt p. PSZ p. s. BNY 53 quae] *paem.* et N | non — prohibita *rep. ante* habent (50) Z[+] | tantum] tamen P 55 tunc *rep. post* videretur Z | videretur] *comp.* ABYQ | consequenter *om.* Y | esse *om.* BN | dicendum *rep. post* primum S 55-56 argumentum *om.* PS 56 simpliciter *ante* non Q | circa talia = PB in talibus Qμυ contra t. *rell.* (*om.* Y) 57 quod] quia YQ | ex se *ante* est Q | quod possit] posse Q 58 puta] ut Q | si occidere] si accidere (!) S non occides Y 59 materiam] in materia (!) S | puta] scilicet Q *om.* Y | actus malus] m. a. P 60 ista causa] illa c. Y in c. i. P | erit] est PN *add.* actus Y | ita] realiter B | nullum] nulli N *add.* tam S 61 bonus] bonitas B[+] 62 Sed] Et ZQ | exponerentur] oportet exponere Q 63 in talibus] *ante* Deum (62) Z *post* dispensasse NY | dispensasse] dispensare *ante* in B 64 Et] *om.* N *add.* ex talibus Q[+] | exponuntur] exponentur P exponitur A *om.* N | sic *om.* BNYQ | quod] quia BN | etsi possit] licet posset Q

F *55* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 100 a. 8 in corp. (VII 215*a*): «Praecepta autem decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei... Et ideo praecepta decalogi sunt omnino indispensabilia»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 5 in corp. (III f. 143*ra*): «Praecepta decalogi indispensabilia sunt: praecepta enim legis aeternae sunt indispensabilia. Planum est enim quod in illis homo dispensare non potest, nec etiam Deus». *64* RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 5 ad 2-3 (III f. 143*rb*); ad 4 (f. 143*rb*): «Illa auctoritas intelligenda est non de praeceptis acceptis secundum intentionem mandantis, quia sic claudunt in se debitum ordinem ad proximum, quem Deus infringere [*in editione*:

T [4] Cf. supra n. 2. [5] Cf. AUGUST., *De civ. Dei* I c. 20 (CCL 47, 22; PL 41, 34-35); THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 64 a. 1 in corp. (IX 67*ab*). [6] Cf. supra n. 4.

tio circa actum in genere actus, non tamen circa illum – in quantum est prohibitus – contra intentionem mandantis, et ita nec contra prohibitionem.

12 Aliter d i c e r e t u r quod actus manens inordinatus non potest fieri ordinatus, – actus autem in quantum est contra prohibitionem, est inordinatus; ideo non potest[7] dispensare in illo, in quantum est contra prohibitionem.

### [2. – OPINIONUM IMPROBATIO]

13 Sed istae expositiones (quae forte videntur redire in idem)[8] non [3] videntur salvare propositum:

'Dispensare' enim non est facere quod stante praecepto liceat facere contra praeceptum, sed 'dispensare' est revocare praeceptum vel declarare qualiter debeat intelligi, – 'est enim duplex dispensatio, scilicet iuris revocatio et iuris declaratio'[9]. Quaero ergo an stantibus omnibus circumstantiis eisdem in isto actu 'occidere

APSZBNYQ(μυ)

65 illum] ipsum NYQ actum B 66 contra[1] — mandantis *om.* BNYQ | et ita *rep. ante* contra[1] Z 68-71 Aliter — prohibitionem *rep.* Y 68 Aliter] Consimiliter *in textu rep.* Y 70 dispensare = Aμυ dispensari *rell.* | est *om.* N 73 quae forte] f. q. B | videntur redire] redeunt NYQ | in] *add.* ipsum N 74 videntur salvare] salvant PZ 75-77 Dispensare — praeceptum *om.* Q 75-76 quod — facere *om.* S 76 revocare] *post* praeceptum (76-77) Z removere A renovare S 77 vel *om.* Q[1] | debet BNY 78 scilicet *om.* SZ | et *rep. ante* revocatio S | declaratio] dispensatio BNYQ | ergo *om.* BNYQ 79 circumstantibus B[+] | eisdem] *spat. vac.* Y | actu] *add.* qui est Q

infligere] non potest, sed loquitur de illis quantum ad actus qui secundum litterae virtutem non habent istum ordinem annexum, sicut est 'non occidere' et sicut est de honoratione parentum, qui non essent honorandi, in quantum facerent contra Deum et honorantem a divina dilectatione retraherent»; THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 100 a. 8 ad 3 (VII 215*b*).

F *68* GODEFRIDUS DE FONT., *Quod.* IV q. 11 in corp. (PhB II 265): «Quaecumque sunt bona vel mala secundum se, id est iusta vel iniusta loquendo generaliter in genere moris, sunt talia quod secundum se sunt de iure naturali vel divino, et convenientia rectae rationi, vel contra haec. Sed in his sunt gradus: quaedam enim sic sunt bona secundum se, quod ex natura sua sunt determinata ad bonum, ita quod nullo modo possunt esse mala nisi multum per accidens..., et e contra est in malis. Haec autem sunt quae dicuntur esse bona et iusta, vel mala et iniusta simpliciter de iure naturae; et de istis dantur praecepta moralia decalogi, quae dicuntur praecepta iuris naturalis. Et... in talibus non cadit dispensatio quantum ad rationem iustitiae quam continent».

T [7] supple: Deus. [8] Cf. supra n. 9-12. [9] Cf. BONAV., *Sent.* IV d. 38 a. 2 q. 3 in corp. (IV 823*a*): «Dispensatio dicitur dupliciter: uno modo iuris relaxatio, alio modo iuris declaratio».



hominem', ista circumstantia sola variata 'prohibitum et non-prohibitum', possit Deus facere quod iste actus, qui cum eisdem circumstantiis aliis aliquando est prohibitus et illicitus, alias esset non-prohibitus sed licitus? – Si sic, simpliciter potest[10] dispensare, quemadmodum mutavit Legem Veterem quando dedit Novam, et hoc quantum ad caerimonialia; non quidem faciens quod, stante praecepto de caerimonialibus, non essent illa servanda, sed faciens quod actu illo manente eodem, non tenebatur quis ad illum sicut prius (ita etiam dispensat quicumque legislator simpliciter, quando revocat praeceptum iuris positum ab eo, faciendo scilicet quod – actu prohibito vel praecepto manente eodem secundum se – auferatur ratio prohibiti vel illiciti et fiat licitum); tamen non potest facere Deus de isto actu, qui cum talibus circumstantiis erat prohibitus, quod manentibus eisdem circumstantiis prioribus prohibitione non sit prohibitus, ergo non potest facere quod 'occidere' non sit prohibitum, – cuius oppositum manifeste patet de Abraham et multis aliis.

[4] Item, quae sunt vera ex terminis, sive sint necessaria ex terminis 14
sive sequentia ex talibus necessariis, praecedunt in veritate omnem actum voluntatis, vel saltem habent veritatem suam, circumscripto per possibile vel impossibile omni 'velle'; ergo si praecepta decalogi,

APSZBNYQ(μυ)

80-81 ista — non-prohibitum] variata solum circumstantia prohibiti et non-prohibiti Q 80 sola] *ante* ista ZBNY *om.* S | variata] *add.* per A 80-81 et non-prohibitum *om.* Y 81 posset BQ | qui *om.* Z | eisdem] talibus Q 82 aliis *om.* SZ | aliquando est] e. a. Q | et illicitus] *om.* NYQ *add.* qui P[2] | esset] *post* non PN sit *ante* alias Q 83 sic] *add.* igitur Q 83-84 dispensare, quemadmodum] mutare (m.] dispensare Q[1]) sicut simpliciter Q 84 mutavit] *add.* simpliciter NY | Legem Veterem] Vet. Leg. Z | quando dedit Novam *post* caerimonialia (85) Q | et hoc] et haec S *om.* BNYQ 85 quidem] fidem S[+] | stante] manente Q 86 illa *ante* non Q 87 non] modo N | illum] actum BY 88 quiscumque B 89 positum = P positivi *rell.* μυ | ab — scilicet] facti ab eo, non quidem faciens Qμυ | faciendo] facti N 90 vel] et Z | eodem] *rep. post* se B *om.* NYQ 91 prohibiti vel *om.* Q | et *om.* Y | tamen = AS sed P sed sicut B ita Z et sic Y sic N si autem Qμυ 92 Deus] *ante* non (91) Q *ante* facere (91-92) B | qui] quod N | cum *om.* BNYQ 92-93 erat prohibitus] prioribus prohibitione non sit prohibitus (*cf. lin.* 93-94) B 93 quod] quia Z | prioribus] *add.* de Q 94 non[1]] ne P | non[3] *om.* N 95 patet] apparet (*ante* manifeste BNY) SZBNY 95-96 Abraham et multis aliis = A a. m. P m. S Abr. *rell.* μυ 97 Item] Praeterea BNYQ | terminis] *add.* non sunt necessaria et ex terminis Y | sint *rep. post* sive (98) P 97-98 necessaria — sive *om.* S 98 consequentia Q | veritate] omnino SZN 99 vel *om.* Y | veritatem] voluntatem Y 100 per — omni *om.* Y | possibile vel] impossibile (poss. P[1]) vel PB *om.* Q | vel impossibile] vel incomposs. B *om.* N | omni] esse Q | ergo] sed B

T [10] supple: Deus.

vel illae propositiones practicae quae possunt formari ab eis, haberent talem necessitatem (puta si haec essent necessaria 'proximus non est occidendus vel odiendus', 'furtum non est faciendum' et huiusmodi), sequeretur quod – circumscripto quocumque 'velle' apud intellectum apprehendentem – tales complexiones essent istae necessariae, et ita intellectus divinus, apprehendens talia, necessario apprehenderet ea tamquam vera ex se; et tunc voluntas divina necessario concordaret istis apprehensis, vel ipsa non esset recta. Et ita esset ponenda in Deo ratio scientiae practicae, – quod negatum est in I, distinctione 1, quaestione 'De praxi'[11]; esset etiam necesse ponere quod voluntas eius simpliciter necessario determinaretur circa alia volibilia a se, – cuius oppositum dictum est etiam in I libro, distinctione 2, ubi tactum est quod voluntas eius in nihil aliud a se tendit nisi contingenter[12].

15 Quod si d i c a t u r voluntatem creatam necessario debere conformari istis[13] ad hoc quod sit recta, non tamen voluntatem divinam

APSZBNYQ(μυ)

101 illae] istae ZN *om.* Q | possent ZBNYQ | formari] servari $B^+$ subordinari S *add.* vel subordinari P | ab *om.* P 102 talem necessitatem] n. t. BNY | si] quod PZBNQ | esset B 103 occidendus vel *om.* N | vel odiendus = AN 103-104 et huiusmodi = A 104 sequeretur] ita Q | circumscripto] incircumscripto B circumscribendo Y | quocumque] omni BNYQ 105 apprehendendo Y | complexione (!) N | istae] ex se N sic Q 106 necessariae] notae NYQ | et ita] igitur Q | necessario] necessaria B 107 ea] illa $N^1$Y talia N´ ita B | tamquam] *add.* necessario B | vera *post* se NYQ 108 concordaret] corresponderet S | essent YQ 109 ponenda = AS ponere *rell.* μυ | in Deo *post* practicae B | ratio = A subiectum Y nomen (!) S rationem *rell.* μυ 110 in I] in PBN *om.* Y | distinctione 1] prima d. PBNY d. 2 Z | 1] *spat. vac.* Q | quaestione De praxi = A | esset etiam] Et es. Z Esset Y | necesse *om.* BNYQ 111 voluntas] volunta (!) B | determinaretur] determinatur BNYQ *om.* Z 112 alia volibilia = AZ a. v. alia BYQ aliqua v. a. *rell.* μυ | dictum *om.* B | etiam *om.* BY 112-113 I libro, distinctione 2 = A I d. 2 I PS d. 2 I Z prima d. I B prima d. $N^1YQ^1$ I d. N´Q´ I μυ 113 ubi *om.* S | tactum] dictum P | eius] divina NQ *add.* est Y | a *om.* Y 114 nisi] non Y in se B | contingenter] *comp.* P contingit N 115 dicas N | debere] habere N *om.* SZ 115-116 conformari] conformare se Q

F *115* RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 5 ad 2 in opp. (III f. 143*rb*): «Non est simile de conclusionibus speculabilium et agibilium: speculabilia enim sunt respectu necessariorum, et ideo aeque immutabilis est veritas in conclusione sicut in principio, quamvis non aequaliter nota, – conclusiones autem in agibilibus sunt contingentium, quae interdum propter aliquas particulares circumstantias variari possunt, et ideo in eis non est veritas aeque immutabilis sicut in principiis nec aequaliter nota».

T [11] Habetur hic lapsus Duns Scoti, qui quaestionem 'De praxi' non in dist. 1, sed in prologo tractavit, – cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 330-331 (I 215-217). [12] Cf. ibid. I d. 2 n. 79-81 (II 176-177). [13] scil. complexionibus, de quibus supra n. 14.



oportet istis veris velle conformiter, sed quia conformiter vult, ideo sunt vera, – hoc respondet ad conclusionem[14], quia ratio[15] probat oppositum, nam intellectus divinus ante apprehendit terminos istos et potest apprehendere ex eis veritatem complexionis, quam scilicet[16] complexio habet ex terminis aliter, prius naturā quam voluntas sua aliquem actum habeat circa ea; ergo in secundo signo naturae, quando voluntas habet actum circa illa, oportet necessario quod[17] conformiter velit illi dictamini, et ita non potest velle oppositum[18].

[B. – OPINIO PROPRIA

1. – DUPLEX MODUS INTELLIGENDI ALIQUA ESSE DE LEGE NATURAE]

[5] Ad quaestionem ergo dico quod aliqua possunt dici esse de lege naturae dupliciter: 16

Uno modo[19] tamquam principia practica nota ex terminis, vel conclusiones necessario sequentes ex eis. Et haec dicuntur esse strictissime de lege naturae.

Et rationes contra primam opinionem[20] probant quod in talibus non potest esse dispensatio ⟦(et de istis habetur in *Canone*, 17

APSZBNYQ(μυ)

117 istis — conformiter¹] c. velle i. veris BNYQ | quia *om.* S 118 hoc] hic APZBN | respondit P | conclusionem] quaestionem ASNQ | quia] quod B 119 nam] quia Q | ante] *post* apprehendit BY prius Q quando A | terminos istos] i. t. B 120 ex eis] in eis *post* complexionis Q | complexionis *in corr.* $P^1$ | scilicet *om.* Q 121 complexionem Y | aliter, prius natura = A p. n. S | quam] quod SQ antequam Zμυ tamquam B | sua *om.* ZBY 122 habeat *ante* aliquem Q | ea] eo (!) B extranea Y 122-123 ergo — illa *om.* N 122 naturae *om.* SZ 123 quando] *add.* scilicet Q | illa] ea BY 124 conformiter velit] v. c. Q | et — oppositum *om.* NYQ 129 principia practica] pra. pri. Q | nota] non Y 130 sequentes *in corr.* $Z^1$ 130-131 strictissime] *ante* esse (130) PSZ *rep. ante* dicuntur (130) A 132 contra] circa P 133-136 et — permanet = APSZB [*ante* Et (132) PB]; ¶ *sign. tribus punctis* ∴ *in textu et mg.* $A^1$ *adnot.* Non est in alio $A^1$ 133 et *om.* PB | habetur] 2 AS *add.* 2 Z | in] de $S^+$

F *133* GRATIANUS, *Decretum* pars 1 d. 5 (CIC I 7): «Naturale ius inter omnia primatum obtinet et tempore et dignitate: coepit enim ab exordio rationalis creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile permanet». – Haec verba, in aliquibus codicibus *Decreti*, ad finem distinctionis 4 pertinent, – cf. ibid. d. 5 nota 1 (CIC I 7).

T [14] scil. quod voluntas Dei «in nihil aliud a se tendit nisi contingenter» (n. 14). [15] scil. quae nunc ad modum instantiae proposita est. [16] supple: veritatem. [17] supple: voluntas divina. [18] Hanc instantiam eiusque refutationem ampliore sermone iam proposuerat DUNS SCOTUS, *Ordinatio* prol. n. 325. 328 (I 212. 213-214); I d. 38 n. 7-10 (VI 305-307); *Lectura* I d. 39 n. 42-44. 53-54 (XVII 492-493. 496-497). [19] Alio modo cf. infra n. 25. [20] Cf. supra n. 13-14.

«Denique», 4 distinctione in fine, ubi dicitur quod «naturale ius coepit ab exordio rationalis creaturae, nec mutatur tempore, sed immutabile permanet»),⟧ – quas[21] concedo.

18 Et non est sic, loquendo universaliter de omnibus praeceptis secundae tabulae, quia de ratione eorum quae ibi praecipiuntur vel prohibentur, non sunt principia practica simpliciter necessaria, nec conclusiones simpliciter necessariae. Non enim est necessaria bonitas, in iis quae ibi praecipiuntur, ad bonitatem finis ultimi; nec, in iis quae prohibentur, malitia necessario avertens a fine ultimo, quin – si istud bonum non esset praeceptum – posset finis ultimus attingi et amari; et si illud malum non esset prohibitum, staret cum illo acquisitio finis ultimi.

19 De praeceptis autem primae tabulae secus est, quia illa immediate respiciunt Deum pro obiecto. [6]

20 Duo quidem prima, si intelligantur tantum esse negativa, primum scilicet *Non habebis deos alienos*, et secundum *Non accipies nomen Dei tui in vanum*, hoc est 'non facies Deo irreverentiam', illa sunt de lege naturae, stricte sumendo legem naturae, quia necessario sequitur 'si est Deus, est amandus ut Deus solus', similiter sequitur quod

APSZBNYQ(μυ)

134 Denique] e t. AS d. 13 (13] 5 $P^2$) cap. 1 PZB | 4 distinctione in fine] d. 4 in f. ZB in f. (*not.* vel: in in fine 4 distinctione $P^2$) P | naturale ius] i. n. AS 135 incepit B 135-136 rationalis — permanet *rep. post* dispensatio (133) $P^+$(¶ *sign.* Vacat) 135 sed = S s. est. *rell.* 136 permanet] *comp.* A per naturam (n. *om. in textu rep.* P) *rell.* 137-138 Et — ratione] Sed talia non sunt quaecumque praecepta secundae tabulae, quia rationes Q 137 non est sic] hoc $P^1ZB^*$ n. $P'$ *om.* N 138 eorum] istorum BNY | ibi praecipiuntur] i. ponuntur N reponuntur Y *add.* ad bonitatem Q 140-141 est — ultimi] in iis quae praecipiuntur (p. *in corr.* $Q^1$) ibi, est bonitas necessario conveniens ad finem ultimum Q 140 necessaria *om.* Y 141 quae — iis *om.* $B^*$ | ibi praecipiuntur] p. i. P | bonitatem] *spat. vac.* $B^2$ | finis ultimi] u. f. $B^2$ 142 prohibentur] *add.* est Q | malitia] *post* avertens P in alia (!) S | advertens Q | quin] quia Z 143 istud] *post* bonum Q illud Z | possit Z | ultimus] istius B *add.* et Y 143-144 attingi et amari] am. et at. BNYQ 144 prohibitum *om.* N | illo] eo Q 146 primae] secundae Q | quia] quod S 147 pro obiecto *om.* Z 148 Duo] Dico NY | Duo quidem prima] Dico ergo quod illa SZ | intelligatur NY | tantum esse] e. t. Q | negativam NY 149 scilicet = A | habebit S | et *om.* YQ | accipies] assumes ZQ | nomen] *add.* Domini P 150 hoc] id Q | facias SY | Deo] *add.* tuo Q 150-152 illa — $Deus^1$] Ista sunt stricte de lege naturae, quia sequitur necessario si Deus est Q 152 Deus solus] s. D. B *om.* Y 152-153 solus — Deus *om.* N 152 solus, similiter sequitur *om.* Q | sequitur quod] q. s. S

F *149-150* Ex. 20, 3. 7.

T [21] scil. rationes.



'nihil aliud est colendum ut Deus, nec Deo est irreverentia facienda'. Et per consequens in istis non poterit Deus dispensare, ut aliquis possit facere oppositum huius vel illius prohibiti. Pro hac[22] pone duas auctoritates, in Richardo, quaestione 5, in solutione.

[7] Tertium praeceptum primae tabulae, quod est de sabbato servando, est affirmativum quantum ad aliquem cultum exhibendum Deo determinato tempore; sed quantum ad determinationem temporis huius vel illius, non est de lege naturae stricte loquendo. Similiter, nec[23] quantum ad aliam partem, negativam, quae ibi includitur, qua prohibetur actus servilis, pro actu determinato, prohibens a cultu tunc exhibendo Deo: ille enim actus non prohibetur nisi quia impediens vel retrahens ab illo cultu qui praecipitur. 21

Sed an de lege naturae stricte sit illud praeceptum de sabbato servando, quantum ad cultum pro aliquo tempore determinato Deo exhibendum, dubium est, quia si non[24], ergo absolute posset Deus dispensare quod[25] homo numquam toto tempore vitae suae haberet bonum motum circa Deum, – quod non videtur probabile, quia sine aliquo 22

APSZBNYQ(μυ)

153 ut] tamquam BQ | Deus] *add.* (*seu rep.*) quod nihil colendum est tamquam Deus (152-153) Y | Deo] de eo Z 153-154 irreverentia facienda] f. i. Q 154 istis] isto Y | non *rep. ante* in $Q^+$ | poterit] potest BY | Deus dispensare] dispensari Y 155 possit] *add.* licite Q | facere = AQμυ | huius vel illius] h. et i. A eius et i. Y talis Q 155-156 Pro — solutione *om.* NYQ | pono PB 156 duas] 20 P istas Z | Richardo] 13 P | quaestione = Z cap. *rell.* 157 primae tabulae *om.* NYQ 158 servando = A sanctificando PS | quantum] tamquam Q 158-159 exhibendum] faciendum Z 159 sed = A et *rell.* μυ 160 temporis *om.* Q | vel illius] et illius v. i. A et i. Z 161 aliam] illam BNY *om.* Q | ibi *om.* YQ 162 qua] *add.* scilicet Q | actu] tempore Q 163 Deo *om.* PS 164 retrahens] distrahens Q | illo] isto BNYQ 165 Sed an] si tamen sit Q | sit] dicit S | sit illud] hoc Q 165-166 servando = A 166 cultum] natum $P^1$ 166-167 exhibendum] *ante* Deo (166) BNYQ exhibendo Z 167-168 quia — suae] an Deus posset dispensare, quia si potest, igitur potest dispensare quod homo toto tempore vitae suae non Q 168 quod] quia $Z^+Y$ 169 sine] si non N | aliquo] omni Q

F *156* RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 37 princ. 1 q. 5 in corp. (III f. 143*ra*) duas Augustini auctoritates adducit, non tamen ad probandum aliqua sed omnia decalogi praecepta indispensabilia esse, quae auctoritates ita sonant: AUGUST., *Contra Faustum* XXII c. 27 (CSEL $25^1$, 621; PL 42, 418): «Lex vero aeterna est ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans»; *De diversis quaest. 83* q. 53 n. 2 (CCL 44A, 88; PL 40, 36): «Ex hac igitur ineffabili atque sublimi rerum administratione, quae fit per divinam providentiam, quasi transcripta est naturalis lex in animam rationalem». *157* Ex. 20, 8: «Memento ut diem sabbati sanctifices». *162* Ex. 20, 10

T [22] supple: conclusione. [23] subintellige: est de lege naturae stricte loquendo. [24] scil. si non est de lege naturae stricte. [25] scil. adeo ut.

bono 'velle' finis ultimi non potest haberi aliquod simpliciter bonum circa ea quae sunt ad finem; et ita numquam teneretur aliquis ad aliquod bonum 'velle' simpliciter, quia qua ratione non sequeretur ex lege naturae – stricte loquendo – quod nunc esset exhibendus cultus Deo, pari ratione nec tunc, et ita pari ratione de quolibet tempore determinato. Ideo, stricte loquendo, non videtur quomodo possit concludi quod aliquis teneatur tunc vel nunc exhibere cultum Deo, et pari ratione nec aliquando indistincte, quia ad nullum actum tenetur aliquis – pro aliquo tempore indeterminato – ad quem non teneatur pro aliquo tempore signato cum aliquibus opportunitatibus occurrentibus.

23 Si autem istud[26] sit stricte de lege naturae, ita quod necessario sequatur haec 'Deus non est odiendus', vel ex aliquo alio dato[27] 'ergo Deus est diligendus' (et hoc aliquando actu elicito circa ipsum), tunc argumentum istud 'a singularibus ad universalia' non tenet, sed est figura dictionis, sicut in aliis 'a pluribus indeterminatis causis ad unam illarum'[28].

24 Si autem hoc praeceptum tertium non sit de lege naturae stricte, tunc iudicandum est de illo, quoad hoc, sicut de praeceptis secundae tabulae.

APSZBNYQ(μυ)

170 haberi aliquod] habere a. (a.] aliquid Y) BNY aliquis habere Q | bonum] *add.* velle PQ 171 numquam teneretur aliquis] n. a. t. Z nullus umquam t. NYQ alius t. umquam B 171-172 aliquod *om.* NYQ 172 quia = Aμυ q. cum *rell.* | sequitur BNYQ 173 nunc esset] n. sit Q sic e. B non est n. (n. *om.* SN) PSZN | exhibendus] prohibendus NY 175 posset Z 175-176 concludi] concedi APBN 176 quod] quando Q | exhibere cultum *om.* Y 177 aliquando] a. (a[m] B) in communi PSZB | distincte Y 178 aliquo tempore] t. a. A | determinato Q 178-179 indeterminato — tempore *om.* PN 178 non teneatur] n. tenetur Z determinatur BY 179 cum *om.* Q | concurrentibus Q 180 autem *om.* PNYQ | istud] illud Q | stricte] *post* naturae Q *add.* loquendo P[+] 180-181 ita — sequatur *rep. post* naturae (189) Z[+] ita quod s. necessario Q *add.* haec A[+] 181 vel *om.* P | ex — dato] *ante* et (176) P *rep. ante* et (176) ZB 182 Deus] *add.* non est odiendus N | diligendus] *ante* est B *comp.* S 183 istud] illud ZQ | universale Q | non tenet] *ante* a Q *add.* ex principiis practicis P 184 a pluribus] *spat. vac.* Y 184-185 causis — illarum *om.* NYQ 185 unam illarum] u. SZB unum P 186 hoc praeceptum tertium] illud t. p. Q | tertium] secundum Y | naturae *om.* B 187 iudicandum] videndum ABN | illo] isto ZN | quoad hoc *om.* PQ | praecepto P 187-188 secundae] *comp.* S

T [26] scil. praeceptum de sabbato servando. [27] subintellige: sequatur. [28] De hoc modo fallaciae figurae dictionis cf. PETRUS HISPANUS, *Tractatus* tr. 7 n. 92. 97-100 (p. 136-137. 141-145).



[8] Alio modo dicuntur aliqua esse de lege naturae, quia multum consona illi legi, licet non necessario consequantur ex primis principiis practicis, quae nota sunt ex terminis et omni intellectui necessario nota. 25

Et hoc modo certum est omnia praecepta – etiam secundae tabulae – esse de lege naturae, quia eorum rectitudo valde consonat primis principiis practicis necessario notis[d]. 26

Ista distinctio[29] potest declarari in exemplo, nam supposito isto principio iuris positivi 'pacifice vivendum est in communitate vel politia'[30], non necessario sequitur ex hoc quod quilibet debet habere distinctionem possessionis vel possessionem distinctam a possessione alterius: posset enim stare pax in communitate sive in convivendo, etiam si essent eis omnia communia. Nec etiam supposita infirmita- 27

[d] *Sequitur adnotatio interpolata*: Sed isto modo habet intelligi illud Decretorum, distinctione 6, cap. 3 «His», ubi dicitur quod «moralia praecepta ad naturale ius pertinent, atque ideo ea nullam mutabilitatem recepisse monstrant»[4+]. Nota glossam, quae dicit quod «lex quantum ad moralia non recipit immutationem, sed quantum ad caerimonialia»[5+].

APSZBNYQ(μυ)

189 aliqua *om.* P | quia] *add.* sunt Q 189-194 quia — naturae *om.* Y 190 necessaria S | consequantur] sequantur (*ante* necessario Q) PSBNQ | primis] *post* principiis (190-191) B *om.* NQ 191 nota] nata (!) S | ex *rep.* B[+] | omni] quasi N tamen B | intellectui] intellectu Z *add.* apprehendenti sunt Q 193 etiam] *ante* omnia SZ *post* tabulae (193-194) N *om.* B 196 declarari] determinari P 196-197 isto principio] illo p. ZB *om.* N 197 iuris] *spat. vac.* P | positive B | vivendum] ostendendum S | est] esse *ante* pacifice Q *om.* NY | vel] sive in BNY *add.* in P 197-198 politea S 198 necessario sequitur] s. n. YQ | ex hoc *ante* non Q | quod = AB igitur *rell.* μυ 199 distinctionem possessionis vel *om.* BNYQ 200 enim] *om.* P[+] quia *ante* posset BNY | in communitate sive in convivendo = A in com. Y in conv. *rell.* μυ 201 eis] enim P | omnia *ante* essent Q | etiam] eis S[±] 201-202 infirmitate] *comp.* P

10*-14* Sed — caerimonialia = APSZB; ¶ *adnot.* Non est in Ioanne P[l] 10* Sed] Et PZB | habet] potest B 11* His] *add.* quoque Z 12* pertinent] spectant SZ 12* atque] itaque B | ideo ea nullam] ratio recta Z | ea = A | recessisse Z | monstrant] monstrat B non formatum (!) PS 13* quae] haec Z | quod *om.* P 13*-14* moralia — caerimonialia] c. m. P 13* recipit] respicit A | immutabilitatem B | sed] sicut SZB 14 caerimonialia] 2° moralia (!) S *add.* moralia ZB

T [29] Cf. supra n. 16. 25. [30] scil. in republica seu statu ac principatu politico, – cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* VIII c. 10 (AL XXVI[3] 313; Θ c. 12, 1160*a* 31-36).

[4+] Cf. supra ad n. 7. [5+] *Decretum Gratiani cum glossis* pars 1 d. 6 c. 3, glossa (ed. HUGO A PORTA, Lugduni 1550, 13*b*): «Lex ergo quantum ad moralia non recipit immutationem, sed quantum ad sacramentalia et caerimonialia».

te illorum qui convivunt, est illa consequentia necessaria; et tamen possessiones esse distinctas pro personis infirmis valde consonat pacificae conversationi[31]: infirmi enim magis curant bona sibi propria quam bona communia, et magis vellent bona communia eis appropriari quam communicari communitati et custodibus boni communitatis, et ita fieret lis et contentio.

28 Et ita est forte in omnibus iuribus positivis, quod licet aliquod sit unum principium quod est fundamentum in condendo omnes illas leges sive iura, tamen ex illo principio non simpliciter necessario sequuntur leges positivae, sed declarant illud principium sive explicant quantum ad certas particulas, quae explicationes valde consonant primo principio universali.

### [2. – COMPENDIUM DICTORUM]

29 Sic ergo recolligendo, primo negatum est omnia praecepta secundae tabulae esse stricte de lege naturae[32]; et secundo concessum est duo prima praecepta primae tabulae esse stricte de lege naturae[33]; tertio dubitatum est de tertio praecepto primae tabulae[34]; et quarto concessum est de omnibus quod sunt de lege naturae, large loquendo[35].

---

APSZBNYQ(μυ)

202 illorum] eorum SZBNY | qui] quae Y | convivunt] vivunt vel c. A conveniunt $P^*$ *spat. vac.* SY | est] *add.* autem B | est illa consequentia] i. communia et Y | necessaria *ante* illa Q | et] sed Q 203 pro *rep.* $S^-$ 203-204 pacificae conversationi] p. conversioni S pacifice conversari N 204 enim] neque P | sibi *om.* P 205 bona communia] c. b. Z 205-206 vellent — appropriari] volunt appropriare sibi bona Q 205 bona$^2$ = ABμυ | communia eis] eis c. N 206 communicari = AY | et] a Y | boni *om.* BNYQ 207 fieret] suscitatur Z | lis] lex Q | contentio] conturbatio N turbatio BYQ 208 Et = APμυ | forte] *rep.* B fere (*add.* quod Y) YQ *add.* quod N | iuribus] viribus SB | positis (!) B | quod] quia Z | aliquod] *post* sit BQ aliquid Y 209 unum *om.* Q | fundamentum] *add.* et principium N | omnes *om.* Q | illas] istas P alias NYQ 210 sive] vel Q 210-211 consequuntur Y 211 positivae] positae SZ potestate P | illud principium *post* explicant (211-212) Q 212-213 consonant] componant (!) P 213 primo] in Y *om.* PSZQ 215 ergo] *add.* omnia Q | negatum est] negant S 216 stricte] s. loquendo *post* naturae Q | et = A | secundo] ideo $A^{\pm}$ 216-218 secundo — naturae *om.* Y 217 praecepta *om.* Q | esse] est Q | stricte *post* naturae (217-218) Q 217-218 de — tabulae *om.* P 218 tertio] secundo Y 219 de — sunt] omnia esse Q | quod] quae PNY | large] lapse Z

T [31] seu modo vivendi et convivendi. [32] Cf. supra n. 18. [33] Cf. supra n. 20. [34] Cf. supra n. 21-24. [35] Cf. supra n. 25-26.



### [3. – INSTANTIA CONTRA PRIMUM DICTUM]

[9] Contra primum istorum[36] arguo, quia secundum Apostolum ad Rom. '*Non occides*', '*non moechaberis*', *et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur*: '*Diliges proximum tuum sicut te ipsum*'; ergo in isto praecepto 'Diliges' etc. includuntur necessario praecepta secundae tabulae, – hoc enim Apostolus expresse ibi probare videtur, et in fine videtur concludere: *Qui proximum diligit, Legem implevit*; hoc autem probatur per auctoritatem Salvatoris, quae maior est, in Matth. 22: *In his tota lex pendet et prophetae.* Sed dilectio proximi necessario sequitur ex hoc principio necessario 'Deus est diligendus'. Ergo etc. – Igitur, a primo ad ultimum, omnia praecepta secundae tabulae sequuntur ex illo quod est primum praeceptum primae tabulae; et si praecepta primae tabulae sint simpliciter de lege naturae, quia includuntur in primo principio vel primo praecepto, quod est simpliciter de lege naturae, sequitur quod praecepta secundae tabulae erunt etiam stricte de lege naturae, licet sint conclusiones eiusdem principii. 30

Probatio assumpti patet ex iis quae dicta sunt distinctione 28 huius III, ubi probatur dupliciter quod amor perfectus Dei et 31

---

APSZBNYQ(μυ)

222 Apostolum] Apoc. B 223 Non occides *post* moechaberis Q | occides *rep. ante* Rom. $N^+$ 224 verbo] *add.* non Q | restauratur ASZ | Diliges] Dilige S *add.* etc., et Z | tuum *om.* Z | ergo *om.* Z | isto] illo Q 225 etc. = A proximum tuum (t. *om.* BY) *rell.* μυ | necessario *om.* A | praecepta *om.* Y 226 Apostolus — ibi] expresse videtur Ap. i. BNY | expresse *post* probare ZQ | videtur] *ante* Apostolus PZQ *om.* S | et] unde Q | in] ita in A 227 videtur — diligit] concludit: Qui d. proximum Q | implevit; hoc] i. hic; hoc P 227-228 autem *om.* Q 228 per auctoritatem] auctoritate Q | Salvatoris *om.* NY | quae] qui AS quae maior est *om.* Q | in = $AS^1$ 229 22] 21 Z | dependet Z | Sed] Haec SZ 230 necessario *om.* Y | etc. *om.* Q 231 secundae *om.* Y 231-232 sequentur N 232 ex — praeceptum] necessario ex primo praecepto Q | et] *add.* ita NYQ 233 praeceptum (!) N | tabulae *om.* P | sint — naturae *rep. ante* sequuntur (231-232) $N^-$ | sint] sunt (*utrobique* N) NYQ | simpliciter] semper Z stricti Q 234-235 primo$^1$ — naturae] p. principio N prin. primo Y primo praecepto Q 234 vel] *add.* in B | primo$^2$ *om.* Z 235 sequitur] *comp.* Z | praecepta] principia $B^-$ 236 sint] sicut B 237 principii] praecepti $P^+$ 238 iis] dictis $B^+$ | iis — sunt] dictis Q | dicta] tacta Z | 28] 18 PSZ 4 $N^+$ 239 huius III = A h. PSZB | perfectus] *ante* amor Q *post* Dei BY | et *om.* NYQ

F *223* Rom. 13, 9. *226* Rom. 12, 9-13, 7. *227* Rom. 13, 8. *228-229* Matth. 22, 37-40: «Ait illi Iesus: 'Diliges Dominum Deum tuum..., diliges proximum tuum... In his duobus mandatis universa Lex pendet et prophetae'».

T [36] Cf. supra n. 29 (»primo negatum est...»).

amor ordinatus non potest esse zelus, appropriate loquendo, quia amor communis boni ut boni appropriandi sibi soli, est inordinatus, – amor etiam alicuius nolentis dilectum condiligi, est inordinatus et imperfectus[37]; ergo sequitur quod si Deus perfecte et ordinate est amandus, quod amans Deum debet velle proximum diligere Deum. Sed in volendo hoc proximo, diligit proximum: hoc enim modo solummodo diligitur proximus ex caritate, sicut dicitur ibi in glossa; ergo etc.

[4. – RESPONSIO AD INSTANTIAM]

32 Ad istud potest responderi tripliciter: [10]

Uno modo sic, quod illud praeceptum 'Diliges Dominum Deum tuum' etc. non est simpliciter de lege naturae in quantum est affirmativum, sed in quantum est negativum, prohibens oppositum: simpliciter enim est de lege naturae 'non odire', – sed an 'aliquando amare', dubitatum est prius in tertio articulo[38]. Nunc autem ex illa negativa[39] non sequitur quod volendum sit proximo diligere Deum, sed sequeretur ex illo praecepto affirmativo, de quo non est certum quod sit de lege naturae stricte loquendo[40].

APSZBNYQ(μυ)

240 amor ordinatus] a. etiam (*add.* cuius P) o. PY etiam o. a. B a. inordinatus N *om.* Q | esse *om.* S | quia] quod B 241 communis boni] b. c. Q | ut] non N | boni² = A | appropriandi] propriandi B⁺ appropriato (!) Q | sibi] igitur P 241-242 ordinatus Y 242 etiam] autem A *om.* B± | nolentis] volentis BNY | dilectum condiligi] c. (*spat. vac.* S) d. SZ 242-243 inordinatus et *om.* BNYQ 243 imperfectus] perfectus P⁺S⁺ | sequitur *rep. post* amandus (244) BNY | quod *om.* BNQ | perfecte] per se Y 244 est *ante* perfecte (243) Q | Deum *in corr.* Q¹ | velle proximum] p. v. APSZ 245 Deum *om.* Y | Sed — proximo] Et hoc volendo Q 246 modo] non B | solummodo] solum Q solo (!) Y | diligetur Z | ex] a Z 247 in = A | glossa = AB | etc. *om.* Q 249 istud] illud N hoc Q | responderi] *post* tripliciter Q *comp.* S 250 Uno] Primo Q | sic *om.* BNYQ 251 etc. *om.* Z | simpliciter] *ante* est Y *om.* B 252 est *om.* Q 252-253 simpliciter — odire] non o. enim est s. de lege naturae Q 253 an] non Z⁺ *om.* N 254 dubitatum est] e. d. Y | prius] supra BQ | articulo] praecepto NYQ *praem.* praecepto B | illa] ista N 255 proximum P 256 sed] licet BYQ | illo — quo] affirmativa illa, de qua Q

F 247 LOMBARDUS, *In epist. ad Rom.* 13, 7-10 (PL 191, 1508): «Haec enim est regula dilectionis divinitus constituta, ut diligas proximum propter Deum... Nemo ergo diligit proximum nisi diligat Deum. Quantum ergo potest, proximo impendat, quem diligit sicut se ipsum, ut et ille diligat Deum».

T [37] Cf. supra d. 28 n. 10-11. [38] Cf. supra n. 23. [39] scil. 'non odire'. [40] Cf. supra n. 22.



Secundo modo responderi potest quod ex illo praecepto 'Diliges Dominum Deum tuum' non sequitur quod debeam velle proximum diligere Deum. 33

Et cum probatur quod zelus non potest esse ordinatus nec perfectus amor[41], respondeo: non debeo velle bonum commune esse bonum alterius et ita non amari ab alio; sed non oportet me velle illud bonum esse alterius, puta quia non placet illi bono esse alterius, quemadmodum Deus – praedestinans unum et non alium – vult esse bonum[42] unius praedestinati, et non alterius. 34

Et per idem patet ad illud quod 'perfecte diligens vult dilectum condiligi'[43]: potest dici quod hoc est verum ab omni eo cuius amicitia placet dilecto; non est autem certum ex lege naturae de quocumque quod eius dilectio acceptetur a Deo dilecto vel diligendo. 35

[11] Tertio modo potest responderi quod licet sit stricte de lege naturae proximum esse diligendum, sicut prius expositum est, hoc est 'simpliciter volendum est proximo ipsum diligere Deum, quia hoc est diligere proximum'[44], non tamen ex hoc sequitur praecepta secundae tabulae[45] (puta quod 'nolendum sit eum[46] occidere quantum ad bonum personae eius', et quod 'nolendum sit adulterari 36

APSZBNYQ(μυ)

258 Secundo] Tertio N | modo responderi potest] p. r. Q | quod *om.* Z | praecepto] *add.* de S 259 tuum] te (!) P *add.* etc. ZBNY | debeo Z 261 quod] quia A 261-262 ordinatus — amor] perfectus et o. a. (a. *ante* p. Q) ZQ 261 nec] nisi P 262 debet B | velle] nolle SNY | commune] *add.* non P¹ 262-263 esse bonum] *om.* Y *add.* proprium ZB 263 bonum alterius] alicuius tantum Q | non¹ *om.* NY | ab alio] *ante* non¹ B *ante* amari Y ab eo PS 263-264 illud bonum] b. i. B 264 quia] *add.* si N 264-265 illi — quemadmodum] illi (mihi Q) illud bonum esse eius sicut Qμυ 264 alterius = A eius (*ante* esse² S⁺) *rell.* 265 praedestinans] quando praedestinat Y | alium] alterum Q quantum N 265-266 esse bonum] b. e. BNYQ 266 unius = A 267 patet = A | ad illud *om.* S | quod *om.* B 268 condiligi] diligi A | eo] *add.* scilicet Q 269 non — certum] n. autem (n. a. *om.* B±) c. est (e. c. Q) BNYQ 270 quod] quia B | acceptatur B | a *om.* N⁺ | a Deo *om.* P | vel diligendo *om.* Q 271 responderi] dici Q 271-272 sit stricte de lege naturae = A sit de l. n. str. Qμυ str. sit de l. n. *rell.* 272 diligendum] dilecto B⁺ | hoc est] id est PSZQ hoc Y 273 est] esse (*ante* volendum Q) SZQ sit P 274 non *post* hoc Q | sequitur] *ante* ex B consequitur Z sequuntur ZYQ | praecepta] praeceptum Z *praem.* quod B 275 quod] si P | nolendum] volendum Q⁺ 275-276 eum — sit *om.* Y 275 eum] ipsum BNQ 275-276 quantum ad] quoad Q 276 eius] propriae Q 276-277 eius — personae *om.* N 276 et] vel Q *om.* B | sit] *add.* eum Z

T [41] Cf. supra n. 31. [42] id est: vult bonum esse. [43] Cf. supra n. 31 (in fine). [44] Cf. ibid. [45] supple: esse de lege naturae. [46] scil. proximum.

quantum ad bonum personae coniunctae sibi', et quod 'nolendum sit furari quantum ad bonum fortunae quo ille utitur', quod 'parentibus sit exhibenda reverentia tam in honoribus quam in subsidiis et sustentationibus', et ita de aliis praeceptis secundae tabulae), nam possibile est me velle proximum diligere Deum et tamen nolle vel non velle ipsi vitam corporalem vel fidem coniugii sibi servari, et sic de aliis. Et per consequens possent ista duo simul stare, quod hoc esset quoddam verum necessarium – conclusum ex principiis practicis – quod 'volendum est a me proximum diligere Deum in se sicut ego debeo me velle diligere Deum', et tamen non sit istud verum necessarium 'volendum est proximo hoc bonum vel illud, cuiusmodi est expressum per praeceptum secundae tabulae'.

37 Et tunc ad auctoritates Pauli et Christi[47] posset dici quod nunc [12] de facto Deus explicavit dilectionem proximi ultra ipsum quod illud includit ut sequitur ex principiis legis naturae, ita quod, licet – ut concluditur ex principiis legis naturae – non contineat nisi 'velle diligere proximum in se', tamen (ut explicatum est[48]) includit 'volendum esse proximo bona illa', vel saltem 'non volendum esse proximo mala opposita' (puta non volendum esse sibi iniuste vitam corporalem, fidem coniugii, bona temporalia et cetera huiusmodi).

APSZBNYQ(μυ)

277 quantum ad] quoad Q *add.* non A | coniunctae sibi] suae Y | et] vel Q aut NY *om.* B | nolendum] notandum (!) S 278 quantum ad] quoad Q | ille utitur] u. i. A iste u. B 278-279 parentibus sit exhibenda] e. s. p. BNYQ 279 in¹ *om.* N⁺ | subsidiis et *om.* BNYQ 280 nam] quia Q 281 nolle vel *om.* Z 281-282 vel non velle *om.* N 282 ipsi] sibi BNYQ | fidem — servari] servare f. coniugi Q | coniugi NY | sibi = A | servari] conservari B 283 possunt ZQ | isti B | duo *om.* Y 283-285 simul — se] stare simul, scilicet quod me velle proximum diligere debet Q 283 quod] *post* hoc N et P 284 esset] est Y | quiddam P | verum *om.* Z 285-286 in — Deum *om.* Y 285 sicut] *add.* enim N 286 me velle *om.* NQ | et — istud] sit quoddam Q | istud *om.* B 287 necessarium *om.* N | volendo P | volendum est proximo] conclusum ex principiis practicis et me velle p. Q | est *om.* Y | proximis A 287-288 cuiusmodi] cuius Q 288 expressum per praeceptum] e. (expressivum Q) pr. NYQ pr. e. B | tabulae] *add.* non sit verum necessarium Q 289 auctoritatem BN | Pauli et Christi] Ch. et P. Z | potest Q 290 Deus] *ante* nunc (289) Q *om.* S | explicavit] exemplicavit (!) N explicat B | ipsum] illud BNYQ | illud] ipsum] BNY *om.* Q 291 ut¹] in quantum Q nec B | ita *om.* Y 291-292 ita — naturae *om.* S 292 includitur Y | naturae *om.* N | non contineat] contingat Y 292-293 diligere proximum] proximo ipsum diligere Deum Q 293 in se *om.* N | explicatum est] explicatur Z explicant S 293-294 volendum esse] e. v. Q 294 esse] *ante* volendum Q *om.* Z 294-295 proximo *post* opposita (295) N 295 puta *om.* Z | puta — iniuste] ut i. auferre sibi Q | esse *om.* Z | sibi iniuste] i. s. NY 296 coniugi Q | tempora S | huiusmodi = A

T [47] Cf. supra n. 30. [48] Cf. supra n. 36.



Verum est ergo quod Legem implevit qui diligit proximum[49], eo 38 modo quo Lex explicata est debere servari[50], licet non eo modo quo dilectio proximi concluditur ex principiis primis legis naturae[51].

Et a simili, tota Lex – quantum ad secundam tabulam – et 39 prophetae pendent ex isto praecepto 'Diliges proximum tuum sicut te ipsum', intelligendo illud praeceptum non tamen ut sequitur ex primo principio practico legis naturae, sed ut intendit legislator illud praeceptum debere servari (prout explicatur[52]) in praeceptis secundae tabulae.

[II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA UTRIUSQUE PARTIS]

[13] Ad argumenta principalia. 40

Primum[53] est pro me, quia probat quod praeceptum secundae tabulae non est de lege naturae stricte loquendo.

Ad secundum[54] dico quod etsi 'Deum esse' posset concludi ratio- 41 ne naturali ex principiis per se notis, tamen populo illi rudi et inexercitato in intellectualibus non erat hoc notum nisi ex Lege data. Unde dicit Apostolus ad Hebr. 11: *Oportet accedentem ad Deum credere*, quod est intelligere, si non habeat nec habere possit aliam notitiam de Deo. Et ita si aliqua concupiscentia posset concludi esse contra legem naturae, tamen hominibus corruptis non erat notum

APSZBNYQ(μυ)

297 est ergo] ergo est Y | qui diligit proximum] q. p. dilexit Z diligens p. *ante* Legem Q 298 modo = AY m. scilicet *rell.* μυ | quo] quod Y | est debere] debet P | servari] salvari B 299 primis] *post* naturae Q 300 et *om.* Y 301 isto] illo Z hoc BYQ | Diliges] Dilige P *add.* etc. Z | tuum *om.* Z 302 illud] tale Q | tamen] tantum B *om.* Q 303 primo principio] prin. primo N 303-304 intendit — debere] legislator i. d. illud Q 308 praecepta ZQ 309 est] sunt ZQ 310 etsi] et sic P si BY | possit Y 310-311 ratione naturali *om.* P 311 populo illi] i. p. (p. *in corr.* Q¹) Q 312 inexercitato] inexercitando B⁺ non exercitato BNYQ in exercitando vel i. A | in] et B *om.* S | intelligibilibus B | erat] esset A | hoc *om.* Z 312-313 data *om.* BNYQ 313 dicit Apostolus *om.* Q | ad *om.* BN | Hebr.] Eph. Y | accedentem] *ante* Oportet P attendentem N 314 quod] quia SN | intelligere, si] *spat. vac.* Y | nec] ut P | habere possit] p. (posset N) h. PBNY | aliam] aliquam Y 315 Deo] eo B | Et ita si = A nisi Y Ita etsi *rell.* μυ | aliqua] alia Y | possit ZNYQ | esse *om.* Y 316 naturae] non Y | tamen] *post* hominibus Q *add.* quia N | hominibus corruptis] c. h. Y

F *313* Hebr. 11, 6.

T [49] Cf. supra n. 30. [50] Cf. supra n. 32-36. [51] Cf. supra n. 36 (in fine). [52] Cf. supra n. 37. [53] Cf. supra n. 2. [54] Cf. supra n. 5.

illam concupiscentiam esse contra legem naturae; ideo necessarium fuit explicare per Legem datam; vel aliter, concupiscentiae prohibentur per praecepta secundae tabulae, – et de illis concessum est quod non erant per se nota[55].

42 Ad aliud[56] dico quod in omni statu servabantur et servari debent ista praecepta. In beatitudine quidem summe erit observatio praeceptorum affirmativorum et negativorum, nisi forte illius solius 'honora parentes', non quin erit tunc voluntas honorandi, sed tunc non erit necessitas impendendi actum, saltem prout honor ille extenditur ad sustentationem necessariorum, quia nullus ibi indigebit auxilio. In statu etiam innocentiae tenebantur omnes ad ista praecepta, quae erant praescripta interius in corde cuiuslibet, – vel forte per aliquam doctrinam exteriorem datam a Deo descenderunt a patribus ad filios, licet non essent tunc scripta in libro, nec oportuit quia potuerunt faciliter memorialiter retineri, et populus illius temporis erat maioris vitae et dispositionis melioris in naturalibus quam populus temporis posterioris, quo tempore infirmitas populi requirebat Legem dari et scribi. [14]

43 Quod tamen tangebatur in primo argumento, de filiis Israel spoliantibus Aegyptios[57], potest dici quod ibi non dispensavit Deus contra Legem illam vel praeceptum illud 'non facies furtum', quia ipsi non rapuerunt alienam rem simpliciter: tum quia Deus erat superior dominus et potuit transferre dominium in eos, etiam invitis dominis inferioribus (et hoc modo non peccavit Christus, licentians daemones intrare in porcos, qui statim praecipitati sunt in mare: non enim iniuste privavit illum dominum porcis suis); tum quia filii Israel, serviendo Aegyptiis, tanta meruerunt recipere pro mercede (licet Aegyptii, tamquam iniusti, noluerunt ea reddere, tamen per iudicem superiorem potuerunt compelli), et quia acceperunt ea quae fuerant eorum per licentiam iudicis superioris, licite et iuste acceperunt. [15]

APSZBNYQ(μυ)

317 illam concupiscentiam] istam c. BY *om.* Q 318 fuit *om.* $B^2$ | datam *om.* Y 318-319 prohibent Y 319 per *om.* Y | illis] illa Z 320 erant = A sunt *rell.* μυ 321 dico *om.* B | servabuntur PNYQ | debent] debebant $P^2$Z 322 summe erit] s. est P e. summa Q 322-323 praeceptorum = A istorum Q illorum μυ et p. PSZ et istorum p. BNY 323-324 honora] *comp.* $S^2$ | honora parentes] de honoratione parentum Q 324 quin] quia Z | non — tunc$^1$] numquid t. exit P | erit tunc] t. e. ZBN t. et S exsistat Y ibi sit Q | honorandi] odiendi Z | tunc$^2$] quia Q 325 erit] est PB | impediendi P | actum] *add.* huiusmodi Q | prout ut Y | ille] illius A *om.* Y 325-326 extenditur] extensus dicitur S 326 necessariam BNYQ | nullus ibi] i. n. N illius n. B n. Y 327 auxilio] annexo (!) S | etiam] *rep. ante* statu $Y^+$ *om.* Q | innocentiae] *add.* et ante Legem scriptam Q 327-328 praecepta *om.* Q 328 praescripta = A scripta (*post* interius BNY) *rell.* μυ | cuiuslibet *om.* NYQ | vel] *add.* saltem NY 329 aliquam doctrinam] d. a. N | descenderunt] descendentem Y discebant Q 329-330 a patribus] parentes Q 330-331 ad — et] quam derivabant in filios, non oportuit ea scribi in libro, quia potuerunt ita faciliter memoriae commendare et retinere, quia Q 330 scripta] s. sumpta P 331 potuerunt] poterant N *praem.* tunc B *add.* tunc Z | retineri] intueri S 332 erat — et] fuisset et fuit Q | dispositionis melioris = AP m. d. *rell.* μυ 333 temporis posterioris] p. t. Q 333-334 requirebat] rogabat AS 335 Quod tamen] Tamen quia BNY Unde quod Q | tangebat B | argumento] articulo AZN 336 ibi] sibi vel secum A | Deus *om.* BNYQ

T [55] Cf supra n. 36. [56] Cf. supra n. 6. [57] Cf. supra n. 4.



Ad illud in oppositum, de *Canone*[58]: debet intelligi de lege naturae large loquendo, et hoc de praeceptis secundae tabulae. 44

APSZBNYQ(μυ)

337 Legem illam vel *om.* BNYQ | illud] *ante* praeceptum NY *om.* Q | non facies furtum] de furto Q | ipsi] illi ZBN 338 rapuerunt] receperunt BNY recipiunt S acceperunt Q | alienam rem simpliciter = AP alienum s. SZN aliena s. BY s. alienum Qμυ | eras (!) P 338-339 superior *in corr.* $B^1$ 339 dominus] Deus Z | transferre] ministrare $Z^+$ *add.* illud BNY | dominium] *comp.* $B^+$ *add.* illarum rerum Q | in eos, etiam *om.* PS 339-340 dominis inferioribus] i. d. Q 341 daemones — porcos] in p. intrare d. Q 341 intrare] ire Z *spat. vac.* S | praecipitati] praecipienti (!) S | mari AZ 342 illum dominum] illos YQ eos BN | porcis] *not.* Alius liber: 'picis', et male $A^1$ | tum] *add.* etiam Q 343 tanta meruerunt] m. t. PBNYQ | pro mercede *om.* NYQ 344 licet] *praem.* et ZBNY 344-347 tamquam — acceperunt] nollent ea reddere, et tunc per superiorem iudicem potuerunt compelli, de cuius licentia filii Israel potuerunt iuste et licite accipere Q 344 tamquam iniusti *post* reddere BNY | nollent PNY | ea] enim N | tamen *post* iudicem (345) B 345 et *om.* BNY 346 fuerunt BNY | iudicis superioris] superiorem BNY 346-347 licite et iuste acceperunt] i. et l. a. (a.] receperunt Y) SZNY i. a. et l. B

F *340* Marc. 5, 12-13.

T [58] Cf. supra n. 7.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA OCTAVA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM OMNE MENDACIUM SIT PECCATUM]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam octavam quaero[a] utrum omne mendacium sit peccatum[1]. 1

Quod non: 2

Gen. 22: *Ego et puer, illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos*; sed ipse intendebat occidere puerum, quia erat ei praeceptum (ibidem): ergo intendebat puerum non esse secum reversurum, igitur dixit oppositum eius quod habuit in mente; ergo mentiebatur. Nec est verisimile tunc eum peccasse quando fuit in exercendo exsecutionem illius obedientiae, scilicet pro qua tantum a Deo commendatur.

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Sciendum tamen est »[1+]. Circa istam distinctionem trigesimam octavam, in qua Magister agit de quibusdam peccatis pertinentibus ad explanationem quinti praecepti, puta de mendacio et periurio, quae in illo praecepto prohibentur[2+], quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

4 *adnot.* Distinctio 38 $A^1$ *et alii* 4 et $1^*$-$4^*$: Circa — quaero (4) = APSZBNY Sciendum ($1^*$) — quaeritur ($4^*$) Qμυ 4 trigesimam octavam] 18 SN | omne *om.* B 6 Quod non *om.* A 7 22] 32 Y | illuc usque] *spat. vac.* Y | usque *om.* PZBN | adoraverimus] adoravimus YQ ordinaverimus S 8 revertemus $B^+$ | intendebat] *ante* ipse A intelligebat N | ei *om.* N 9 ibidem] *ante* praeceptum Z *om.* NYQ | ergo *om.* $B^+$ | intendebat] intelligebat (*post* non Y) NY | puerum ... secum] p. s. *post* reversurum (10) B | esse *om.* NYQ | secum *post* reversurum (10) YQ 10 oppositum *om.* $B^{\pm}$ | eius *om.* N | ergo *rep. post* mentiebatur (11) $Z^+$ 11 est verisimile] v. e. Y | tunc eum peccasse] e. t. p. BNY quod t. peccaverit Q 11-12 fuit — obedientiae] f. in exsequendo obedientiam Z exsequebatur obedientiam Q 12 illius obedientiae] istius o. N i. vel o. B | scilicet *om.* PZNYQ 12-13 tantum — commendatur] commendabatur a Deo t. B 13 commendabatur Z

F *7* Gen. 22, 5. *9* Gen. 22, 2: «Tolle filium tuum... Isaac, et vade in terram visionis atque ibi offeres eum in holocaustum». *13* Gen. 22, 18; 26, 5.

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 38 q. un.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 38 c. 1 n. 1 (SB V 213). [2+] Agitur, uti patet, de quinto praecepto secundae tabulae, seu de octavo continuatim enumerando; separatim nempe seu tria et septem praecepta enumerat HUGO DE S. VICTORE, *Summa sent.* tr. 4 c. 3-6 (PL 176, 121-125), quem secutus est LOMBARDUS, *Sent.* III d. 37 et d. 40 c. 1 n. 1 (SB V 206-212. 228).

3 Praeterea, hoc idem probatur per multa exempla alia:

Ut patet Gen. 27 de Iacob, qui dixit se esse primogenitum Esau, – quod scivit esse falsum.

4 Item, Gen. 42 et 44 dixit Ioseph fratribus suis: *Per salutem Pharaonis, exploratores estis*, et tamen scivit oppositum esse verum; item, idem etiam, terrens fratres suos de scypho illo invento in sacco Beniamin, dixit se augurari in scypho illo, cum non esset augurator, quia non licuit augurari illis qui servaverunt legem Dei[2].

5 Praeterea, *Rahab* mentiebatur de exploratoribus illis (in Ios.), et *Iudith* similiter; et *Rachel*, sternens sibi stramenta cameli super deos patris sui, dicens quod secundum consuetudinem mulierum sibi accidebat; *obstetrices* etiam mentiebantur, dicentes de mulieribus hebraeis quod habuerunt artem obstetricandi. Nec videntur nec di-

---

APSZBNYQ(μυ)

14 idem *om.* BNYQ | exempla alia] a. e. BNY 15 Ut patet *om.* BNYQ | 27] 37 Z *om.* BNY | de *om.* BNYQ | Iacob, qui dixit] Iac. d. BNY d. Iac. Q | esse] fuisse Z | primogenitum Esau] E. p. Isaac Z p. Isaac vel E. (v. E. *om.* $B^1$) B Isaac scil. (sc.] non Y) E. NY 16 quod] *add.* tamen Q 17 Item] Praeterea BNYQ | 42] 41 N 24 $S^+$ | et 44 *om.* B | suis] *add.* et (et *om.* $Z^1$) quod Z | salutem *in ras.* $P^2$ 18 exploratores estis] explanatores e. S spoliatores essent Z | sciebat Q | item *om.* PSZQ 19 idem etiam] *spat. vac.* Y *om.* B | terrens] *post* suos PZ *om.* SY | illo *om.* ZQ 19-20 invento — illo *om.* N 20 dixit] dicens AY dono S | scypho] sacco PS 21 illis — Dei *rep. post* Ios. (22) $N^+$(¶ *sign.* Vacat) | illis] iis PZB | illis qui servaverunt] i. q. servant S habentibus Q | legem *rep. in textu rep.* N 22 Rahab] *spat. vac.* Y | mentiebatur] *add.* Ex 5 $ZB^2$ *add.* etiam N | de] *add.* Ios. 5 S | illis] *ante* exploratoribus Q *om.* Z | in *om.* PZQ | Ios.] Ex. (*add.* 5 P) PS *add.* 2 Q | et] *om.* B *add.* in N 23 Iudith *om.* $B^1$ | similiter] *add.* Isaac $B^+$ | et *om.* BY | sternens] sedens Z secundum $P^+$ | sibi] ibi B | sibi — cameli] *om.* Z *add.* sedens B 24 patris sui] patriae, scilicet Z | dicens] dixit Z | quod *om.* Q 24-25 sibi accidebat] acciderat s. Z s. accidere *ante* secundum (24) Q 25 etiam] vel S similiter in Ex. Z | dicentes *om.* ZQ *add.* Ex. 1 PS 25-26 de — obstetricandi] ne perirent pueri Hebraeorum Z 26-27 videntur — hoc] propter h. videtur eas Z | videntur nec dicuntur = A d. BY v. *rell.* μυ

F *15* Gen. 27, 32: «Ego sum filius tuus primogenitus Esau». *17* Gen. 42, 16; 44, 5. 15: «Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet... An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia?». *22* De Rahab meretrice, quae licet Deum Israel Dominum caeli et terrae agnovisset, ut tamen salvaret duos exploratores Israel, viris a rege urbis Iericho missis mentita est, sermo est in Ios. 2, 2-21. – De Iudith, quae Assyriorum exploratoribus et principi Holoferni mentita est, narratur in libro Iudith 10, 11-13 et 11, 4-17. – De Rachele, quae idola patris sui Laban, furto ablata, subter stramenta cameli abscondit ne a patre quaerente detegerentur, narratur in Gen. 31, 19. 31-35. – De obstetricibus Hebraeorum, coram rege Aegypti mentientibus, fit sermo in Ex. 1, 15-21.

T [2] Cf. Lev. 19, 26: «Non augurabimini nec observabitis somnia».



cuntur in hoc peccasse, quia *bene fecit eisdem Deus, et aedificavit eis domos*, qui non tribuit bona pro malis. Igitur etc.

Praeterea, non maius peccatum est simulatio in verbis quam simulatio in factis, quia sicut facta sunt signa evidentiora quam verba, ita si est falsitas utrobique, vituperabilior esse videtur falsitas in facto quam in verbo, quia magis praetendit aliud quam sit in anima falsitas facti quam falsitas verbi. Sed mendacium sive simulatio in facto non ponitur semper esse peccatum, sicut patet in facto illo *David* (Reg. I), qui coram rege Achis simulabat se esse furiosum, et tamen non erat; et *Iehu* etiam (IV Reg.) simulabat se colere Baal, cum tamen cultores illius voluit destruere; nec ille in simulatione illa vituperatur, sed magis laudatur, quia videbatur habere zelum Dei contra Baal. 6

---

APSZBNYQ(μυ)

27 in hoc] *post* peccasse B | bene — et] Deus Z | eisdem] eis BNYQ | Deus *ante* bene B 27-28 domos] *add.* etc. Z 28 qui] et tamen Z *om.* PSQ | non *om.* $A^1$ | tribuit = A retribuit (*add.* autem Qμυ) *rell.* μυ | malis] *add.* Ex. 1 $Q^2$ | etc.] *om.* PSZ *add.* Iudith similiter mentiebatur Holoferni, et tamen illa commendatur $B^2$ 29 maius] magis B | est] *ante* maius Q *om.* Y | simulatio] *spat. vac.* Y simile S 29-30 simulatio] simile S *om.* BNYQ 30 quia] immo Q et S | sicut *om.* $SZB^1$ | sunt] sed $B^+$ | signa evidentiora] e. (evidentia $B^+$) s. BNYQ 31 si est] et Q | vituperabilior] viator P´ vituperatior $P^1$ | esse] *post* videtur ZNQ *om.* BY | in facto = A facti NYQμυ in factis *rell.* 32 quam in verbo = A q. (*add.* falsitas Z) in verbis PSZB | quia] quod N cum $PS^1ZB$ ut S´ | magis] *add.* et $S^+$ | praetendit] videatur p. (p.] praecedere S) PSZ | aliud quam sit = A a. PZ illud quod est *rell.* (*om.* S) μυ | anima] mente PSZ 32-33 falsitas facti] fal. in facto PSZB *om.* NYQ 33 quam — facto *om.* Z | verbi] in verbo PSB *add.* praetendat NY | in *om.* $S^+$ 34 ponitur semper] s. p. Y | illo] illud S 35 Reg.] respondetur S | I] *om.* PSZQ´ I cap. 21 $Q^2$ | rege *om.* SNYQ | Achis] *spat. vac.* Y | esse] fuisse Z | et] cum SZ 36 erat] fuit Z | et = A | Iehu etiam] *spat. vac.* Y | IV *om.* Q | Reg.] respondetur S. *om.* Y *add.* 10 cap. $B^2$ 36-37 cum — illius] cuius tamen (t. *om.* BY) cultores BNYQ 37 nec] et Z | ille = A | in *om.* S | simulatione illa = A i. s. *rell.* μυ 37-38 vituperatur, sed magis *om.* Z 38 quia — habere] propter Z | quia videbatur *om.* $B^*$ 39 Baal] *adnot.* IV Reg. cap. 14 $Q^2$

F *27* Ex. 1, 20-21: «Bene ergo fecit Deus obstetricibus [Hebraeorum]... Et quia timuerunt obstetrices Deum, aedificavit eis domos»; Ios. 6, 25: «Rahab vero meretricem et domum patris eius et omnia quae habebat, fecit Iosue vivere, et habitaverunt in medio Israel»; Matth. 7, 11: «Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester... dabit bona petentibus se». *35-37* De David, qui coram Achis rege Geth, ne agnosceretur, furiosum se simulavit, sermo est in I Reg. 21, 10-15. – De Iehu, qui ut sacerdotes et prophetas Baal congregaret et interficeret, sacrificium insidiose peragere simulavit, narratur in IV Reg. 10, 18-28. *38* IV Reg. 10, 30: «Dixit autem Dominus ad Iehu: 'Quia studiose egisti quod rectum erat et placebat in oculis meis et omnia quae erant in corde meo fecisti...'».

7 Ad oppositum est Augustinus frequenter in libro eius *De mendacio*, et adducuntur auctoritates eius in littera. [2]

8 Praeterea, quod omne mendacium sit mortale peccatum, probatio: Quia est contra illud praeceptum et legem naturae: «Non facias alii quod tibi non vis fieri»: nullus enim vult se decipi a proximo, quando proximus debet sibi exprimere conceptum suum; ergo nec alteri debet aliter facere.

9 Praeterea, quidquid est contra aliquam virtutem vel contra actum alicuius necessariae virtutis, est peccatum mortale; mendacium est huiusmodi, quia est contra veracitatem, quae est virtus contenta sub iustitia[3]: verax enim communicat proximo quod est communicandum, scilicet conceptum cordis sui sicut est, – mentiens autem non communicat sed subtrahit illud quod in loquendo deberet communicare, quia ad hoc loquitur ut conceptum suum exprimat, et mentiendo non exprimit sed oppositum ponit.

10 Praeterea, mentiri est abuti voce: ad hoc enim, ut dicit Plato in

APSZBNYQ(μυ)

40 Ad oppositum est] Op. (*add.* dicit B[2]) BNY Contra e. Q | frequenter *om.* Q | in *om.* Z | eius] suo Z *om.* BNYQ 41 et *om.* Y 42 mortale peccatum = A p. m. *rell.* μυ | probo Q 43 Quia] Quod B | illud praeceptum] p. i. P | et legem naturae *om.* NYQ 43-44 facies ZNQ 44 non] nisi *ante* quod A | enim] autem Q 45 debet] intendit (*post* sibi B) BN 46 alteri debet aliter] alter d. alteri BNY 47 virtutem] veritatem B 47-48 vel — virtutis] necessariam vel eius actum Q 48 alicuius *rep.* B | necessariae virtutis] v. n. ZBNY 49 veracitatem] veritatem PSZB veritatem vel v. A | quae] quem S[+] | virtus] veritas Y 50 enim] vero BY 51 scilicet] secundum A | mentiens] mendax Q 52 communicat *om.* Q | quod *post* loquendo Z 53 quia *om.* S | loquitur] sequitur quis Z | et] in BY 53-54 et — exprimit *om.* N 54 mentiendo] illud Q | ponit = AY poterit B 55-56 ad — impositae] quia voces ad hoc inventae sunt, secundum Platonem in Ethimeo (!) Q 55 enim] *post* dicit B *om.* Y | ut *om.* BNY | in] ut (!) S

F *40-41* AUGUST., *De mendacio* c. 5 n. 6. 8-9 (CSEL 41, 420-421. 422-425; PL 40, 491-492. 492-494); c. 14 n. 25 (p. 444-445; col. 505); c. 17 n. 34 (p. 452-454; col. 510-511); c. 18 n. 37 (p. 456-457; col. 512); alias Augustini auctoritates ex aliis libris affert LOMBARDUS, *Sent.* III d. 38 passim (SB V 213-218). *43* Matth. 7, 12: «Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis: haec est enim Lex et prophetae»; Tob. 4, 16: «Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias». Tale praeceptum, sub hac forma negativa, primum inter christianos tradit *Didaché* [seu *Doctrina duodecim Apostolorum*] c. 1 n. 1 (graece et latine ed. FUNK X., *Patres apostolici* I, Tubingae 1901, 3), quod in antiquissima latina versione sic sonat: «Omnia... quaecumque non vis tibi fieri, nec tu alteri facias». *55* PLATO, *Timaeus* (*Opera* II 216*b*).

T [3] Cf. GUIL. DE ALVERNIA, *De virtutibus* [c. 12] (*Opera* I, f. 53*rb*): «Quinta [pars iustitiae est] veracitas, hoc in dictis et promissis. Haec est contra mendacia, periuria, – contra promissa (ut pacta) non servata».



*Timaeo*, sunt voces institutae et impositae, ut praesto fiant voluntatis indicia; isti[4] autem non utuntur vocibus tamquam indiciis voluntatis, sed oppositi; ergo etc.[5].

Praeterea, hoc videntur dicere auctoritates quaedam Augustini in libris praedictis, quae adducuntur in littera (quaere). 11

[I. – AD QUAESTIONEM

A. – MENDACIUM EST PECCATUM]

[3] In ista quaestione haec conclusio, scilicet quod mendacium sit peccatum, tenetur communiter ab omnibus. 12

Quod persuadetur in illa ratione Augustini in libro *Contra mendacium*: 'Stultum est credere illi cui licet mentiri'; sed multis credendum est, alioquin tollitur convictus humanus et conceptuum et[6] 13

APSZBNYQ(μυ)

56 Timaeo] *add.* quod BNY | sunt voces institutae et impositae] v. imp. et in. (imp. et in.] inventae Y in potestate N) s. ad hoc BNY | fiat SN | voluntatis] voluntates P *add.* mutuae Y 57 indicia] indicio PZ | isti] mentientes Q | voluntate S 58 sed oppositi] oppositis Y ergo etc. *om.* Q 59 quaedam *om.* B 60 libris praedictis] l. dictis N libro praedicto Q | quaere] *om.* Q *add.* ibi B 63 haec = A 63-64 conclusio — peccatum] quod p. est ipsum mendacium *post* omnibus (64) Q 63 scilicet = APZ sic S | quod *ante* scilicet P 65 Quod] Et B | in[1] = APS | illa] ista BNY *om.* Q | in libro *om.* SZ 66 licet *rep. ante* cui N[+] | sed] *add.* de AS 66-67 credendum est] e. c. BQ 67 tollitur] creditur B[+] | convictus] conceptus vel c. A | humanus *rep.* B | et[1]] *om.* N *add.* manifestatio Q 67-68 conceptuum et affectionum] a. et c. B

F *59-60* Has Augustini auctoritates affert LOMBARDUS, *Sent.* III d. 38 c. 2 n. 1 (SB V 214); c. 5 n. 3 (p. 217). *64* Hoc dicunt communiter auctores, ex. gr.: BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 2 in corp. (III 843*a*): «Absque dubio, omne mendacium est peccatum; et adeo est ipsi mendacio essentiale esse peccatum, ut nullo pacto, nullo fine, nulla dispensatione – nec humana nec divina – possit fieri bene... Et in hoc communiter concordant doctores»; GUIL. ALTISSIODORENSIS, *Summa* III tr. 45 c. 2 (SB XVIIIB 852): «Concedimus cum beato Augustino quod omne mendacium est peccatum»; ibid. (p. 855): «Dicimus ergo quod omne mendacium, quod vere est mendacium, est peccatum»; THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 110 a. 3 in corp. (IX 425*a*): «Unde omne mendacium est peccatum»; PETRUS DE TARANTASIA [INNOCENTIUS V], *Sent.* III d. 38 q. un. a. 4 in corp. (III 314*b*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 38 q. 2 in corp. (III f. 147*rb*); HENRICUS GAND., *Quodl.* III q. 25 in corp. (f. 83H); aliique. *65* Rectius AUGUST., *De mendacio* c. 8 n. 11 (CSEL 41, 429-430; PL 40, 496-497): «Quomodo credendum est ei qui putat aliquando esse mentiendum?... Quamobrem aut non est credendum bonis, aut credendum est eis quos credimus debere aliquando mentiri, aut non est credendum bonos aliquando mentiri: horum trium primum perniciosum est, secundum stultum [est]; restat ergo ut numquam mentiantur boni».

T [4] scil. mentientes. [5] Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 38 princ. 1 q. 1 in corp. (III f. 147*rb*-147*va*). [6] «et ... et», nempe: sive ... sive.

affectionum mentis; igitur illis quibus credendum est, non licet mentiri.

14 Ratio autem – quare hoc est – ponitur diversa a diversis:

Quidam enim dicunt quod ideo necessario mendacium est peccatum, quia necessario avertit a Deo, qui est veritas, et mendacium est contra veritatem.

15 Sed contra hoc est quod mendacium non opponitur Veritati primae immediate, sed veritati alicuius rei de qua mentitur loquens; sicut igitur malitia, opposita alicui bono creato, non necessario avertit a primo Bono increato, ita nec falsitas – opposita cuilibet veritati (in particulari, primae Veritati) – avertit a prima Veritate[7].

16 Aliter dicitur quod actus dicitur bonus vel malus ex obiecto in [4]

APSZBNYQ(μυ)

68 credendum est] e. c. Q | non *om.* S 70 Ratio] Responsio S 71 Quidam] Quidem P | enim *om.* NYQ | mendacium] *ante* necessario NY *post* peccatum (72) B *om.* PSZ 72 necessario *om.* N | a Deo *om.* Z 74 Sed *om.* A | hoc est quod *om.* Qμυ | est *om.* B | quod = A quia *rell.* 74-75 Veritati primae immediate] i. p. Ver. Q 75 mentitur loquens] l. m. Q 76 sicut igitur] i. s. P | malitia] *add.* quae N | opponitur BNY 76-77 non — increato *om.* P | necessario avertit] a. n. B 77 primo] *post* Bono B *om.* Q | opponitur Y | cuilibet = AP cuicumque *rell.* μυ | veritati] virtuti Q 78 in particulari] impertinenti (!) Q | primae Veritati *om.* A | prima] vera N 79 Aliter] Alter $A^{\div}$ | ex obiecto *post* moris (80) PBNYQ

F *71* GUIL. ALTISSIODORENSIS, *Summa* III tr. 45 c. 3 ad 3 (SB XVIIIB 863): «Primum mendacium [scil. quod est contra doctrinam religionis] non est solum contra fidem creatam, immo directius est contra veritatem quae Deus est... In aliis mendaciis... non solum dimittitur veritas ipsius enuntiati, sed veritas hominis, qua homo 'verus' debet esse, quae 'veritas' virtus est; et licet ipsa sit bonum creatum, tamen – ipsā spretā – spernitur Deus, quia virtutibus habetur Deus; unde, virtutibus amissis, amittitur Deus». *79* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 18 a. 2 in corp. (VI 128*ab*): «Actio habet speciem ex obiecto... Et ideo... prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto conveniente; unde et... vocatur 'bonum ex genere'...; ita primum malum in actionibus moralibus est quod est ex obiecto..., et dicitur 'malum ex genere' (genere pro specie accepto, eo modo quo dicimus 'humanum genus' totam humanam speciem)»; a. 3 in corp. (p. 129*b*): «Plenitudo bonitatis eius [scil. actionis] non tota consistit in sua specie, sed aliquid additur ex his quae adveniunt tamquam accidentia quaedam: et huiusmodi sunt circumstantiae debitae; unde si aliquid desit quod requiratur ad debitas circumstantias, erit actio mala»; II-II q. 110 a. 1 in corp. (IX 421*ab*): «Actus moralis ex duobus speciem sortitur: scilicet ex obiecto et ex fine. Nam finis est obiectum voluntatis, quae est primum movens in moralibus actibus; potentia autem a voluntate mota habet suum obiectum, quod est proximum obiectum voluntarii actus... Virtus veritatis, et per consequens opposita vitia, in manifestatione consistit, quae fit per aliqua signa... Obiectum autem proprium manifestationis sive enuntiationis est ve-

T [7] Tam opinionem (n. 9) quam eius improbationem (n. 10) iam praebuerat BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 2 in corp. (III 843*a*).



genere moris, et genus sumitur a potentiali, ipsum igitur est potentiale respectu differentiarum; primum autem per quod actus constituitur in genere moris, ut ulterius possit determinari per circumstantias aliquas quasi per differentias, est obiectum, nam ultra bonitatem naturae, quam habet actus ex quiditate sua, primum quod determinat ipsum ut sit quasi-potentialiter et materialiter morale, est obiectum. – Ad propositum dicitur quod actus malus ex genere numquam potest esse bonus, quia nulla circumstantia adveniens potest tollere illam malitiam quae habetur per se ex obiecto, quia omnis circumstantia alia praesupponit obiectum; mentiri autem est actus malus ex genere, quia transit super materiam disconvenientem actui, – nam materia conveniens actui loquendi debet esse 'verum' vel 'creditum', esse verum in mendacio est materia opposita.

[5] Contra istud: 17

Non magis est indebita vel illicita materia locutionis quando creduntur omnia esse falsa quam sit illicita materia occisionis 'homo innocens et utilis reipublicae'. Sed istis condicionibus stantibus ex parte materiae sic illicitae (puta hominis), potest fieri licitum occidere talem hominem, puta si Deus revocet illud praeceptum *Non occides*

APSZBNYQ(μυ)

80 moris] mortis $P^{+}$ | et] quia Q | potentiali] potentia Q | ipsum igitur est] e. ig. ipsi B et etiam e. Q | igitur] autem Y etiam N 81 per] propter Q 81-82 constituitur] *ante* actus (81) N constituuntur A constitutum S 82 terminari Z 83 aliquas] alias (*ante* circumstantias, 82 Q) NYQ | obiectum] oppositum S 84 sua *om.* S 85 sit] s (!) B | quasi- *om.* Q | morale *ante* potentialiter Q 86 Ad propositum] Ad oppositum SY *praem.* Tunc Q 87 nulla] nec Y 87-89 adveniens — circumstantia *om.* N 88 tollere] esse $B^{+}$ | illam malitiam] m. i. Q | quae — ex] quo habet pro se Y | per] ex $S^{+}$ | per se ex] ex p. se Q 89 omnes $Z^{+}$ | circumstantia alia] a. c. Q | autem *om.* Q 91 actui *om.* S | vera Y 92 vel — verum *om.* Y | credit N | in *om.* P | mendacio] mentiendo (*add.* autem Q) BYQ m. vel mentiendo PSZ 93 istud] illud Z hoc Q 94 indebita — materia] i. m. Z m. i. (i.] debita NY) BYQ 94-95 creduntur] creditur PZNY creditur vel c. A 95 omnia] omnino P | quam] quod S 95-96 homo innocens] quando occiditur i. N mors hominis innocentis Q 96 Sed] *add.* in $S^{+}$ | stantibus *ante* istis Q 97 sic illicitae *om.* BNYQ | licitum *om.* $S^{\pm}$ 98 talem hominem *rep. post* occidere (100) $B^{+}$ | revocet *post* praeceptum Y | illud *om.* NY

rum vel falsum... Sed tamen ratio mendacii sumitur a formali falsitate, ex hoc scilicet quod aliquis habet voluntatem falsum enuntiandi»; a. 3 in corp. (p. 425*a*): «Illud quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum et licitum, quia ad hoc quod aliquid sit bonum, requiritur quod omnia recte concurrant... Mendacium autem est malum ex genere. Est enim actus cadens super indebitam materiam: cum enim voces sint signa naturaliter intellectuum, innaturale est et indebitum quod aliquis voce significet id quod non habet in mente».

F *98* Ex. 20, 13.

(sicut dictum fuit in quaestione praecedente[8]), et non solum licitum, sed meritorium, puta si Deus praecipiat occidere, sicut *praecepit* Abraham de Isaac. Igitur a simili, vel per locum a minore[9], potest fieri licitum proferre orationem creditam esse falsam, si praeceptum revocetur quod videtur esse de 'non decipiendo proximum', quia non magis ligat praeceptum de 'non decipiendo' quam praeceptum de 'non occidendo': minus enim malum est auferre a proximo opinionem veram vel occasionaliter generare in eo opinionem falsam quam auferre ab eo vitam corporalem, immo quasi non est comparatio.

18 Confirmatur istud, quia si 'mentiri' habeat malitiam necessario ex hoc quod transit super talem materiam, ergo 'mentiri' non prohibetur per praeceptum secundae tabulae, quia in secunda non prohibentur nisi mala proximis; istud autem per te non tantum est malum quia nocet proximo, quia tunc (ut argutum est[10]) minus esset malum quam occidere, et ita possibile esset quod non haberet rationem mali hoc sicut illud, vel possibilius; esset ergo contra praeceptum primae tabulae. – Quod non videtur probabile, quia non avertit immediate a Deo, sicut nec actus oppositus habet immediate Deum pro obiecto, loquendo de aliquo vero indifferente.

19 Praeterea, si dicens hanc orationem 'ille currit', esset deceptus

APSZBNYQ(μυ)

99 fuit] est BNYQ | quaestione praecedente] p. q. B 100-101 sicut praecepit] s. praecipit PQ puta Y 101 Abrahae Q | vel per locum *om.* BNYQ | minore] maiore S[2]NQ 102 fieri] filium (!) P | esse falsam *om.* Y | si] sed Q 102-103 praeceptum *om.* B 103 esse] facere N[+] | de] Dei S 103-104 proximum — decipiendo *om.* NQ 104 quia] sed PY sed q. A | decipiendo] praecipiendo BY *add.* mentiendo Y *add.* proximum Z 105 praeceptum *om.* B 105-106 auferre a proximo] au. p. NYQ p. au. (au.] inferre P[+]) PZ 106-107 opinionem *om.* Y 107 ab eo] sibi BNYQ | quasi *om.* Q 108 est *om.* Q 109 istud] illud Z *om.* Q | malitiam necessario] n. m. Q 111 quia in secunda = A q. in s. (q. in ista NY *om.* Q[*]) tabula *rell.* μυ 112 mala] malitia vel m. A | proximis] praxis vel p. A | tantum *post* malum (113) Q 113 malum quia] vitium quod SBY | noceat Y 113-114 minus esset] m. est BY cum sit m. Q 114 occidere] *add.* hominem Q | et *om.* Q | possibile esset] e. p. BYQ 115 rationem mali] m. r. N *add.* si Y | hoc] *ante* non (114) BQ hic P | vel] immo Q | possibilius] potius N | esset ergo] ergo est Q 117 immediate a Deo] a D. i. BY | habet] licet S[2] 117-118 immediate Deum] D. i. N 118 obiecta Z[+] | loquendo *om.* Y 119 hanc] habeat N | ille currit] i. Y i. et cum N i. etc. Q 2[e] etc. S *om.* Z | esset] est Y

F *100-101* Gen. 22, 2.

T [8] Cf. supra d. 37 n. 13. [9] De argumentatione per locum a simili vel per locum a minori cf. PETRUS HISPANUS, *Tractatus* tr. 5 n. 32-33 (p. 73-74). [10] scil. hic supra n. 17.



et crederet illud esse verum, transiret actus dicendi super eandem materiam super quam transiret si non esset deceptus, – et credat illud esse falsum: deceptus autem, credens hoc esse verum quod dicit, non peccat; igitur non est malitia ibi ex obiecto super quod transit.

[6] Tertio modo *dicitur* quod 'mentiri' ex ratione sua dicit intentionem malam, quia dicit intentionem decipiendi[11]; licet ergo aliqui actus, qui non includunt intentionem malam, possint aliquando esse boni ex aliqua circumstantia bona, tamen actus includens secum intentionem malam, numquam potest esse bonus, quia includit formaliter malum 'velle'; ita est in proposito. 20

Istud potest exponi sic, quod licet actus positivus et malitia non sint aliquid unum per se nec in re nec in conceptu, tamen potest aliquod nomen imponi quod non tantum significet actum vel illam 21

APSZBNYQ(μυ)

120 actus dicendi] *ante* transiret Q *om.* S 121 super quam transiret *om.* NYQ | si] sicut si Q | esset = AQμυ sit *rell.* 121-122 et — deceptus *om.* BQ 122 autem] tamen Q *om.* NY | credat Z | hoc *om.* Q | esse verum] v. e. A 123 malitia ibi] i. m. (m.] malum Y) PBNYQ | quod] quam S 124 Tertio modo] T. Y Aliter Q 125 quia dicit intentionem *om.* A | licet] quamvis PBNY | ergo] autem PBNYQ | aliqui] alii B 126 qui non includunt] non includentes Q | possunt B 126-128 possint — malam *om.* Z[*] 127 aliqua] alia A | bona] *ante* circumstantia Q *om.* B | tamen actus] a. t. Q 128 bonum Y 128-129 includit formaliter] f. i. BNY 129 est *om.* Z 130 Istud] Hoc Q | quod] quia ZNYQ 131 sit Z | aliquid *om.* BNYQ | nec in re *om.* NYQ | tamen potest] p. t. Q 132 quod — vel] ad significandum nec actum solum nec Q | tantum *om.* PNY | vel] nec NY 132-133 illam deformitatem] d. i. Q

F *124* BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 1 in corp. (III 840*a*): «Quoniam igitur mendacium nominat ipsum dictum per comparationem ad rem et ad ipsum dicentem, hinc est quod ad completam mendacii rationem duplex falsitas concurrit: una per comparationem ad rem, et altera per comparationem ad intentionem loquentis... Prima autem falsitas tenet in ipso mendacio rationem materialis, secunda vero rationem formalis, et ab illa secunda denominatur quis 'mendax'; q. 2 in corp. (p. 843*b*): «Dupliciter dicitur aliquid esse malum: aut ex genere actus, utpote cum transit actus super materiam indebitam, alia ex malitia intentionis... Cum autem aliquid est malum ex malitia intentionis, tunc, sive sit respectu Dei sive respectu proximi, simpliciter malum est et nullo fine potest bene fieri, quia dicit privationem debiti finis... Nam mendacium non solummodo dicit malum ex hoc quod actus transit super materiam indebitam, sed etiam ex intentione inordinata [*in editione*: indirecta], quoniam ad 'esse' mendacii ista duo concurrunt, videlicet dicere falsum et intentio fallendi. Et primum est malum 'in se'...; ratione vero secundi est malum 'secundum se' et nullo fine potest bene fieri nec circa ipsum potest dispensari..., quoniam de ratione sui nominis includit inordinatam intentionem».

T [11] Cf. AUGUST., *Contra mendacium* c. 12 n. 26 (CSEL 41, 507; PL 40, 537): «Mendacium est quippe falsa significatio cum voluntate fallendi»; LOMBARDUS, *Sent.* III d. 38 c. 3 (SB V 215): «Ut ergo mendacium sit, necesse est ut falsum proferatur et cum intentione fallendi».

deformitatem tantum, sed totum simul: quemadmodum impositum est hoc nomen 'adulterari' ad significandum non tantum actum naturalem coeundi, sed deformitatem cum aliena, – et hoc nomen 'furtum' non tantum est impositum ad significandum acceptionem huius rei, sed ad significandum contrectationem huius rei alienae contra voluntatem eius[12] et cuiuscumque domini superioris; talia tota non videntur quod possunt esse bona, quae scilicet importantur per talia nomina, sed 'illud quod est ibi substratum'[13] possibile est esse sine tali deformitate (puta actus coeundi vel accipiendi rem talem). Ita in proposito, licet prolatio talium vel talium verborum quorumcumque significatorum vel non significatorum possit esse sine peccato, tamen prolatio istorum cum scientia oppositi, et per consequens cum intentione fallendi, non potest esse sine peccato, quia includit actum substratum cum circumstantiis actum necessario concomitantibus vel deformantibus. Assumptum patet, quia verba illa *Nescio eum* et *ero vobis similis mendax* protulit Christus, sed non assertive; verba etiam latina quaecumque, quantumcumque falsa, posset unus graecus proferre sine peccato.

---

APSZBNYQ(μυ)

133 tantum *om.* BNYQ | quemadmodum] sicut Q 133-134 impositum est] *post* adulterari (134) Q e. positum Z 134 hoc nomen] n. h. NY | adulterium NQ 134-135 actum naturalem] n. a. Y 135 deformitatem] difformitatem B cum deformitate, scilicet Q | cum aliena] tamen alienam (!) S 136 non tantum] n. solum *post* significandum Q | est impositum] *ante* non Y i. e. (*ante* non BN) PSZBN | significandum *om.* Z 136-137 acceptionem — significandum *om.* Q 137 huius$^1$] alicuius N | ad] aliud (*add.* scilicet S) PS | significandum *om.* PSZN | contrectationem] acceptionem Y | huius$^2$] alicuius Q *om.* ZN | rei] *add.* scilicet B *add.* et Y | alienae] *add.* sed etiam Q 138 contra voluntatem *rep. post* et N | eius] *add.* cuius est Q | cuiuscumque] *add.* alterius Q | domini superioris] s. d. B *om.* Q 139-140 non — nomina] importata per huiusmodi nom. non videntur posse esse bona Q 139 videntur] *comp.* Y mirum PZ | quod] *add.* non PZ | possunt] possint PZBNY possit S | quae scilicet] si S 140 substratum] subtractum Q abstractum S | est *om.* Y 141 tali] *post* deformitate B *om.* Z 141-142 puta — talem *ante* possibile (140) Q 141 actus *rep.* P 141-142 rem talem] t. r. Q 142 licet] sed $Z^+$ | verborum *om.* Q 143 vel non significatorum *om.* BYQ | possit] possunt Q 144 istorum] illorum Q | cum scientia] conscientia Q 145 cum *om.* NY | non — peccato *om.* Z 146 actum] actus N ipsum Q 147 concomitantibus vel = A | deformem S 147-148 verba illa] v. ista BY istam orationem Q 148 Nescio] Si dixero quia nescio YQ | et *om.* YQ | vobis similis] s. v. BNYQ 149 verba etiam latina quaecumque = AP v. q. e. l. B q. e. v. l. Qμυ v. e. q. l. *rell.* 149-150 potest A

F *148* Ioan. 8, 55.

T [12] scil. domini eius. [13] scil. quod ibi substernitur. – Codices diversimode hoc verbum tradunt; cf. ed. nostra, III 5, 7.



### [B. – QUALE PECCATUM SIT MENDACIUM
### 1. – DE TRIBUS SPECIEBUS MENDACII]

[7] Secundo, videndum est quale peccatum sit mendacium. 22

Et licet multiplex distinguatur mendacium, tamen ad propositum sufficit distinctio trimembris, scilicet in mendacium perniciosum, officiosum et iocosum.

Perniciosum est quod nocet vel nocivum est ex se cui mentior 23
vel de quo mentior. Et si nocet sibi[14] quantum ad religionem christianam, puta ad fidem vel mores etc., est peccatum mortale; si autem noceat sibi quantum ad vitam corporalem vel quantum ad fidem coniugalem non servandam sibi, vel quantum ad prolem sive personas sibi qualitercumque coniunctas sibi auferendas, sive quantum ad alia bona temporalia, – secundum quod plus vel minus nocet quod pensatur ex bono cuius est ablativum, secundum hoc ergo pensatur gravius vel minus grave. Et universaliter omne tale mendacium, quo ex deliberatione asseritur quod ignoratur vel cuius novit[15] oppositum, est peccatum mortale: prohibetur enim simpliciter in illo praecepto *Non dices contra proximum tuum falsum testimonium*; nec praecise est testimonium quod datur in iudicio, sed quando aliquis ex certa deliberatione asserit aliquid quod ignorat vel cuius opposi-

---

APSZBNYQ(μυ)

153 Secundo] Tertio N 154 Et — mendacium] distinguatur N *om.* Z | multiplex distinguatur mendacium] d. multipliciter Q mend. Y | tamen *post* propositum (154-155) Q 155 trimembris] *spat. vac.* S | trimembris, scilicet] *post* mendacium P *om.* A | scilicet] *add.* in P 156 et *om.* Q 157 Perniciosum — mentior *om.* S | nocet *om.* Q | vel] *add.* quod B | nocivum est] e. n. BNQ | se] *add.* vel nocet Q *add.* illi Z 158 nocet] nocivum est Q | religionem] fidem SZ 159 puta ad fidem *om.* Z | ad = AP quantum B circa Qμυ | fidei (!) S | fidem vel mores] *in corr.* $P^2$ *rep.* $P^2$ | mores] mors $B^+$ | etc. = AS tunc *rell.* μυ 159-160 si — sibi] sed Q 160 nocet Y | sibi quantum] q. Y *om.* B 160-161 fidem] vitam A 161 quantum *rep. ante* vel $P^+$ | sive] vel Q 162 personas] pars $B^+$ | qualitercumque] *ante* sibi$^1$ BNY quantumque vel q. *ante* sibi$^1$ Q | sibi$^2$ *om.* BNYQ | sive] vel Q in Y 163 alia] *post* bona NY *om.* B | temporalia] *add.* auferenda Y | vel] et Q 164 bono] *spat. vac* Y | cuius] minus (!) Y | hoc ergo] quod h. N h. quod Q h. PBY 165 vel] et Q 166 quo] quod A *om. rell.* μυ | asseritur] a. vel assentitur A 166-167 asseritur — oppositum = A dictum *rell.* μυ 167 mortale] *add.* cuicumque PBNQ *sequitur spat. vac unius cm.* Y | prohibitur P | enim] autem A | in = A 168 contra *om.* $N^2$ | tuum *om.* PSZ 168-169 nec — testimonium] non enim t. est praecise Q 169 est *rep.* $B^+$ | quod datur *om.* Q | sed quando] q. autem Y 170 aliquid = AB hoc P | cuius] cui N 170-171 oppositum novit = A o. scit Qμυ n. o. *rell.*

F *168* Ex. 20, 16.

T [14] scil. illi cui mentior. – Cf. ed. nostra, V 69[3]. [15] id est: vel cuius mentiens novit.

tum novit. Quicumque ergo cum intentione decipiendi aliquem, cui loquitur vel de quo loquitur, dicit oppositum eius quod scit esse verum, et sic dicendo nocet illi cui loquitur vel de quo loquitur, dicit falsum testimonium contra proximum. – Utrum autem indeliberatio excuset, tangetur in sequente quaestione 'De periurio'[16].

24 Mendacium officiosum est quando alicui utile est et nulli nocet. [8]

25 Iocosum est narrare fabulas de quibus omnes sciunt qui audiunt quod non est verum nec narratur tamquam verum: nec enim audientes decipiuntur, nec loquens intendit decipere, nec sermo suus est de se deceptivus, quia non est talis quod natus sit credi sibi ab audientibus, sed magis quod sciatur esse dictum sine omni opinione facienda alicui de veritate. Similiter, si mendacium iocosum est quando aliquis iocando intendit decipere, ita quod deceptus vere decipitur, non tamen in aliquo in quo sibi magnum nocumentum infertur, in quo iocantur et illi qui sciunt ipsum decipi. Et finaliter potest ipse iocari, quemadmodum dicit Augustinus fuisse de mendacio Ioseph, qui veraciter voluit decipere fratres suos in verbis illis 'Exploratores estis' etc.[17], et tamen ipse, qui scivit veritatem, iocari potuit de eorum deceptione et timore quem decepti incurrerunt; et alii, si qui scivissent, ipsimet etiam tandem, cum percepissent hoc non fuisse seriose dictum, potuerunt de hoc iocari.

APSZBNYQ(μυ)

171 cum] ex P | decipiendi *om.* Z | aliquem] vel illum Q | cui] cum quo N 172 vel — loquitur[2] *om.* BQ | dicit] *post* eius B profert Q *om.* PSZY | quod *om.* SZ | scit] *add.* vel credit Q 173 dicendo] loquendo PSZ | nocet] nocere vult Y intendit nocere Q | illi] ei Y | cui loquitur *om.* Y | vel — loquitur[2] *om.* ZBNQ 174 deliberatio Y 175 excuset] *comp.* S | sequente — periurio] quaestione s. Q 176 Mendacium] *post* officiosum B *om.* NYQ | quando] quod B[1]NY *om.* B | utile est] e. u. B | et nulli nocet] nu. no. et *ante* utile Q 177 est] enim e. S vero ut N autem ut Q | enarrare S[+] | fabulam S[+]NYQ | quibus] qua SNYQ | sciunt qui audiunt] audientes sc. NY auditores sc. Q sc. PSZ 178 narrant Q | nec enim] n. etiam B ubi nec Q 178-179 audientes] auditores Q audiens Z 179 decipiuntur] decipitur Z *om.* S | loquens intendit] loquentes intendunt S | suus *om.* Q 180 de se] *ante* est Y *om.* B | natus] *post* sit Q natum Z | sibi] *ante* credi PSZ *om.* NYQ 181 quod] ut Q | sine] sed in S | omni] tamen Q | omni opinione] *spat. vac.* Y 182 Similiter] Sed ANYQ | est] *praem.* sit A 183 quando] cum Z 184 tamen *om.* Y | in[1] — sibi] quod s. in aliquo Z | in[2] *om.* Y | magnum nocumentum] *ante* sibi B n. m. NYQ 185 inferatur ZQ | iocantur] loquuntur P | et = A etiam *ante* iocantur Qμυ | finaliter] similiter Q 186 ipse] esse SBN 187 qui] quia Q | voluit] noluit P potuit Z | decipere] detinere N | in *om.* Z 188 illis] suis, dicens Q | estis] istis S | etc. *om.* Y | qui *om.* P[+] 189 quem] quam Q 189-190 incurrerunt] *ante* decepti (189) Q *spat. vac.* Y incurrerint Z

F *186* August., *Contra mendacium* c. 10 n. 24 (CSEL 41, 500; PL 40, 534): «Neque illud quod Ioseph velut illudendis locutus est fratribus..., nec cetera huiusmodi 'mendacia' iudicanda sunt, sed locutiones... ad ea quae vera sunt intelligenda referendae».

T [16] Cf. infra d. 39 n. 13-21. [17] Cf. supra n. 4.



[2. – Opiniones aliorum]

De istis duobus, scilicet officioso et iocoso[18], conceditur communiter quod neutrum est peccatum mortale in viris imperfectis, quia neutrum est ex se contra caritatem, nec etiam contra aliquid quod de se requisitum est necessario ad statum illarum personarum. 26

Sed in viris perfectis dicuntur a quibusdam utraque esse pec- 27

APSZBNYQ(μυ)

190 et *om.* B[+] | qui] *add.* alii hoc Q 190-191 ipsimet — dictum] percepissent tandem ipsum non seriose sed iocose fuisse locutum Qμυ 190 ipsimet = A ipsum *rell.* | etiam] et Z quod N *om.* Y | tandem *add.* ipsi Z | cum] quando B *om.* NY 190-191 percepissent] perceperant B scivissent Y 191 hoc = A | fuisse] fuissent (!) S | seriose] iocose N | potuerunt] poterunt ASZ | potuerunt — iocari *om.* NYQ | de hoc iocari] i. de h. SZB 193 scilicet officioso = A o. sc. P | officioso et iocoso] i. et o. Z 193-194 communiter *om.* Z 194 peccatum] *post* mortale BN *om.* Y | in = AQμυ | perfectis Y 195 est ex se] in se est Q | etiam *om.* Q 196 quod = A | requirunt S | est = A | necessario *om.* BNYQ | illarum] istarum Y talium Q 197 dicitur Q | utraque esse] utrumque e. Q *om.* N 197-198 peccata mortalia] peccatum mortale Q

F *193* August., *Enarrat. in Psalmos* ps. 5 n. 7 (CCL 38, 22; PL 36, 86): «Duo sunt omnino genera mendaciorum in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa: cum aut iocamur aut – ut prosimus – mentimur. Illud primum, in iocando, ideo non est perniciosissimum, quia non fallit (novit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum); secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam»; Guil. Altissiodorensis, *Summa* III tr. 45 c. 2 (SB XVIIIB 857); Richardus Fishacre, *Sent.* III d. 38 q. 4 in corp. (BAW XXIII 203); q. 9 in corp. (p. 216); Alexander Hal., *Summa theol.* II-II n. 402 in corp. (III 406*b*); III n. 390 in corp. (IV 580*b*); Bonav., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 4 in corp. (III 848*b*-849*a*); Thomas, *Sent.* III d. 38 q. un. a. 4 ad 4 (ed. Parmen. VII 436*a*); *Summa theol.* II-II q. 110 a. 4 ad 5 (IX 427*b*); Richardus de Mediav., *Sent.* III d. 38 q. 3 in corp. (III f. 147*rb*); q. 4 ad 3-4 in opp. (f. 148*rb*); aliique. *197* Alexander Hal., *Summa theol.* II-II n. 403 in corp. (III 406*b*-407*a*): «Si... dicatur 'perfectus' ille qui habet perfectam caritatem et ex caritate perfectam cognitionem ut adhaereat totaliter Deo secundum intellectum et secundum affectum, prout est possibile in via, – si talis peccat genere mendacii, licet sit benignitatis, peccat mortaliter: qui enim perfecte adhaerebat Deo, nullam habebat rationem trahentem quare mentiri deberet»; Bonav., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 4 in corp. (III 849*a*): «Quidam sunt perfecti publici, quidam sunt perfecti occulti. Viris publice perfectis adhibetur fides tamquam conservatoribus veritatis; et quia mendacium deprehensum facit ut homo alteri non credat, si viri perfecti mentirentur, iam nec ipsis crederetur nec aliquibus, et magnum ipsi veritati fieret praeiudicium et daretur aliis occasio scandalizandi. Et ideo tales viri perfecti debent habere conscientiam quod pro nulla re dicant falsum scienter; quando ergo dicunt, peccant mortaliter. – Non sic autem homines scandalizantur de his qui sunt imperfecti vel

T [18] Cf. supra n. 24-25.

cata mortalia, quia auferunt sibi[19] auctoritatem ne credatur eis, et in hoc faciunt statum suum vilescere, et etiam obsunt audientibus propter scandalum.

28 Contra istud[20] a r g u i t u r: nulla circumstantia facit quod in uno est veniale, in alio sit mortale, nisi una persona obligetur necessario ad illud ad quod alius non obligatur; sed perfectus non obligavit se ad veritatem servandam in verbis, aliquo voto vel iuramento, plus quam quicumque alius christianus; ergo circumstantia personae, ex quo ipsa non est specialiter obligata, non transfert veniale in mortale. [9]

[3. – OPINIO PROPRIA]

29 Hic potest dici distinguendo quod persona perfecta quaedam est in statu perfectionis exercendae (sicut praelatus), quaedam est in statu perfectionis acquirendae (sicut religiosus)[21]. [10]

APSZBNYQ(μυ)

198 sibi] eis Q | sibi auctoritatem] *spat. vac.* Y | ne] naturae (!) S 199 statum suum] su. st. N | vilescere] vilem esse Y | auditoribus ZQ 201 Contra istud arguitur] Praeterea i. a. contra (!) S | istud] illud PZ *add.* secundum Q | arguitur] *add.* quod PZB[1]N *add.* quia B´YQ 202 est] *post* veniale Y *om.* SZB[1] | est veniale *ante* in (201) Q | veniale] vinale (!) S | in — mortale] esse m. in alio Q | sit] esset Y est N | una persona] p. u. N ille alius Q | obligetur necessario = A o. S n. o. *rell.* μυ 203 alius *post* obligatur Q | obligatur — non[2] *om.* Z | sed] *add.* vir PBNYQ | perfectus] *add.* vel Q | obligavit] obligat P[1]B 204 observandam B | vel iuramento *om.* Y 205 alius = A | circumstantiae BQ 206 quo] qua SZ | ipsa *om.* B±Y | transfertur Z | veniale in mortale] m. in v. S 208 Hic] Praeterea B | quod *rep. ante* distinguendo Q | persona perfecta *post* est Q | perfecta *om.* N | quaedam] quod S 209 in statu] ⌈...⌋ S± 209-210 exercendae — perfectionis *om.* Y 209 quaedam] quidem (!) B | est *om.* Q 210 acquisitae B | religiosa Y

etiam de perfectis occultis; ideo tales non sic [scil. sub mortali peccato] obligantur ad omne mendacium vitandum».

F *201* THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 110 a. 4 ad 5 (IX 427*b*): «Quod quidam dicunt quod perfectis viris omne mendacium est peccatum mortale..., hoc irrationabiliter dicitur. Nulla enim circumstantia aggravat in infinitum nisi quae transfert in aliam speciem; circumstantia autem personae non trahit in aliam speciem, nisi forte alicuius annexi, puta si sit contra votum ipsius, – quod non potest dici de mendacio officioso vel iocoso. Et ideo mendacium officiosum vel iocosum non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi forte per accidens ratione scandali».

T [19] scil. viris perfectis. [20] Cf. supra n. 27. [21] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* II q. 14 in corp. (AMPh s. 2, VI 84): «Est enim quidam status perfectionis acquirendae, quidam vero perfectionis exercendae: in primo enim homo per opera virtutis ad perfectionis habitum tendit, – in secundo vero ex habitu perfectionis acquisito, quae homini in vita ista competit, iam opus perfectionis agit»; VII q. 30 in corp. (XI 310).



[a. – DE PERSONIS IN STATU PERFECTIONIS EXERCENDAE]

De primo potest concedi quod exercendo actus qui competunt sibi[22] ratione talis status perfectionis (puta docere, iudicare, praedicare), utrumque mendacium[23] esset in eo peccatum mortale, quia aufertur auctoritas et utilitas doctrinae quam praedicat, iuxta illud A u g u s t i n i *Ad Hieronymum* in tribus epistolis fundati: 'Si ad Scripturas sacras relata fuerint quantumcumque iocosa[24] mendacia, nihil remanet in eis soliditatis'. Puta, si praelatus praedicans immisceat mendacium iocosum, nihil remanet soliditatis in doctrina illa: potest enim quilibet dubitare de quocumque dicto ab eo sicut dubium est de aliquo alio, – vel qua ratione non assentiret illi mendacio iocoso, pari ratione nec alii dicto; et ita peribit auctoritas doctorum Ecclesiae in docendo, – peribit etiam et utilitas populi audientis. Consimiliter in iudicio sollemni vel doctrina sollemni, – et intelligo ita quod 30

APSZBNYQ(μυ)

212 primo] prima persona Q quo S | concedi] dici B 214 utrum S 215 aufertur] auferetur PNY auferretur (*add.* ab eo B) SB | auctoritas et *om.* NY | et utilitas *om.* Q | praedicat] potest (!) N 216 Hieronymum] po^m N | in *om.* SZN | tribus epistolis] tertia epistola AS epistola (*ante* Ad Qμυ) *rell.* μυ | fundati = PSB Fundamenti AZ | Si *om.* Y 216-217 Scripturas] epistolas S± 217 relata] remota Y mixta N | fuerunt P | mendacia *ante* quantumcumque ZB 218-219 Puta — soliditatis *om.* N 218 immisceat = A miscerit P misceat *rell.* (*om.* Y) μυ 219 remanet soliditatis] s. r. Q | illa] sua N´ ista N[1] 220 quilibet] quicumque BNY | quocumque] quolibet AP 220-221 dubium — alio] de mendacio Qμυ 220 dubium = BNY dubitatum PSZB dictum A | est *ante* dubium B 221 aliquo = A | alio] illo P | assentiret] assentitur ZY assentiretur A assentire (!) P 222 dicto] *om.* BNY *add.* ab eo Q 222-223 Ecclesiae *om.* Q 223 peribit etiam *om.* Q | etiam *om.* Y | et *om.* PSZB | utilitas] voluntas ZY | audientis] in audiendo Y 223-224 Consimiliter] Et (*om.* Z) similiter ZN *add.* etiam Y *add.* peribit auctorias Q 224 iudicio sollemni] iudicando sollemnia N | vel] *add.* in Y | vel doctrina sollemni *om.* Q | intelligitur S

F *216* Augustinus pro sua sententia proferenda fundatur in tribus epistolis ad Hieronymum scriptis, videlicet: AUGUST., *Epist.* 28, *ad Hieronymum* c. 3 n. 3-4 (CSEL 34, 108-109; PL 33, 112-113): «Admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum Librorum particula remanebit, quae non – ut cuique videbitur – vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eādem perniciosissimā regulā ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur..., atque ita nusquam certa erit in sanctis Libris castae veritatis auctoritas»; *Epist.* 40, *ad Hieronymum* c. 3 n. 3 (p. 71-72; col. 155): «Si enim ad Scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis?»; *Epist.* 82, *ad Hieronymum* c. 2 n. 21 (p. 374; col. 285): «Ab scribentibus auctoribus sanctarum Scripturarum... inconcusse credatur et defendatur abesse omnino mendacium».

T [22] scil. personae perfectae. [23] scil. officiosum et iocosum (cf. supra n. 26). [24] Augustinus, in locis indicatis, potius de officiosis mendaciis loquitur.

non percipiatur illud mendacium esse dictum seorsum ab actu iudicandi vel docendi: dum enim aliquis sedet ad iudicandum, potest aliquam truffam miscere, quae ex modo loquendi scitur non esse de iudicio.

31 Videtur tamen quod unicum mendacium iocosum vel officiosum non impediat auctoritatem iudicis vel docentis, sed[25] tale mendacium frequentatum sive consuetudo sic mentiendi; sed tunc cum secundum iura «binus actus inducat consuetudinem», sequitur quod secundus actus est peccatum mortale, et non primus, cum tamen secundus sit omnino similis (ut videtur) – secundum omnes circumstantias – cum primo!

32 Quidquid sit de uno vel de pluribus talibus mendaciis in docendo et iudicando, saltem in aliis actibus non esset sibi[26] peccatum mortale, exclusa ratione scandali.

### [b. – DE PERSONIS IN STATU PERFECTIONIS ACQUIRENDAE]

33 Si loquamur de eo qui habet statum perfectionis acquirendae, [11]
non exercendae, videtur aliud dicendum, quod talis non videtur ad aliqua obligatus esse, quae sunt perfectionis, plusquam ceteri, nisi ad illa quae vovit: non enim assumpsit statum pastoralis curae, et ideo nec actum pertinentem ad personam; talis igitur, si non exer-

APSZBNYQ(μυ)
225 illud mendacium *ante* non Q | ab actu] ad actum AZ 225-226 iudicandi vel docendi] d. v. i. BYQ d. v. videndi N 227 aliquam truffam] aliqua falsa Z 229 quod *om.* S | unicum] uniat $B^{2}$ | iocosum vel officiosum] o. v. i. B 230 auctoritatem] actus Y | iudicantis P | iudicis vel docentis] d. v. i. Y d. v. iudicantis BNQ 231 sive] vel Q | tunc *om.* NQ 232 iura binus] iurabimus S | binus] unus $PZB^{+}Y$ | inducat] indicat P 233 secundus actus] a. talis Q | est = AP erit SZ sit *rell.* μυ | et non] n. tamen A n. N 234 secundus] *add.* actus N | omnino] non $Y'$ *om.* $Y^{1}$ 235 cum primo] p. *post* similis (234) Q *add.* actu A 236 $de^{2}$ *om.* Z | pluribus] *add.* saltem NQ | talibus] utilitatibus Q 236-237 in docendo] a praedicando Q 237 et] vel ZBN | in aliis actibus *post* mendaciis (236) Q | esset] esse P | sibi] cis Q *om.* Z 240 Si] Sed Q *praem.* Sed P | eo] illo Q | habet statum] s. h. N | acquisitae B 241 aliud *om.* Z | aliud dicendum] addendum S | quod] quia SNYQ 242 obligatus] *ante* ad (241) BNY *om.* P | esse = A | imperfectionis S | plusquam ceteri] plus ceteris Q 243 vovit] novit A | sumpsit B | pastoralis curae = AP c. p. *rell.* μυ 244 ad *rep. ante* actum ZQ | talis] talem Q videtur Z

F *232 Decretales Gregorii IX cum glossis* I tit. 6 c. 34, glossa (ed. Venetiis 1572, 106*a*): «Tres successiones continuae [ad regimen imperii] videntur ius successionis inducere, immo duae, quia binus actus inducit consuetudinem».

T [25] supple: impediet. [26] scil. praelato vel iudici, seu personae perfectae.



ceat opus perfectionis (cuiusmodi sunt docere, praedicare et huiusmodi), non videtur peccare mortaliter in mendacio officioso vel iocoso plus quam alius christianus, nisi forte propter scandalum, quia imperfecti magis possent scandalizari de mendacio talis personae quam communis[27].

Sed non possunt facta iudicari qualia sunt ex scandalo concomi- 34
tante vel non concomitante:

Universaliter enim, secundum Legem evangelicam, scandala pusillorum vitanda sunt quaecumque, secundum illud Matth. *Vae homini per quem scandalum venit.* Scandala autem pharisaeorum accepta, non data, non sunt vitanda, iuxta illud dictum Salvatoris in Matth.: dicentibus discipulis quod *pharisaei, audito hoc verbo, scandalizati sunt,* respondit Christus *Sinite eos, caeci enim sunt et duces caecorum.* Sive ergo in factis indifferentibus ex se, quale est comedere carnes (de quo dicit Apostolus ad Cor.: *Si frater meus scandalizatus fuerit, non manducabo carnes in aeternum*), sive in factis quae habent malitiam aliqualem, puta venialem, tamen nata sunt scandalizare occasionaliter vel causaliter pusillos praesentes, vitandum est propter scanda-

APSZBNYQ(μυ)
245 opus] actus YQ actum N actum vel opera P | perfectionis] *add.* vel actus perfectionis Q | docere] *add.* et BNY 247 plus *ante* peccare (246) Q | alius christianus] ch. a. B a. et ch. P 248 magis possent] p. m. Z m. possunt NY possunt m. BQ 249 quam] *add.* persona Q 250 non possunt] n. debent *post* facta Q | facta] *add.* vel peccata N | iudicari] *add.* esse talia Q | sunt] sint PSZB | scandalo] scandio (!) S 250-251 concomitante … concomitante] communicante … communicante Z consequente … consequente Q c. BY 252-253 scandala pusillorum *post* quaecumque (253) Q 253 vitanda] *post* sunt Z evitanda N | sunt] *add.* etiam PSZ | quaecumque] *ante* scandala (252) PBY quaelibet *ante* scandala (252) N | Matth.] *add.* 18 BY *sequitur spat. vac. unius cm.* NQ 253-254 homini] *add.* illi SZQ 254 pharisaeorum] pusillorum B 254-255 accepta, non data] n. d., sed a. Q 255 non] ⌜…⌟ $B^{+}$ | illud] ad S | dictum Salvatoris in *om.* ZBNYQ | Matth.] *sequitur spat. vac. unius cm.* Q 256 dicentis S | quod] quem (!) S scis (scio P) quia PZBNY *praem.* scis Q 257 Christus *om.* Y | enim *om.* BYQ | et *om.* N | Sive] Cum ZY 258 factis] dictis Y 258-260 indifferentibus — factis *om.* Z 258 quale est] qualia sunt P quales sunt A | carnes] *add.* et huiusmodi P 259 quo dicit] qua (!) Q | ad] I NQ I ad P *om.* B | ad Cor.] *om.* Y *sequitur spat. vac. unius cm.* Q | frater] super (!) S | scandalizatus fuerit = A scandalizetur N scandalizabitur B scandalizat Q scandalizatur *rell.* μυ | non] ideo n. S 260 manducando (!) P 260-261 sive — venialem *rep. post* dictis (266) P | malitiam aliqualem] a. m. BNYQ generalem m. *in textu rep.* P 261 venialem] aliqualem $N^{+}$ | tamen] non N | sunt] sint Z 261-262 occasionaliter *om.* Z 262 vel causaliter *om.* Q | vitandum est] vitanda sunt Q videndum e. S 262-263 propter scandalum] semper sc. Z sc. semper P super sc. S

F *253* Matth. 18, 7. *255* Matth. 15, 12-14. *259* I Cor. 8, 13.

T [27] scil. quam de mendacio personae communis.

lum. Sed per hoc non possumus iudicare quale sit istud peccatum ex natura facti in se.

35 Quantum autem est ex natura mendacii iocosi vel officiosi in factis secundo modo dictis[28], non videtur quod talis[29] obligetur ex professione sua ad vitandum tale[30] sub alia ratione vel districtione[31] praecepti quam quicumque alius christianus. Verumtamen si recta ratio dictet quod actus unicus eius vel actus frequentatus sit scandalum audientibus, cum similis actus in alio non esset scandalosus, iste tenetur ex caritate vel salute proximi vitare scandalum, quemadmodum in articulo[32] illo de fuga in tempore passionis pastor tenetur quandoque non fugere, iuxta illud Ioan. *Mercenarius, qui non est pastor, videt lupum venientem et fugit* etc.: Augustinus pertractat bene illud in *Epistola* illa (quaere Henricum, *Quodlibet* XV quaestione 16). Alius autem, qui est in statu perfectionis acquirendae et non pastor, non tenetur ex necessitate non fugere si potest aliter facere,

APSZBNYQ(μυ)

263 istud] illud ZBNY | peccatum = A iterum S factum *rell.* μυ 264 facta S 265 autem] igitur *post* est Q *om.* N | iocosi] in se $A^{+}$ | iocosi vel officiosi] o. v. i. BNYQ 266 talis *om.* B 266-267 professione] perfectione BY 267 vitandum] observandum Z ostendendum S | tale] *add.* peccatum PBNYQ 267-268 sub — alius] plus quam Qμυ 267 alia] aliqua PY *om.* Z 267-268 ratione vel districtione praecepti = A r. p. PSZ p. r. d. B p. d. NY 268 quam] *praem.* magis Z | Verumtamen] *add.* assumpsit S 268-269 recta ratio] ra. re. BNYQ 269 dictat P | unicus eius] e. u. Q unus est Y vitiosus e. Z | $actus^{2}$ *om.* Q 269-270 sit scandalum] sc. sit B 270 audientibus] auditoribus Q facientibus $A^{+}$ | cum similis] quamvis consimilis Q | in alio] *post* scandalosus Y in aliquibus N | scandalosus] scandalizatus Q scandalum BNY | iste] ille Q 271 caritate vel salute = a c. v. ex s. (ex *et spat. vac.* B′ *om.* $B^{1}$) PB c. *rell.* μυ 271-272 quemadmodum] sicut Q 272 $in^{1}$ — $in^{2}$ *om.* Q | articulo illo] i. a. B i. capitulo N a. Y | passionis] *in corr.* $P^{1}$ persecutionis Q | pastor] *post* tenetur Q *in corr.* $S^{1}$ 273 quandoque *post* fugere BNQ | Ioan.] 20 S *add.* 10 Y | Mercenarius] *add.* autem Q *add.* et PZ 274 videret S | videt — fugit *om.* Z | et fugit *om.* BY | etc.] *om.* PQ *add.* dicitur ibi S | Augustinus] *praem.* etiam P *praem.* et SNY *praem.* quod Q *add.* etiam ZB *add.* ibi NY | bene] *ante* pertractat SZQ *om.* NY 275 illud *om.* NYQ | illa] prima ZB sua P | Henricum *om.* BQ | Quodlibet XV] XV Qu. B V Qu. XV S V Qu. Z | quaestione *om.* SZBY 276 16] 16 vel 10 A 18.16 B 18 NYQ 5 Z | autem *om.* ZQ | acquisitae B | non] qui non est Q *add.* est BNY 277 pastor] *add* et P | $non^{2}$ *post* aliter $S^{t}$ | si] sed N | facere = A fieri *rell.* μυ

F *273* Ioan. 10, 12-13. *274* Hoc bene pertractat Augustinus in Epistola illa allegata et late explicata ab Henrico, scil.: AUGUST., *Epist.* 228, *ad Honoratum* (CSEL 57, 484-496; PL 33, 1013-1019); HENRICUS GAND., *Quodl.* XV q.16 in corp. (f. 595T): «Dicit Augustinus in *Epistola ad Honoratum*, quae diffuse tractat materiam de fuga praelatorum...»; et deinde eam frequenter allegat ibid. (f. 596T-597*v*).

T [28] scil. in factis absque scandalo concomitante (cf. supra n. 34). [29] scil. ille qui habet statum perfectionis acquirendae (cf. supra n. 29. 33). [30] supple: mendacium. [31] scil. severitate. [32] seu instanti.



sed tenetur non scandalizare proximum fugiendo, et quandoque esset fuga eius scandalosa quando fuga infirmi non esset scandalosa: iudicarent enim proximi, ex fuga eius, quod ex quo talis – qui tam *arctam viam* elegit – non exponit vitam suam pro fide defendenda, non esset vita exponenda etiam pro causa tali vel quod talis non bene sentit de fide.

## [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[12] Ad argumenta huius quaestionis. 36

Ad primum[33] dico quod Abraham non dixit contra illud quod habuit in mente, nam, sicut narrat Iosephus libro *Antiquitatum*, dum iret solus cum filio, relictis pueris, informavit filium qualiter fuerat mirabiliter conceptus et qualiter – si esset immolatus – Deus eum miraculose resuscitaret; et hoc creditur firmiter exspectasse,

APSZBNYQ(μυ)

278 et quandoque] q. (*in corr.* $B^{1}$) enim B et quando S 278-279 esset fuga eius] f. eius es. B eius f. Q eius es. Y 279 $scandalosa^{1}$] scandalum Y 279-280 $scandalosa^{1}$ — eius *om.* ZN | esset — proximi] est, scandalizaretur proximus Y 280 iudicarent *rescr.* $B^{2}$ | quod] *rep. post* defendenda (281) A enim *post* quo Y 280-281 qui tam arctam] q. talem Q q. a. N aliam Y 281 viam] vitam APSNY | suam] eius AS 282 non] pro qua PS | esset] est Q | esset vita exponenda] esse vitam exponendam NY | etiam = A et P ut S | causa tali = A c. PS t. c. *rell.* μυ | vel *om.* PS | quod] *add.* ad (!) S | talis *om.* BNYQ 285 huius quaestionis *om.* Q 287 narrat] refert Q | Iosephus] Ioseph SY *add.* in BQ 288 filio] folio (!) S | filium] puerum Z eum Q 289 fuerat = A fuerit Pμυ fuit *rell.* | mirabiliter] miraculose BNYQ miraculose vel m. P 290 eum] enim S *om.* Q | resuscitaret] suscitaret B restitueret NY | firmiter *om.* N | exspectasse] peccasse $P^{+}$

F *281* Matth. 7, 14: «arcta via est quae ducit ad vitam». *287* IOSEPHUS FLAVIUS, *Antiquitates iudaicae* I c. 13 n. 3 (*Opera* I 26*b*): «Postquam autem structa erat ara et ligni frustula imposuerat atque omnia parata erant, filium alloquitur: 'O fili, te, mille votis a Deo expetitum mihi nasci, ex quo in hanc vitam venisti, summa cura ac sollicitudine educavi, nihilque erat in quo me beatiorem fore putavi quam ut te virum factum conspicerem, moriensque dominatus mei successorem relinquerem. Sed quoniam et Dei voluntate pater tuus exstiterim, iterumque te ut illi placitum est abdicem, forti animo fer hanc consecrationem. Deo enim te cedo, qui hoc a nobis honore iam affici vult, eo quod benignus mei defensor fuerit et adiutor. Natus ergo decede nunc non communi omnium more e vita, sed a patre proprio rerum omnium parenti Deo sacrificii ritu oblatus, ipso – ut reor – te dignum censente qui nec morbo nec bello nec alia quapiam calamitate, quae hominibus solet accidere, ex vita decedas, sed cuius animam ille cum precibus et sollemni sacrificio exciperet et apud se retineret: teque mihi curatorem et senectutis moderatorem praestabis, quem in finem te potissimum educavi, Deum mihi loco tui praebens'».

T [33] Cf. supra n. 2.

quia non dubitavit de promisso Dei *in Isaac vocabitur tibi semen.* Ipse igitur licet intenderet immolare Isaac, tamen intendebat eum miraculose resuscitandum a Deo et secum reversurum ad pueros. Unde quod dixit 'revertemur ad vos', dixit secundum quod sensit in corde; nec faciliter Abrahae aliquod mendacium fuit imponendum, cuius vita fuit valde exemplaris.

37 Quod arguitur de Iacob[34], licet aliqui multum nitantur salvare [13] eum, et alios patres Veteris Testamenti non fuisse mentitos, cum tamen in aliis concedant eos habuisse Legem imperfectam et gratiam modicam, nos autem e converso habere Legem perfectam et gratiam abundantem, et de nostris non negant aliquando mentiri vel mentitos fuisse, – non videtur valde rationabile negare illos quandoque mentitos fuisse vel posse mentiri. Et si ita est, etsi laudemus bona facta eorum et illa accipiamus in exemplum, mala tamen

APSZBNYQ(μυ)

291 quia] quod S | promissione NQ | in *om.* S 291-292 vocabitur — Isaac *om.* NY 292 intenderet — tamen *om.* Z | intendebat] intelligebat BNY credebat *ante* tamen Q | eum] illum (*add.* esse Q) ZQ 293 a *om.* Q | Deo] *add.* esse A 294 quod] cum Q *om.* Z | revertentur P | secundum *om.* BYQ | sensit] habuit Q 295 faciliter — imponendum] est i. f. mendacium aliquod Abrahae Q 296 valde *om.* SZ | exemplaris] *add.* fidens in Domino etc. S *add.* etc. Z 297 Quod arguitur] Ad illud Q | licet] quamvis BNY | aliqui] alii ASZ *om.* B | multum] *rep.* P multi ZB | multum nitantur] n. (videantur N conantur Q) m. NYQ 298 alios] aliquos Q | mentitos] morituros $P^+$ 298-299 cum tamen] t. c. ZNY 299 in *om.* N | concedunt AS | Legem imperfectam] regem imperfectum (!) S 299-300 gratiam *om.* Y 300 nos — Legem] respectu nostri, quia Leg. habemus Q | converso] *add.* scilicet N *add.* id. est Y | habere *post* perfectam Z 301 abundantem] superabundatem Q | negatur Q 301-302 mentiri vel *om.* N 302 vel mentitos fuisse] v. f. m. Q f. m. N *om.* P 302-303 non — fuisse *om.* SY | non — posse *om.* N 302 valde] multum Q 303 quandoque] aliquando Q | mentitos fuisse] f. m. Q | posse] potuisse Z | Et] Quod PBNYQ quia ZY | est] esset Y | etsi] et Q si Y *om.* B 304 bona] bene Y | eorum *om.* N | accipiamus] accipimus A sumamus Q | tamen] autem Q

F *291* Gen. 21, 12. *297* ALEXANDER HAL., *Summa theol.* II-II n. 404. 405. 406 in corp. (III 408*ab*. 409*ab*. 410*a*); III n. 390 ad argg. in opp. (IV 581*a*-582*b*); GUIL. ALTISSIODORENSIS, *Summa* III tr. 45 c. 4 q. 1-4 (SB XVIIIB 867-873); BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 2 ad 1-3 in opp. (III 843*b*-844*b*); THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 110 a. 3 ad 3 (IX 425*ab*); a. 4 ad 4 (p. 427*b*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 38 q. 3 ad 2-3 (III f. 147*va*); aliique. *299* ALEXANDER HAL., *Summa theol.* III n. 269. 270. 273 in corp. (IV 397*a*. 400*a*. 405*b*-406*a*); BONAV., *Sent.* III d. 40 a. un. q. 1 in corp. (III 885*ab*); q. 2. 3 in corp. (p. 888*ab*. 890*b*-891*a*); THOMAS, *Sent.* III d. 40 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VII 447*b*); a. 3 in corp. (p. 448*ab*); a. 4 qc. 3 in corp. (p. 450*a*). *301* ALEXANDER HAL., *Summa theol.* II-II n. 407-408 (III 410*a*-411*b*); III n. 390 in corp. (IV 580*ab*); GUIL. ALTISSIODORENSIS, *Summa* III tr. 52 c. 6 (SB XVIIIB 1032-1033); BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 4 in corp. et ad 4 (III 849*a*. 849*b*).

T [34] Cf. supra n. 3.



in exemplum non accipimus nec pertinaciter defendimus vel excusamus. Dicitur tamen quod tales sermones eorum possunt intelligi figurative vel sub aliis intellectibus quam verba primo exprimant, – sed circa tales intellectus non oportet immorari.

[14] Ad illud tamen de Ioseph[35], quia ipse erat perfectus servator Le- 38
gis divinae[36], dici potest quod mendacium eius contra fratres suos non fuit nisi iocosum, – quod apparet ex eventu: in fine enim aperuit eis veritatem[37], et interim dum eos terruit, punivit eos sicut meruerant puniri[38]; illa enim proditio eorum, qua vendiderant fratrem suum in Aegyptum bene meruit, non tantum tali timore, sed etiam maiore poena puniri.

Ad alia argumenta: 39

De Rahab et obstetricibus et Rachel[39] non oportet excusare, nec factum earum commendatur in Scriptura quantum ad mendacium, – sed providentia Rahab, qua sibi et suis providebat et procurabat salutem, commendatur.

APSZBNYQ(μυ)

305 exempla N | non] nec (*ante* in BNY) PBNY | non accipimus] n. recipimus *ante* in Q | recipimus SBNY | nec] vel S ut Z | defendimus vel] defendamus v. Z *om.* BNYQ 305-306 excusemus Z 306 Dicitur] Videtur Z | tamen] autem P | eorum *om.* Q | possint Z 306-307 intelligi figurative] f. i. Q 307 sub *rep. post* aliis N | aliis intellectibus] alio intellectu Q | quam] quod Y | quam — exprimant *om.* S | primo] ipsa Z 308 circa] contra P 309 tamen *om.* Z | de *om.* S | quia ipse] quod Z | servator] sectator P 309-310 Legis divinae] d. L. Q 310 dici potest] p. d. BNYQ | quod *rep. post* suos S | mendacium eius] e. m. Q | contra] circa Y | suos *om.* YQ 311 apparet] patet Q | enim *om.* P 311-312 aperuit] apparuit $P^+$ asseruit S 312 eis] fratribus BYQ *om.* N | interim dum] iterum S | eos terruit] t. e. ZBNYQ | sicut] secundum quod Q 312-313 meruerant] meruerunt (*post* puniri, 313 B) ZBQ debuerant NY 313 proditio] productio $P^+Z^+$ praedicatio S | eorum *om.* Q | qua] quae (!) Z | vendiderant] vendiderunt BQ venderant S 313-314 fratrem suum] f. eorum ZBN f. Y eum Q 314 tali] illo Q | etiam *om.* ZBNYQ 316-317 alia — De] Ad illud de Q 316 argumenta *om.* BNY 317 et[1]] *om.* Y *add.* de N | obstetricibus et Rachel] Rachele et o. Q | Rachele BNY | oportet] *add.* eas Q 317-318 nec — Scriptura] nam in Scr. non commendatur factum earum Q 318 earum] eorum AP illarum Y illorum SZN | mendacium] *add.* scilicet NY 319 sed = A licet *rell.* μυ | providentia] *add.* ipsius PBYQ *add.* illius N | qua] *add.* scilicet BNY | providebat et] providerat vel p. et A *om.* NYQ | procurabat] *post* salutem (319-320) Z procuravit BNYQ procurabit P 320 commendatur = AP commendetur *rell.* μυ

F *306* ALEXANDER HAL., *Summa theol.* II-II n. 404 in corp. (III 408*ab*); BONAV., *Sent.* III d. 38 a. un. q. 2 ad 2 (III 844*a*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 38 q. 3 ad 1 (III f. 147*va*). *320* Ios. 6, 25.

T [35] Cf. supra n. 4. [36] Cf. Gen. 39, 2-23. [37] Cf. Gen. 45, 1-4. [38] Cf. Gen. 42, 9-44, 34. [39] Cf. supra n. 5.

40 Quod arguitur de obstetricibus quod 'Deus aedificavit eis domos'[40], de hoc sunt opiniones, sicut recitat Magister *Historiarum* super illum locum; et forte illa opinio est probabilior quae dicit illas habuisse bonum motum pietatis, et propter eum Deus remuneravit eas temporaliter, quia peccatum annexum demeruit ne remunerarentur aeternaliter. Vel probabilius potest dici quod fuit illud mendacium officiosum, quia utile ad salvationem parvulorum Iudaeorum et nulli nocivum; et ideo Deum remunerasse eas pro bono motu voluntatis earum, et tamen non abnegasse eis vitam aeternam pro illo peccato quod erat in eis veniale.

41 Ibi tamen esset dubium si quandoque magis esset eligendum mendacium tale vel peccatum veniale cum magno motu pietatis, an

---

APSZBNYQ(μυ)

321 arguitur] quaeritur P obicitur Z autem dicitur Q | eis] eos (!) P 322 domos] *ante* eis (321) N domum Q | recitat] narrat Y dicit N | Magister *om.* Y 323 illum] istum N | et *om.* NY | illa] ista N | opinio = A | est *om.* Y | probabilis P 324 illas] eas Y | et *om.* Z | eum] illum Q quem Z | eum Deus] Deum D. Y | Deus *post* eas (325) Q 325 temporaliter] specialiter S[+] 325-326 quia — aeternaliter *om.* PS 326 remuneraretur A | potest dici] d. p. ZNYQ 326-327 fuit illud mendacium = AS m. i. f. Qμυ m. i. f. mendacium Z peccatum i. f. (i. f.] f. i. S) m. (m. *om.* NY) PSNY peccatum vel m. i. f. B 327 salvationem] salutem ZBNY 328 ideo] *om.* Q *add.* probabile est B | Deum remunerasse] Deus remuneravit Z 328-329 pro bono] probatio (!) S 329 voluntatis earum *om.* NYQ | non *om.* P | abnegavit Z 331-332 Ibi — veniale *om.* Z 331 Ibi tamen] Sed tunc Q | esset[1]] est Y | si] an Y | quandoque = Aμυ quando *rell.* (*om.* Y) | esset] *post* eligendum NY sit *post* eligendum Q | eligendum] efficiendum B 332 tale — veniale] v. NY *om.* Q

F *322* PETRUS COMESTOR, *Historia scholastica* in Ex. c. 3 (PL 198, 1142-1143): «Augustinus dicit obstetrices venialiter peccasse. Gregorius videtur velle quod mortaliter: dicit enim quod merces benignitatis earum potuit in aeterna vita retribui, sed pro culpa mendacii in terrenam compensationem declinata est»; AUGUST., *Quaest. in Heptateuchum* II q. 1 (CCL 33, 70; PL 34, 597): «Aliud enim faciebant obstetrices vivificando infantes parvulos, aliud Pharaoni mentiendo: nam in illis vivificandis opus misericordiae fuit, mendacio vero illo pro se utebantur ne noceret illis Pharao, quod potuit non ad laudem sed ad veniam pertinere»; *De mendacio* c. 5 n. 7 (CSEL 41, 421; PL 40, 492): «De obstetricibus autem..., etiamsi aliquid ipsis nescientibus quod per eas actum est significavit, pro gradu suo dicunt [Scripturae sacrae] approbatas et remuneratas a Deo»; c. 17 n. 34 (p. 454; col. 510-511): «[Obstetrices Aegyptiae] de indole ad melius proficiendi mentientes approbatae sunt, quia nonnullus gradus est ad diligendam veram ac sempiternam salutem, cum quisque misericorditer etiam pro alicuius – quamvis mortali – salute mentitur»; GREGORIUS, *Moral.* XVIII c. 3 n. 6 (CCL 143A, 889; PL 76, 41): «Nonnulli vero ex obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacii genus [quo scil. aliquis aliis praesto sit] non esse peccatum, maxime quod illis mentientibus scriptum est: 'Quia aedificavit eis Dominus domos' [Ex. 1, 21]. In qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur: nam benignitatis earum merces, quae eis in aeterna potuit vita retribui, pro admissa culpa mendacii, in terrena est recompensatione declinata».

T [40] Cf. supra n. 5.



simul utrumque fugiendum? Secundum[41] videtur probari, quia veniale nullo modo est eligendum. Primum videtur probari, quia veniale delebitur in tempore et non manebit in aeternum, vel in ista vita vel post vitam istam; magnus motus pietatis, qui habet magnum meritum, meretur magnum praemium quia aeternum, vel saltem aliquem gradum praemii qui erit aeternus: propter qualecumque malum quod non est ex se aeternum sed temporale, non videtur omittendum aliquid quod est ex se causa aliquo modo boni aeterni. – Hanc quaestionem dimitto.

42 Hoc tamen de obstetricibus teneri potest – ad propositum – quod non peccabant nisi venialiter, quia mendacium earum penitus erat officiosum; et motus pietatis, si fuissent alia requisita ad meritum, fuissent magni meriti, ita quod[42] meruissent vitam aeternam, et etiam bonum temporale, quia pro tempore illo Deus remuneravit cultores suos bono temporali.

[15] 43 Ad illud de Iudith[43] dicitur quod ipsa in nullo mentiebatur, quia verba illa excessiva quae dixit Holoferni, non intendebat diri-

---

APSZBNYQ(μυ)

333 simul *rep. ante* an (332) B | videtur] dicitur *post* probari B | probari = AB | quia] quod ZBY 333-334 veniale *post* modo (334) B 334-335 nullo — veniale *om.* NY 334 eligendum] e. vel eliciendum Q | probari *om.* Z 335 deletur Y | in[1] *om.* B | in[1] — aeternum] qualitercumque NYQ | in tempore] *add.* qualitercumque PB | in[3] *om.* S 335-336 ista vita = A v. i. *rell.* μυ 336 vel] et Y | vitam istam] i. NY *om.* Q | istam *in corr.* P[1] | magnus motus] mo. (*add.* autem Q) ma. NYQ | pietatis = A voluntatis PSZB | habet] est NQ erit Y 337 meretur *om.* A | magnum praemium = PSZ | quia — saltem *om.* BNYQ 338 praemii *om.* SZ | qui] quia S | erit] est NY | propter] sed per Q | qualecumque] quodcumque B 339 non[1] *om.* NYQ | est] esset N | aeternum sed *om.* NYQ 340 omittendum] *post* aliquid B emittendum Z | aliquo modo *om.* BNYQ | boni aeterni] aet. b. Q 342 Hoc] Hic ABNY *om.* Q | tamen] autem *post* obstetricibus Q | teneri potest] dici potest (d. p.] p. d. P) et t. PSZ dici et t. p. B 343 peccaverunt B | nisi] non S | earum] eorum PS *om.* Y 343-344 penitus erat = A p. Z fuit p. (p.] aeternus B[+]) B e. p. *rell.* μυ 344 si] non (!) Y | fuissent] *add.* ibi Q | alia] aliqua Y 345 fuisset YQ 345-346 magni — temporale] meritorius vitae aeternae et etiam boni alicuius temporalis Q 345 ita *om.* Y | quod *add.* etiam NY *add.* non P | meruissent] *add.* et N 345-346 et etiam *om.* BNY 346-347 quia — temporali *om.* S 346 Deus] *ante* pro Q *om.* P 347 cultores] *post* suos B electores PQ 348 illud] istud A | ipsa] illa Z 349 quia] qui (!) P | illa] ista N | excessiva *om.* B | quae dixit] *om.* Y *add.* non dixit Q | Holoferni] Holoferno A´SN coram Holoferne B *not.* Alius liber: Holoferni A[1] 349-350 non — Holoferni *om.* Q

F *348* et *353* Cuiusnam sint huiusmodi explicationes non constat.

T [41] scil. utrumque esse fugiendum. [42] subintellige: illae obstetrices. [43] Cf. supra n. 5.

gere Holoferni, sed Deo; non tenebatur autem necessario loqui extraneo secundum intentionem recipientis, sed potuit loqui secundum propriam intentionem loquentis; tamen loquendo praelato, cui bona fide respondere tenetur, d i c i t u r quod oportet eum[44] respondere ad intentionem quaerentis, ita quod ibi respondendo per aliqua verba quae essent falsa si dirigerentur ad intentionem vel auctoritatem, vera si dirigerentur ad Deum, non veraciter loquitur, quia in casu illo non licet alloqui Deum.

44 Sed isto posito nihil videtur certum in loquela humana, nec aliquis videtur habere certitudinem de loquela proximi loquentis, saltem nullus videtur mentiri quidquid dicat in secunda persona, dummodo possit verificari[45] dirigendo illud ad Deum. Quod si tenearis praelato tuo dicere verum (et non extraneo), non dicendo sibi verum posses esse inobediens, – non dicendo autem extraneo, non eris inobediens; sed non videtur quomodo[46], si in plus non mentiaris vel sis mentiens tibi quam illi.

45 Si igitur verba illa, quae ibi dicuntur et videntur excessiva, non possunt salvari alio modo, non videtur magnum inconveniens con-

APSZBNYQ(μυ)

350 Holoferni] Holoferno AP$^{+}$S Holofernum B | autem] enim Z *om.* BQ | necessario] *post* loqui B *om.* Q 351 secundum] sed NQ 351-352 recipientis — intentionem *om.* N 351 potuit] potest vel p. A poterat Qμυ potest *rell.* 352 propriam] proximam (!) Y | tamen loquendo] l. t. Q 353 bona — tenetur = A t. (*add.* ex B) bona fide (*add.* loqui et Qμυ) respondere *rell.* μυ 353-354 dicitur — respondere *om.* Q 353 dicitur quod *om.* Z 354 ibi] si ei Q | respondendo] *comp.* P | per = AB dicat Qμυ 355 aliqua] alia B | essent] sunt Q | dirigantur Q 355-356 intentionem — ad *om.* SZNY | intentionem vel auctoritatem = A audientem PBQμυ 356 dirigantur Q | veraciter loquitur] l. v. Q | quia] qui (!) P 357 illo] isto Q | licet] habet Y 358 isto] hoc BQ | videtur] habetur B | certum] verum NY | loquela humana] h. l. Q 359 videretur Q | loquela] certitudine SZ | proximi] christiani Q 359-360 saltem] si enim Q 360 | quidquid dicat *post* persona B | dicat] dicit Z dicatur Y 360-361 dummodo] dum tamen illud Q cum BNY 361 dirigendo illud] i. d. B | ad] in Q 361-362 Quod — verum *om.* Q | tenearis praelato tuo = AS tenetur tibi (t. *om.* P$^{1}$) P tenear tibi *rell.* μυ 362 extraneo] ad extraneum Q | non] *praem.* tunc Q | sibi = AP tibi *rell.* μυ 363 posses esse = A possem e. Z sum Y possum e. *rell.* μυ | inobediens] *add.* vel mentiens Q 363-364 non$^{1}$ — inobediens *om.* P 363 autem] verum Z *om.* B | extraneo] *add.* verum B 364 eris = A ero *rell.* μυ | inobediens] *add.* vel mentiens Q | videtur] *add.* simplicius P | si in = A sit P *spat. vac.* B sim *rell.* μυ | non *om.* ZQ 364-365 mentiaris vel sis = A 365 tibi = A loquendo t. *rell.* μυ *not.* Alius liber: isti A$^{1}$ | illi] alteri Q 366 Si] Sic Q 366-367 quae — possunt] excessiva dicta ibi non videntur rationabiliter posse Q 366 et videntur] et videtur (!) N *om.* Z 367 possint NY | salvari] sca$^{ri}$ vel s. A | alio modo] aliter dicitur quod Q | inconveniens *in corr.* P$^{1}$

T [44] supple: loquentem. [45] scil. fieri verum. [46] subintellige: hoc fieri possit.



cedere eam fuisse mentitam officiose genti suae, sed perniciose illi cuius mortem intendebat; tamen ista officiositas praefertur illi perniciositati, quia bonum reipublicae (maxime colentis Deum) praefertur bono temporali privatae personae (maxime infedelis), nisi huic obviet quod in bellando contra quemcumque oportet servare fidem, ita quod infidelitas vel mendacium cuiuslibet christiani (in bello etiam contra infidelem) damnatur, licet possit uti aliquibus cautelis belli quae per se non repugnant veritati nec includunt mendacium.

Si etiam ipsa se adornavit ea intentione ut caperetur Holofernes in conspectu eius, et hoc volendo eum peccare mortaliter cum ea, et 'velle alium peccare mortaliter' est peccare mortaliter, – non videtur omnino certum quod ipsa se custodivit ab omni peccato mortali; et ita factum eius in Scriptura narratur et recitatur in Ecclesia tamquam laudabile quantum ad aliqua quae ibi erant religionis, licet non laudentur nec liceant aliqua alia connexa. 46

[16] Ad ultimum, de simulatione[47], dico quod aliquis potest simulare per aliqua argumenta probabilia, assignando aliqua bona sibi inesse 47

APSZBNYQ(μυ)

368 mentitam] *comp.* P | officiose] offensive B$^{+}$ | genti suae] s. g. N | sed] et N *om.* SZ | illi] *add.* in Y 369 intendebant (!) Z | tamen ista] i. t. Q 369-370 perniciositati] officiositati Z$^{+}$ 370 bonum *rep. post* reipublicae N | maxime colentis Deum] D. c. m. Y c. m. N 371 privatae personae] per. pr. BNY | nisi] nec NYQ 372 obviavit Q | in] etiam SZY | contra quemcumque] convenit cuicumque Y | oportet] debet P 373 cuiuslibet] cuiuscumque SZBQ 374 etiam *om.* Q | etiam contra infidelem *om.* Y | posset PZ | uti] in N 375 cautelis] caute vel (!) S | repugnent BN 377 Si] Sed PSNY | Si etiam ipsa] Ipsa e. Q | ipsa se] se i. P | adornavit = A ordinavit P adornit (!) S oravit (!) *ante* se Y ornavit *rell.* μυ | ut *rep. ante* ea S | caperetur Holofernes] H. c. Q 378 conspectu] aspectu NQ | eius] sic Q | eum — ea] ipsum velle peccare secum mortaliter Q | mortaliter *post* ea B 378-379 cum — mortaliter *om.* PY 379 velle *rep. post* alium Q | alium peccare] p. a. Z | est peccare mortaliter] e. peccatum mortale Q *om.* B$^{*}$ | non] *praem.* unde Q 379-380 videtur] est B 380 quod *rep. ante* certum S$^{+}$ | ipsa *om.* BNYQ | se custodivit = A se custodiat S excusanda sit B excuta sit (!) Y excusata sit *rell.* μυ 381 ita] licet NYQ *add.* licet ZB | in Scriptura — recitatur = A recitetur in Scr. et redderetur Z narretur (*spat. vac.* S) in Scr. et recitetur *rell.* μυ | in Ecclesia *om.* Y 382 ibi *post* religionis N | ibi erant] e. i. YQ i. erunt P erunt i. B | religiositatis Q 382-383 licet — liceant] tamen non laudantur nec licent B$^{1}$ | licet — connexa] aliqua tamen ibi annexa nec laudantur nec licent Qμυ 383 non] nec SZ o$^{c}$ B$^{+}$ | aliqua *om.* SZBN | connexa = A sibi c. Z ibi c. (c.] annexa PBY) *rell.* 384 de simulatione *om.* SZ 385 aliqua$^{1}$ *om.* Y | argumenta probabilia] p. a. B signa p. Q p. signa N | assignando] ostendendo Q *om.* N | sibi inesse] se habere *ante* aliqua$^{2}$ Q

T [47] Cf. supra n. 6.

quae non insunt (puta per genuflexiones et adorationes devotionem sibi inesse, quae non est in eo); et talis simulatio est hypocrisis et peccatum mortale.

48 Aliquis autem potest simulare mala non inesse: vel ostendendo signa opposita illis malis, vel non ostendendo signa quae consueverunt communiter consequi illa mala. – Et primum istorum videtur pertinere ad hypocrisim, puta si aliquis luxuriosus – audiens loqui de mulieribus – spuat in signum castitatis exsecrans, cum habeat oppositum in corde. Secundum non est malum aliquod reprehensibile[48], immo sicut[49] potest esse in malo, est laudabile, quia vituperabile est praedicare eo modo quo dicitur de quibusdam: *Peccatum suum sicut Sodoma praedicaverunt nec tacuerunt*[50]; etsi enim malum sit interius in corde, tamen addere malum signum exterius est addere malum malo.

49 In indifferentibus autem aliquis potest facere aliqua facta quae ex natura sui sunt signa alicuius; aliquis alius etiam potest facere aliqua quae non sunt signa ex natura sui, sed scit ea concipi a praesentibus tamquam signa. Puta, ex natura rei sudare est signum fatigationis vel alicuius resolutionis corporalis; spumare autem, ita quod saliva decurrat per barbam, non est ex natura sua signum insaniae mentis (potest enim compos mentis emittere salivam, ita quod fluat per barbam), tamen a circumstantibus potest aliquis scire hoc iudicandum sicut signum furiae vel amentiae (puta quia illa consueverunt esse signa furiosorum in terra illa).

APSZBNYQ(μυ)

386 insunt] sunt Z habent Q | puta] ut Q pauca $Z^+$ *om.* S | per *om.* B | et *om.* SZ | et adorationes] *om.* P *add.* potest ostendere Q | devotionem] daemonum $Z^+$ 387 est in eo] inest BNYQ 388 peccatum] *praem.* est Q *add.* est NY | mortale *om.* NYQ 389 Aliquis autem potest] Alio modo p. al. Q | autem *om.* BNY | simulare] ml'a (!) Y | non *om.* $Z^+$ | inesse] *add.* sibi Y *add.* sibi, et hoc Q | vel *om.* Y | ostendendo] ostendere ASZ loquendo Y 390 opposita — signa *om.* $P^2$ | malis *om.* $P^2$NY | consueverunt] *post* communiter (391) Q consueverant A consueverint B consuevit (!) N 391 sequi ZBQ | illa mala] m. i. Q | Et *om.* PQ 392 hypocrisim] hypostasim S | luxuriosus] respondetur S´Z *om. relinquendo spat. vac.* $S^1$ | audiens] audiat B mendetur (!) $Z^+$ 393 spuat] spernat Q | exsecrans, cum habeat] ostendens se habere Q | cum] quod N qui Y tamen Z 394 Secundum] Tertium Y | malum aliquod] a. m. Q | aliquod *om.* NY | reprehensibile] respective AN *om. rell.* μυ 395 immo *om.* N | sicut] signum tale SZ | potest] *add.* laus *in corr.* $Q^1$ | esse in malo] ostendi male et non SZ 396 praedicare] peccare vel p. A *add.* peccatum proprium Q | quibusdam] *add.* qui PB | Peccatum suum] Suum pecc. B 397 Sodoma = NQμυ | praedicarent Z | nec] et sic Y | tacuerunt] statuerunt A | enim *om.* NY | malum] malus PSZ *add.* eius N | sit] *add.* esse malum Q 398 tamen addere] a. t. Q | malum — addere² *om.* $P^{\pm}$ | exterius] eius S 399 differentibus AS | aliquis potest] p. a. BQ | aliqua] *add.* mala A | facta] peccata S 400 sui] sua BY | sui — facere *om.* Q | aliquis *om.* B | alius etiam = A a. e. non B autem P 400-401 aliqua] alia Y *praem.* et Q *add.* facta PB

F *396-397* Is. 3, 9: «[Hierusalem et Iudas] peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt nec absconderunt».

T [48] Loco «reprehensibile», quod verbum ceteri codices omittunt, codex A tradit: «respective». – Cf. infra nota 50. [49] id est: in quantum. [50] Cf. THOMAS, *Summa theol.* II-II q. 111 a. 1 arg. 4 (IX 429*a*): «Praeterea, Is. 3, contra quosdam dicitur: 'Peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt, nec absconderunt'; sed 'abscondere peccatum' ad simulationem pertinet; ergo 'non uti simulatione' interdum est reprehensibile»; ad 4 (p. 430*b*): «Non autem [est simulatio] si aliquis praetermittat significare quod est», scil. non est malum reprehensibile.



[17] Universaliter ergo, de simulationibus prima[51] et secunda[52] dico quod sunt peccata, et dico quod frequenter sunt mortalia, quia hypocrisis; simulatio tertia[53], dummodo aliud malum non concomitetur, est laudabilis, ita quod homo non ostendat unum malum propter aliud malum. In indifferentibus simulatio prima[54], si esset in aliquibus, esset forte mala, – sed non gratiā materiae, puta si aliquis posset facere se sudare licet non laborasset (quemadmodum quidam iocolatores utuntur corporibus suis ad aliquos motus, significantes aliquas dispositiones quae non insunt eis nec praecesserunt); simulatio autem alia, quae est secunda in indifferentibus[55], nullum peccatum est. 50

APSZBNYQ(μυ)

401 signa] alicuius N | ex natura sui] ex n. rei *ante* non Q | sui] sua $B^-$ | scit] sit S *add.* etiam A 401-402 praesentibus] circumstantibus Q 402 Puta, ex natura *om.* Q 402-403 rei — corporalis *post* natura (400) Q 402 sudare] fundare B *om.* Q | signum] malum $Q^+$ 403 autem] sicut *ante* spumare Q *om.* Y 404 decurrat] determinat Z | non] *add.* enim Y | non est *post* sua Q | est *post* natura Y | sua = AQμυ | insaniae] insanae Y infamiae $Z^+$ 405-406 potest — barbam *om.* Q 405 ita *om.* B | ita quod] et NY | fluat] *comp.* Z fluet BNY 406 a circumstantibus *post* iudicandum (406-407) Q | hoc] *ante* scire B illud Q ad Y 406-407 iudicandum] iudicari Q ad videndum N 407 sicut] tamquam Q si est Y | vel amentiae = A | quia] quod P | illa] ista N talia Q cum Z 408 furiosorum] futurorum $Z^2$ 409 ergo] autem Q | simulationibus] simulatione *post* secunda Q 409-410 dico quod *om.* ZBNYQ 410 sunt] *ante* frequenter Z *om.* BNYQ | quia *om.* SZ 411 tertia] tertio (*add.* modo Z) SZ | dummodo] de ratione Y | aliud] *post* malum B aliquod N ad Y | non *om.* ZN 412 homo *om.* Y 412-413 propter] per PNY | propter aliud malum] p. m. B *om.* Q 413 In *om.* SY | prima] *ante* simulatio B | prima, si esset] posset Y | si esset *om.* Q 414 esset] esse *post* forte Y *praem.* licet Q | sed non] n. tamen Q sic n. P | gratia materiae] graviter NYQ | aliquis] quis ZNYQ 415 facere se] se f. NQ | licet — quemadmodum] sine labore praevio, sicut Q | laborasset] observet Y 416 utuntur] nituntur Z | corporibus] corporalibus (*post* suis Q) YQ 416-417 significantes aliquas] signatos, qui sunt aliquae SZ 417 aliquas] alias BN | insunt] sunt (*add.* in NY) BNY *add.* ibi Z | eis *om.* Q 418 autem] enim Y *om.* PSZBNQ | alia] quinta PNQ *praem.* quinta B | in *om.* A

T [51] Cf. supra n. 47. [52] Cf. supra n. 48 (»ostendendo signa opposita illis malis»). [53] Cf. ibid. («vel non ostendendo...»). [54] Cf. supra n. 49. [55] Cf. ibid.

51 Et talis fuit simulatio David[56]. Simulationem Iehu non oportet excusare, quia praeter illam simulationem quae forte excusari posset[57], adduxit mendacia: *Sacrificium magnum mihi est Baal*; quod mendacium, licet ex intentione sua esset quodammodo officiosum, quia destructivum cultus Baal, tamen ex ratione sui erat perniciosum: non solum ex ratione sui quia procurativum mortis aliorum, sed etiam procurativum quantum erat ex se ad cultum Baal, – et licet iste c o m m e n d e t u r ex destructione cultus Baal et persecutione eius, tamen v i t u p e r a t u r quia non recessit a vitulis Ieroboam, nec fuit verus cultor Dei Israel.

---

APSZBNYQ(μυ)

420 talis] *add.* secunda S | simulatio] *add.* secundum N | Simulationem] *add.* vero Q | Iehu] Ih Q´ Iesu Q¹ seu Z Gen. P | Iehu non] *spat. vac.* S | non] nec Y 421 excusare] excutere Y | quia] quod ZY | simulationem *om.* Q 421-422 excusari posset] p. e. Q 422 mendacia] *add.* dicens Q | magum mihi] mi. ma. BNYQ | quod] quia SZ 423 licet] sed Z | ex intentione] secundum intentionem suam Q 424 destructivum] destructum Z⁺ ad destructionem NY | cultus *om.* P | sui] sua BNYQ 425 ex ratione sui *om.* BNY 425-426 quia — etiam *om.* Y | mortis — procurativum *rep.* P 425 aliorum] illorum *utrobique* P istorum N illarum Q *add.* eorum B 426 ex se] extra se P ex apparentia BNY | ad cultum] cultus PSZ 426-428 et — eius *om.* Y 427 iste] ille N 427-428 ex — eius] in quantum detestabatur et persequebatur cultum Baal BNQ 427 destructione cultus] ex detestatione quam habuit (*add.* circa P) PSZ 428 vituperatur] *comp.* S vituperabatur (*ante* tamen Q) BNYQ mentitur Z | recessit] processit Z praecessit S | vitulis = AB ad victimam Z victima S victis lis P cultu *rell.* μυ 429 nec] non P | Israel *om.* AS

F *422* IV Reg. 10, 19. Alia mendacia ibid. 10, 18-19. *427* IV Reg. 10, 30. *428* IV Reg. 10, 29. 31.

T [56] Cf. supra n. 6. [57] cf. ibid.

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

# B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

# OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. IOSEPHI RODRIGUEZ CARBALLO

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE

P. BARNABA HECHICH

SOCIIS

PP.: BENEDICTO HUCULAK, IOSEPHO PERCAN, SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA

X

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MMVII

## [DISTINCTIO TRIGESIMA NONA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM OMNE PERIURIUM SIT PECCATUM MORTALE]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam nonam quaero[a] utrum omne per- 1
iurium sit peccatum mortale[1].

Quod non: 2

Quia aliquando iuratur quod illicitum est implere, Causa 22, quaestione 4, « In malis » etc.; quod autem de se est illicitum, non fit licitum per iuramentum, igitur post iuramentum illud remanet illicitum, – et ita implendo illud quod iuravit, peccat mortaliter; ergo non implendo illud, non peccat mortaliter. Nullus enim est perplexus in Lege christiana, ut scilicet sive faciendo sive non faciendo peccet mortaliter (quod videtur esse perplexum); et tamen iste, non implendo quod iuravit, periurat; ergo periurare illud non est peccatum mortale.

Item, gravius est iurare per Deum quam per Evangelium, Causa 22, 3

---

1* [a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Nunc de periurio »[1+]. Circa istam trigesimam nonam distinctionem, in qua Magister agit de periurio, quaeritur.

APSZBNYQ(μυ)

4 *adnot.* Distinctio 39 A[1] *et alii* 4 *et* 1*-2*: Circa — quaero (4) = APSZBNY Nunc (1*) — quaeritur (2*) Qμυ 5 mortale *om.* SZ 7 Quia *om.* NY | aliquando iuratur] potest quis iurare Q 7-8 Causa — etc. *om.* NYQ 8 etc. *om.* Z | de se est illicitum] i. e. de se N e. i. de se B de se i. e. Y | fit] sit S 9 igitur post iuramentum] ig. per iu. PS ig. per iuramentum vel post iu. A *om.* ZB 9-10 remanet illicitum *om.* Y | illicitum *om.* B* 10 implens P | illud *om.* BNYQ | iuravit] remanet N+ | peccavit Z 10-11 ergo — mortaliter *om.* A 11 Nullus enim] quia n. Q | est] *post* perplexus (11-12) N *om.* B 12 Lege christiana] ch. L. B+ | scilicet — non *om.* B | sive[1] *om.* Q | faciendo[1] — faciendo[2]] f. aliquid vel non f. Q faciat sive non faciat Y 13 peccet] peccat ASZ peccatum B 13-14 peccet — implendo *om.* N 13 videtur] *add.* dicere Q | esse perplexum] p. e. Z 14 periurat *om.* Z | periurare] periurium vel p. A | illud] *ante* periurare Q *om.* BN 16 Item] Praeterea BNYQ | periurare Y | Deum] idem S | per] *add.* sanctum NY 16-17 Causa — fuerit] *ante* per (16) Z *ante* quam (16) S *om.* BNYQ 16 22 = S 21 A 11 Z

F 7 GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 22 q. 4 c. 5 (CIC I 876): «In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti non facias: impia est promissio quae scelere adimpletur».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 39 q. un.

[1+] LOMBARDUS, *Sent.* III d. 39 c. 1 (SB V 218).

quaestione 1, «Si aliqua causa fuerit», sicut[2] per auctorem quam per opus eius, sicut maius et gravius est iurare per templum quam per aurum (maius enim est *templum quod sanctificat aurum*, quam aurum quod sanctificatur per templum), et hoc quantum ad reverentiam; ergo si peccatum mortale est periurare, maximum peccatum mortale est periurare per Deum: igitur communes personae consequenter tota die peccant mortaliter, quia pro nihilo habent iurare per Deum etiam asserendo aliquod falsum vel aliquod dubium (quod non est certum), – quod videtur durum.

4 Item, non omne iuramentum promissorium[3] necessario obligat, Causa 22, quaestione 4 per totum: 'Melius est vota stultae promissionis non implere quam crimen committere'; ergo nec ibi periurium est peccatum mortale.

5 Probatio antecedentis:

De iuramento coacto, *Extra*, 'De iureiurando' (quaere)[4].

---

APSZBNYQ(μυ)

17 aliqua] autem S | fuerit *om.* A | sicut] *add.* patet NYQ | auctorem] auctoritatem Z auctoritatem (auctorem P) Salvatoris PB[+]N Salvatorem, Matth. 23 (23] *spat. vac.* Q) Qμυ 17-18 quam — eius *om.* PNYQ 18 eius = A | sicut] si P et B quod NY | maius — est = A m. e. PQμυ e. m. SZ e. melius N e. iustitiae Y | quam *rep. ante* per S 19 maius enim] magis e. BNY quia m. Q | aurum[2]] *ante* sanctificat Y aurum quam aurum Q´ auro PQ[1] 21-22 peccatum[1] — Deum] periurare est p. mortale, periurare per Deum erit maximum peccatum mortale Q 21-22 mortale *om.* N 22 est] erit SZY 22-23 igitur — Deum *om.* P 22 communes] omnes (*add.* quasi N) AZBN | consequenter = A 23 tota die *post* mortaliter N | peccarent N | quia] qui S cum N | habeant N 24 etiam *om.* A | asserendo *post* falsum B | aliquod[1] *om.* Q 24-25 vel — certum *om.* NYQ 25 quod videtur durum *om.* SZ 26 Item] Praeterea BNYQ | omne] est N[+] | promissorium] permissum (!) Q | necessario obligat] o. n. BQ 27-28 Causa — committere *om.* P[1] (¶ *sign.* Vacat P[1]) NYQ 27 est vota *rep.* P 27-28 permissionis (!) P 28 committerem P | ergo nec] n. e. NY n. Q | periurium] periuramentum SN[+] 30 Probatio antecedentis] Antecedens probatur Q 31 De] *praem.* Primo Q | iusiurando PSZ | quaere] Quemadmodum P *praem.* Quemadmodum A *om.* B *add.* Pervenit [*cf.* GREGORIUS *IX, Decretales II tit. 24 c. 2 «Pervenit»] (CIC II 359)*] Z

F *16* GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 22 q. 1 c. 11 (CIC I 864): «Modicum videtur facere qui iurat per Deum; qui autem per Evangelium, maius aliquid fecisse videtur! Quibus dicendum est: Stulti! Scripturae propter Deum sanctae sunt, non Deus propter Scripturas». *19* Matth. 23, 17: «Quid enim maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum?». *27* GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 22 q. 4 c. 1 (CIC I 875): «Tolerabilius esset stultae promissionis vota reicere quam per inutilium promissorum custodiam exhorrendam criminum implere mensuram»; similiter ibid. c. 2-23 (col. 875-882). *31* GREGORIUS IX, *Decretales* II tit. 24 c. 8 (CIC II 362): «[Urbanus III]: A pluribus praedecessoribus nostris factum esse recolitur

T [2] subintellige: gravius est iurare. [3] Cf. infra nota 30. [4] Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 39 princ. 2 q. 2 arg. 1 (III f. 151*va*).



De iuramento etiam doloso patet quod iurans non intendit se obligare: nullus enim obligatur nisi intendat se obligare, *Extra*, 'De iureiurando', «Petitio», Innocentii glossa, ubi dicitur quod 'si aliquis quinquies iuret non stare contra aliquem alium, potest sexto stare contra eum, non obstante contra iuramentum, in causa ipsa Ecclesiae et communitatis'[5]. 6

De iuramento incauto probatur quod si iurans impleat illud, vergit in peiorem exitum, 22 quaestione 4, «Si quis»; igitur maius malum est implere[6]. 7

---

APSZBNYQ(μυ)

32 etiam] *ante* De Z *om.* Q | quod] quia SZY | iurans *om.* PSZ 33 enim] autem PBNYQ | obligatur] se obligat Q | se *om.* B 33-37 Extra — communitatis *om.* NYQ 34 iusiurando Z | Petitio] *in corr.* B[1] *add.* cap. 4 A *add.* in quarto P | Innocentii] in. *codd.* 35 quinquies] *post* iuret B´ *om.* ZB[1] | alium *om.* PSZB | sexto] tamen B tamen iuramentum Z *add.* tamen S 36 contra iuramentum] iuramento B sacramento Z | ipsa *om.* PB 37 et] etiam et A | communitati SZ 38-40 De — implere *post* matrimonium (43) Q 38 probatur] *add.* idem B[2] | quod] quia NYQ illud SZ | iurans *om.* BNYQ | illud *om.* Z 38-39 vergit] fit NYQ 39 22] 25 APZ causa 25 S | 22 — quis *om.* NYQ | maius] minus NY *om.* Q 40 est] *add.* non NY

quod clerici qui coacti ministerium Ecclesiae abiurarunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, et – ad coercendam iniquitatem eorum qui ecclesiasticos viros ad praestandum illud iuramentum compulerant – permissi sunt in eadem Ecclesia ministrare»; c. 21 (p. 367): «Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod dudum a te quasi per extorsionem tale fuit praestitum iuramentum, quod in omni causa deberes ordinem iudiciarium observare... Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes..., fraternitati tuae... intimamus quod... non credimus te teneri servare subtilitatem ordinis iudiciarii»; c. 2 (p. 359-360).

F *33* GREGORIUS IX, *Decretales* II tit. 24 c. 31 (CIC II 372): «Honorius III... Nobilis vir... Antiochenus, timens conspirationes aliquas fieri contra eum, a vobis iuramentum extorsit quod contra ipsum de cetero non essetis... Nos igitur... declaramus vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus et honoribus... vestris legitime defendendis contra ipsum principem stare libere valeatis»; glossa in *Decretales Gegrorii IX cum glossis* II tit. 24 c. 31 (ed. Venetiis 1572, 498*a*): «Habito respectu ad glossam Innocentii [IV], hoc capitulum [scil. cap. 31] sic summatur: 'Qui timenti conspirationem iurat de non essendo contra eum, potest – tali iuramento non obstante – in propriis et ecclesiae suae causis stare contra eum'»; INNOCENTIUS IV, *In quinque libros Decretalium commentaria* II rubrica 24 c. 16 (ed. Venetiis 1570, 343*a*): «Iuramentum non extenditur nisi ad ea de quibus cogitatum est vel debuit merito cogitari...; iuramentum in consilio animae secundum intentionem iurantis recipit interpretationem». – An tamen et ubinam sequentia verba, a Duns Scoto relata, in praedicto Innocentii IV opere inveniantur, nobis non constat. *39* GRATIANUS, *Decretum* pars 2 causa 22 q. 4 c. 19 «Si quis» (CIC I 879): «Tribus siquidem modis iuramenta contracta solvenda sunt: primo...; secundo, cum quis incaute iurat, non putans hoc esse peccatum; tertio...»; sed rectius ibid. c. 6 «Si aliquid» (col. 876): «Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, libere illud salubriore consilio mutandum noverimus».

T [5] Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 39 princ. 2 q. 1 arg. 2 in opp. (III f. 151*rb*). [6] Cf. ibid. q. 3 arg. 2 in opp. (III f. 151*vb*).

8 Et de istis duobus iuramentis, scilicet doloso et coacto, probatur per simile de matrimonio, nam consensus coactus vel dolosus (id est simulatus) non obligat hominem ad matrimonium, *Extra*, 'De his quae vi aut causa metus fiunt', « Si abbas »[7], et *Extra*, 'De sponsalibus', « Cum locum »[8].

9 Contra:

Ex. 20: *Non periurabis; reddes autem Domino Deo tuo iuramenta tua*; *Vovete et reddite,* in Ps.

### [I. – AD QUAESTIONEM]

10 In ista quaestione primo videndum est de ratione iuramenti; et secundo – ex hoc – quod[9] periurium sit peccatum mortale; tertio, de distinctione iuramenti et qualiter iuramenta specialia sunt peccata. [2]

---

APSZBNYQ(μυ)

41 Et *om.* Q | duobus] tribus Y | iuramentis — coacto] simul Q | scilicet] *ante* iuramentis B *om.* NY 42 consensus] sensus Y | vel] et Q | id] hoc BNY 42-43 id est simulatus *om.* Q 43 simulatus] dissimulatus N si latus S | obligant Q | hominem] aliquem (*add.* vel aliquam Q) SZBNYQ | ad *om.* B$^+$ 43-45 Extra — locum *om.* ZNYQ 44 quae] qui P | quae vi aut] vi q3 (!) S | aut — fiunt] *spat. vac.* P´ causa P$^1$ | causa metus] m. c. SB | Si *om.* S 44-45 De sponsalibus] De desponsationibus S 45 locum] bonum A 47 20] 22 B 39 Q | reddes] *spat. vac.* S reddens Z | autem] enim Z *om.* AS | tuo] *om.* Y *add.* omnia AB | tua *om.* B 48 Vovete] *add.* enim APS | reddite] *add.* etc. BNYQ | in Ps.] et in Ps. (*add.* et Y$^+$) *ante* Vovete B | Ps. *rep. ante* Vovete P 50 ista quaestione] q. i. Q | videndum] ostendendum S | et *om.* B 51 sit] est Q 51-52 tertio — peccata *om.* Q 52 specialia] specialiter Y *om.* B | sunt] sint SNY

F *43* GREGORIUS IX, *Decretales* I tit. 40 c. 2 (CIC II 219): «Quae metu et vi fiunt, de iure debent in irritum revocari»; quae verba ad matrimonium applicat glossa, *Decretales Gregorii IX cum glossis* I tit. 40 c. 2 (ed. Venetiis 1572, 293*a*): «Et est verum quod subvenitur metum passo [scil. ei qui metum passus est], nisi culpa sua inciderit in metum..., et tamen non tenet matrimonium contractum per metum...: qualiscumque metus interveniat, culpa sua vel sine culpa, matrimonium contractum per metum non tenet, nec obligatur qui hoc facit, etiam si iurat, quia matrimonia libera debent esse». *44* GREGORIUS IX, *Decretales* IV tit. 1 c. 14 (CIC II 666): «Cum locum non habeat consensus ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut, ubi assensus cuiusquam requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus qui de invitis solet nuptiis provenire». *47* Ex. 20, 7: «Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum»; sed rectius Lev. 19, 12: «Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui»; Matth. 5, 33: «Non periurabis; reddes autem Domino iuramenta tua»; Ps. 75, 12: «Vovete et reddite Domino Deo vestro».

T [7] Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 39 princ. 2 q. 2 arg. 1 in opp. (III f. 151*va*). [8] Cf. ibid. in corp. (III f. 151*va*). – De iuramentis coacto, doloso, incauto, cf. infra n. 37-41. [9] scil. concludendum est.



### [A. – DE RATIONE IURAMENTI]

Quantum ad primum dico quod iuramentum est assertio dicti 11 humani quod ipsum sit verum, et hoc ultimate iuxta illud ad Hebr. 12: *Omnis controversiae finis est adiuramentum.* Homo enim, sciens hominem esse mendacem et ignorantem, et per consequens posse fallere et falli, non potest certam fidem adhibere dictis suis; et ideo inventus est modus asserendi dicta, adducendo alium testem, et veracem et scientem, qui nec fallere potest nec falli, – et hoc fit iurando: adducitur enim ibi Deus, qui scit veritatem et mentiri non potest, tamquam testis assertionis meae.

### [B. – PERIURIUM EST PECCATUM MORTALE
### 1. – SOLUTIO]

Ex hoc sequitur propositum de periurio, quia 'adducere Deum 12 tamquam testem falsi' est irreverentiam facere Deo: vel adducendo[b] Deum tamquam testem ignorantem veritatem, et ita non omniscientem, – vel adducendo eum tamquam volentem testificari quod falsum est, et ita non esse omnino veracem. Utroque autem modo fit irreverentia immediate Deo, contra illud praeceptum primae tabulae *Non accipies nomen Dei tui in vanum;* et ideo utroque modo, si ex deliberatione fiat, est peccatum mortale.

---

[b] *Loco* adducendo *a Duns Scoto ponitur*: adducere[2+].

APSZBNYQ(μυ)

55 ultimate] utilitale Y | ad *om.* NYQ 56 12] unde S *om.* NYQ | est] *ante* finis Z *om.* NY | est adiuramentum] adest iuramentum Q | Homo enim] Unde S 57-58 falli et fallere B 58 fidem *om.* A$^{\pm}$ | suis] ipsius P 59 alium] *add.* in Q 59-60 et — scientem] qui est verax et sciens Q 60 fallere *rep. post* potest B$^+$ | potest *post* falli Q | et hoc fit] quod fit dum Q et fit hoc B et sic S | fit] sic P 61 enim ibi] i. e. Y e. ei B e. S in testem assertionis ipse (*cf. ad* 62) Q | qui] quia NY | potest] *add.* sic Y 62 tamquam — meae *om.* Q | meae] verae N 65 Ex] Et ex Q | quia] quod P | Deum] eum NY 66-67 testem — testem *om.* NY 66 falsum B | irreverentiam facere] f. i. Q 66 *et* 3$^*$: adducere (3$^*$) *codd.* μυ 67 Deum] eum PZQ *om.* B | testem *om.* Q | veritatem *om.* A | non] nec *om.* NY 67-68 omniscientem] omnem scientem S 68 vel] et Q | adducere NYQ | volentem] *add.* eum B 69 est] *add.* etiam Q | et — veracem *om.* Q | ita] ideo B sicut NY | esse] *ante* non B *om.* NY | Utrobique N 70 immediate] *post* Deo BNYQ *om.* Z | illud praeceptum] p. i. Q | primae] secundae Z 70-71 primae tabulae *om.* Y 71 accipias SZ | nomen] verbum Y | Dei] Domini Z *praem.* Domini PS | ideo *om.* B

F *55* Potius Hebr. 6, 16: «Homines enim per maiorem sui iurant, et omnis controversiae eorum finis ad confirmationem est iuramentum». *71* Ex. 20, 7.

T [2+] Corrigitur virtute subsequentis verbi «adducendo».

[2. – DUO DUBIA CONTRA PRAEDICTA]

13 Sed hic sunt duo dubia: primum est an indeliberatio excuset ipsum[10] esse mortale peccatum; secundum, an adducens Deum testem modo praedicto ad aliquid quod[11] credit esse verum licet non sit verum, vel ad aliquid de quo habet aliquam opinionem tamen magis assentit opposito, peccet mortaliter. [3]

[a. – DE PRIMO DUBIO]

14 Quantum ad primum istorum, conceditur communiter quod unicum periurium leve[12] non est peccatum mortale.

15 Tamen 'consuetudinarie periurare' est mortale. Et videtur hoc posse probari, quia 'habitus generatus ex multis actibus' inclinat ad graviorem actum quam sint actus praecedentes.

16 Sed contra hoc[13]: si primus actus periurandi non sit peccatum mortale, ergo nec quicumque alius, etiam ex quocumque habitu fiat, quia habitus inclinans non potest facere actum graviorem: nam si aliquis acquireret ex actibus incontinentiae magnum habitum et cito poeniteat, si post poenitentiam habeat motum aliquem inconti-

APSZBNYQ(μυ)

74 Sed] *add.* si P | hic] *post* sunt B *om.* NY | sunt] *add.* modo N | primum est] unum BNYQ | est] etiam S | deliberatio Z 74-75 excuset — peccatum] excuset a peccato mortali BNYQ *praem.* excuset a peccato mortali vel P 75 mortale peccatum] p. m. Z | adducens] ducens B | Deum] *add.* in Q 76 ad] aliud S 77 sit] scit Y | verum *om.* ZQ | vel] puta Q | ad aliquid] ad aliquod PS al. aliud Z | aliquam] aliam NY | tamen] et Q *praem.* sed Y 78 opposito] opponendo P illi parti pro qua iurat Q 80 istorum *om.* BNYQ | conceditur communiter] com. con. Q 81 periurium] per ⌊*spat. vac.*⌋ P 82 Tamen] *add.* ex $B^{2}$ | consuetudine SZB consuetudinale P | periurare] perierare S peierare ANYQ | mortale. Et videtur hoc = A peccatum m. Et h. v. *rell.* μυ 83 probari] exprobari $S^{+}$ poni NYQ | generaliter N | inclinatur Z 84 actum *om.* NY | sint] sit Z fuerint P | actus *om.* BNYQ | praecedentis SZ 85 Sed *om.* Q | actus] gradus B | periurandi] peierandi BN perierandi S peierandi vel p. A peiorandi Y | sit] est Q 86 etiam] erit B et Y est P | quocumque] quantocumque vel q. P 87 actum graviorem] g. culpam Q 88 aliquis] quis ZBYQ | acquisivit BNYQ | ex actibus *om.* Q | incontinentiae] *post* habitum Q continentiae $B^{+}$Y 89 cito] postea BQ | poeniteat] poenitet Y poeniteret P | poenitentiam] *comp.* $S^{+}$ | habet ZBNYQ | motum aliquem] a. m. Q

F *80* BONAV., *Sent.* III d. 39 a. 1 q. 3 in corp. et ad 4 (III 865*b*-866*a*. 866*b*); RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 39 princ. 3 q. 2 in corp. (III f. 152*rb*); AEGIDIUS ROM., *Sent.* III d. 38-40 q. 3 in corp. (ed. Romae 1623, 636*b*); RICHARDUS FISHACRE, *Sent.* III d. 39 q. 2 in corp. (BAW XXIII 220-221).

T [10] scil. periurium. [11] subintellige: periurans. [12] scil. indeliberatum [13] Cf. supra n. 15.



nentiae, licet ad illum inclinet magnus habitus, tamen non est in eo peccatum mortale, immo nec gravius notabiliter quam esset in aliquo alio nullum habitum habente.

Confirmatur, quia habitus non potest esse gravior, si quam gravitatem habeat; cum tamen nullam habeat[14] culpabilem – proprie loquendo – nisi ex actibus, ergo cum actus ex quibus generatur habitus sint veniales, habitus non faciet aliquam gravitatem mortalem in actibus elicitis ex habitu. 17

[4] Videtur ergo posse dici quod habitus vel consuetudo nihil facit ad propositum, sed periurium est – ex pleno consensu – et[15] contra praeceptum primae tabulae, et per consequens immediate avertens a fine ultimo, et ita nihil deficit sibi de ratione peccati mortalis. 18

Si autem fiat periurium indeliberate, quantumcumque frequenter fiat, cum actus meritorius requirat quod sit plene humanus, et ita ex deliberatione plena etiam actus demeritorius omnino idem requireret (non enim est Deus pronior ad puniendum quam ad condonandum), potest dici quod illud periurium indeliberatum – etiam quotiescumque iteratum – non est peccatum mortale. 19

Tamen, sicut dictum est prius in materia de virtutibus, virtuosus habet deliberationem brevem (quae non videtur deliberatio, propter eius brevitatem), quia habet prudentiam magnam qua promptus est ad deliberandum quasi in tempore imperceptibili[16]; ita etiam 20

APSZBNYQ(μυ)

90 magnus] maior Z magis N | tamen] *post* non Q *om.* PSZBNY 91 nec] non Y | notabiliter] moraliter Q | quam] cum $Q^{+}$ 91–92 aliquo *om.* BNYQ 92 alio *om.* Z 94 habeat$^{1}$] habet Q | cum — habeat$^{2}$ *om.* P 94-95 habeat$^{2}$ — actibus] habent actus ex quibus generatur, licet proprie loquendo nullam gravitatem culpabilem habeat Q 95 nisi ex actibus] natura eget (!) S *om.* NY | ergo cum] c. e. Q | ex quibus *om.* Q 95-96 habitus *om.* NYQ 96 habitus] *add.* ille Q | faciet] faciunt Y faciant Q | mortalem] moralem SZ *om.* Q | in] ⌊...⌋ $B^{+}$ ex N 97 elicitis ex habitu *om.* Z 98 faciat BY 99 sed] si N *add.* si SZ | periurium *rep.* B | contra] propter Z 100 avertens] *comp.* S auferens Y 101 a fine ultimo] a Deo qui est finis ultimus B | nihil *post* sibi B | de] ex NY in Z | mortaliter Z 104 ita] hoc est esse Q | liberatione B | plena] *ante* deliberatione Q plene P | etiam = A et *rell* μυ | actus *om.* BNY | omnino = A non minus *rell.* (*om.* Y) μυ 104-105 idem requireret] i. requirat PNY requirat (*add.* idem $B^{1}$) B requirat illud Q 105 est] *ante* enim Q *post* Deus Y *om.* Z 106 condonandum] condolendum N condemnandum Q 107 etiam] et BY | quodcumque Y | est] sit Y 108 Tamen] Cum Y Advertendum tam. quod Q | prius] supra Q *om.* ZB | in — virtutibus] de virtuoso Q | virtuosus] *om.* Y *add.* qui Q 109 habet deliberationem brevem = A b. h. d. Z h. b. (b.] breviorem B) d. *rell.* μυ | quae] quando Y 109-110 propter eius brevitatem *om.* NYQ 111 quasi] quod Y | perceptibili Q | ita] $2^{a}$ S | etiam *om.* NYQ

T [14] supple: gravitatem. [15] scil. etiam. [16] Cf. supra d. 33 n. 77.

posset aliquis ex habitu opposito prudentiae acquirere sibi facilitatem deliberandi prompte de opposito, quasi in tempore imperceptibili, et illa deliberatio sequens habitum esset sufficiens ad rationem peccati, sicut consimilis deliberatio esset in bono sufficiens ad rationem meriti.

21 Non ergo distinguo – quantum ad rationem peccati mortalis – quantum ad[17] raritatem et frequentiam periurii, sed inter deliberationem et indeliberationem, ita quod deliberatio concurrens reddit peccatum mortale (et hoc, sive unica sive ex consuetudine), indeliberatio excusat sive semel sive quotiescumque.

### [b. – DE SECUNDO DUBIO]

22 Quantum ad secundum dubium dico quod ille – cui iuratur – [5] aut accipit (ex lege positiva aut ex communi consuetudine) quod iuramentum sit tamquam simpliciter assertivum iurati, aut non tamquam simpliciter assertivum sed probabiliter inductivum ad credendum iurato.

23 Primo modo dico quod iurans quomodocumque dubium (id est quod non est simpliciter certum et verum et deliberate), peccat mortaliter, quia – ad confirmandum illud quod asserit esse simpliciter certum et verum – inducit 'testem' Deum, cum non sit simpliciter certum.

---

APSZBNYQ(μυ)

112 prudentiae *om.* Q | sibi *om.* BNYQ 112-113 facultatem Z 113 deliberandi *in corr.* B$^1$ | quasi] quod Z *praem.* et Q 113-114 perceptibili NQ 114 illa] talis Q | sequens habitum *om.* Q 115-116 peccati — rationem *om.* P 115 consimilis — bono] deliberatio esset NY illa est Q | esset *post* bono B 117 Non] *add.* est Z | ergo *om.* Q 118 quantum ad] inter Q *praem.* vel N | raritatem] caritatem P 119 et indeliberationem] et inter i. A et deliberationem NYQ *om.* P 120-121 unica — sive$^1$ *om.* Q 120 ex *om.* N 124 aut$^1$] an ZY | aut$^2$] an P vel BNYQ | quod *om.* B$^+$NY 124-125 quod iuramentum sit] i. PQ 125 sit] debet esse SZB$^2$ *om.* B´NY | tamquam] *om.* SZ *add.* quasi P | iurati] iuramenti S iurare Y 125-126 iurati — assertivum *om.* PZ 125 aut] autem Y 126 simpliciter assertivum] a. s. N | sed] *add.* tamquam YQ 127 iurato] iuramento SB iurando Y 128 modo *om.* B | quomodocumque] quandocumque Y quodcumque Q | id est] quod sit A$^+$ hoc e. PB´NYQ et B$^1$ 129 est *om.* B$^+$ | et$^1$ — deliberate *om.* Q | et verum = A 130 quod asserit *om.* N | esse] *post* simpliciter (130-131) NY *om.* B$^+$ 131 certum] (...) Z$^*$ | testem Deum] D. t. BNYQ | cum] *add.* tamen illud Q 131-132 sit simpliciter] simpl. sit N 132 certum] *in corr.* B$^1$ testis Y

T [17] seu inter.



24 Et hoc modo debent intelligi omnia iuramenta illorum qui aliquid iurant in iudicio, pro quo sententia – qualis consuevit ferri – non debet ibi ferri nisi illud assertum sit simpliciter certum. Verbi gratia, sententia mortis non debet ferri nisi pro crimine certo; igitur iurans istum esse criminosum cum non sit certus, quantumcumque tamen probabiliter coniecturet eum esse talem, et hoc iurans in tali foro, ubi ex lege positiva vel ex consuetudine sequitur condemnatio ad mortem, peccat mortaliter. Consimiliter[18] in foro quocumque, ubi – ex hoc quod aliquis convictus est per iuramenta – condemnatur tamquam reus simpliciter vel tamquam infamis infamia iuris: ibi enim non tantum fit irreverentia nomini Dei contra praecepta primae tabulae, sed est mendacium perniciosum, quia nocivum proximo[19].

25 Et si dicas 'est utile reipublicae, alioquin mali nimis multiplicarentur', respondet Deus: *Iuste, quod iustum est, exsequeris.* Sunt enim quaedam mala, quae non sunt punienda per homines sed sunt relinquenda ultioni divinae, – puta omnia in quibus homo, ut homo, nec potest[20] sufficienter docere veritatem eo modo quo debet do-

---

APSZBNYQ(μυ)

133 hoc modo *rep. ante* verum (131) PB$^+$ | deberent S | omnia *om.* Z | illorum] istorum N eorum B 133-134 aliquid *om.* Q 134 iurant] curant Z | quo] quorum testimonio non deberet Q | sententia] similia Z *add.* ferri SY | qualis] aliqualis AB qualiter SZ | ferri] *ante* sententia Q inferri (*add.* tale enim iuramentum B$^2$) A$^+$B 135 non — ferri *om.* Z | debet] deberet Y *om.* Q | ferri] fieri B *om.* Y | assertum] assumptum Y | sit] *rep.* N est B esset ut Q | certum] necessarium Z 136 non *om.* Y | ferri] f. vel fieri A inferri B | crimine certo] ce. cr. B 137 istum esse] istud Q | certus] certum (*add.* de hoc Q) ABQ 138 tamen *om.* Q | probabiliter *post* talem Q | coniecturet] coniecturaret A coniectaret S *praem.* non Q | hoc iurans] i. h. Q 139 foro] facto Q$^+$ | ex$^2$ *om.* BNYQ 139-140 damnatio Z 140 mortaliter *om.* Y | Similiter NY 141 ex] per A | convictus est] convincitur Q | per iuramenta = SZ$^1$ per iuratos vel p. i. P p. iuratos Z´NY per iuratus vel (p. i. v. *om.* B$^1$) p. iurata B p. iurantes Qμυ de periurio A 142 tamquam] ut Q *om.* Z$^1$ | reus] falsus S *om.* Z 142-143 vel — iuris = A 143 ibi enim] qui e. i. S | reverentia Z | Dei] Domini N *add.* vel Domini PSZ 144 praecepta = AS´ praeceptum S$^1$ *rell.* μυ | est mendacium] e. NY etiam e. quid Q 146 dicas] *add.* quod Q | alioquin] quia alias N 147 respondit SZ | Deus] D. (*sic*) Q *add.* Deut. (*et sequitur parvum spat. vac.* Y) NY | est *om.* Z | exsequere BNYQ 148 sed sunt = A sed per S quia per P sed *rell.* μυ 149 ultioni] volitioni B | in quibus] quae Q | ut homo *om.* PZ 150 nec = A non *rell.* μυ | sufficienter] *add.* scire, de quibus non potest sufficienter Q | docere] dicere B | debet = AP deberet *rell.* μυ

F *147* Deut. 16, 20.

T [18] supple: fit. [19] De mendacio pernicioso cf. supra d. 38 n. 23. [20] id est: ne potest quidem.

ceri ad hoc quod iuste feratur sententia debita punitiva. Nec in istis sunt soli testes culpabiles, sed etiam iudex: si et ipse sciat quod ex consuetudine testes non testificantur sub iuramento nisi de credulitate, tunc non debet ferre sententiam talem qualis esset ferenda si culpa esset simpliciter probata coram eo; scit enim ex consuetudine culpam non esse sufficienter probatam coram eo ut tali poena puniatur.

26 Si autem ex lege positiva vel consuetudine habeatur quod iuratus[21] non teneatur deponere de certitudine sed tantum de credulitate[22], tunc iurans non peccat, dummodo ex signis probabilibus coniecturet illam partem magis quam aliam, sicut habetur *Extra*, 'De scrutinio in ordine[23] faciendo', cap. unico: respondet dominus papa[24] quod « quantum humana fragilitas nosse sinit, et scit et testificatur illum ad huiusmodi onus officii esse dignum »; unde respondet dominus papa quod « in tali responsione aliquem peccare non cre- [6]

APSZBNYQ(μυ)

151 quod] ut PSB | feratur = A feretur P ferretur *rell.* μυ | punitiva] positiva PS per iuramentum Y 152 culpabiles *ante* soli Q | etiam] *add* et A | et = A tamen *rell.* (*om.* SY) μυ 153 ex *om.* Q | nisi] ubi P 154 de] sub B | tunc = AQμυ t. enim (*add.* ille Y) *rell.* | debet = AQμυ deberet *rell.* 154-156 ferre — sufficienter *om.* $Z^2$ 154 ferre] *praem.* ille $SZ^2BN$ | talem = A 155 scit] sit P 155-156 scit — eo *om.* NY 156 ut] in P 158 positiva] puniatur $S^+$ | vel] *add.* ex ZNYQ | habeatur] *ante* vel BN *om.* Y 159 iuratus] iurans PQ | tenetur Q | deponere *om.* Q | tantum] *post* credulitate (159-160) B *om.* NYQ 159-160 de credulitate] ex credulitate vel de c. A *add.* quia iuratum habetur pro credito non simpliciter pro certo Q 160 non] nec N | signis] figuris B 161 coniecturet] contractum $Z^*$ | illam partem] p. i. SZ p. istam (*post* magis Q) BNYQ 161-162 De scrutinio] *spat. vac.* S 162 in] et Q *om.* N | ordine] corde B | cap. unico] c. $i^{co}$ (!) Q post 'Ex parte' SZ | respondit SZ 162-163 dominus papa] enim Q *om.* PSZ 163 fragilitas] frigiditas S | nosse sinit = SY n. scivit Z noscere scivit B nosce scivit PN noscere scivit vel n. s. A s. noscere μυ s. Q | $et^1$ *om.* Qμυ et scit *om.* Y | $et^2$ *om.* N 164 illum] illud Q | huius BNY | onus] *post* officii Q hominis Z genus N *om.* Y | esse dignum] est dignus N | unde] et Q non B *om.* PSZ | respondet] dicit Q 165 dominus = A | responsione] testificatione Q

F *161* GREGORIUS IX, *Decretales* I tit. 12 c. un. (CIC II 124): «[Innocentius III]: Ad quod fraternitati tuae taliter respondemus, quod quum nos in diaconum vel presbyterum promovemus, prior diaconorum qui nobis assisti dicit: 'Postulat sancta mater Ecclesia... et nobis interrogantibus si eum cognoverit esse dignum', idem respondet quod 'quantum humana fragilitas nosse sinit...'. Unde in tali responsione...».

T [21] scil. testis iuratus. – De testibus iuratis et non iuratis cf. GREGORIUS IX, *Decretales* II tit. 20 c. 51 (CIC II 339). [22] seu de sua intima fide ac persuasione. [23] seu in sacramento ordinis. [24] seu rectius, papa refert responsionem interrogationi suae solitam dari a priore diacono, sibi assistente, in sacrorum ordinum collatione.



dimus, dummodo contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter asserit illum esse dignum, sed quantum humana fragilitas nosse sinit quum illum, quem indignum esse non novit, dignum debeat aestimare ».

In promotionibus ergo talibus, sive ad quascumque dignitates 27
per electiones sive ad ordines, sive etiam in aliis collegiis (puta in universitatibus ad magisterium, in religionibus ad praelationem vel ad actus alios huiusmodi), si sit consuetudo approbata quod responsiones respondentium – sub iuramento praestito vel sub fide data vel sub obedientia promissa – non debeant intelligi nisi de credulitate 'quantum sinit humana fragilitas nosse', et quod praesidens non novit indignitatem in eo[25], debent omnes tales responsiones intelligi secundum communem consuetudinem, nec respondentes peccant
[7] in aliquo (licet tutius esset ibi loqui cum aliqua adiectione, sicut dicit *Decretalis* praedicta, non simpliciter, sed 'quantum sinit fragilitas humana'[26]). Et in talibus iudex promovens talem non peccat, quia consuetudo est ut talis testificatio de credulitate sufficiat.

Hic igitur 'favor ampliatur et odium restringitur', iuxta illam 28

APSZBNYQ(μυ)

166-168 dummodo — sinit *om.* NY 166-169 dummodo — aestimare *om.* Q 167 asserit illum] i. a. SZ | sed quantum *rep.* $B^+$ 168 nosse] noscere B | sinit] scivit PZ 168-169 quum — aestimare] *post* ordines (171) NY *rep. post* ordines (171) B 168 quum] cum B tam A tamen (*in textu rep.* B) PSZB | illum] nullum Z 168-169 debeat] deberet *in textu rep.* B 170 sive] bene Y | ad quascumque] ad qualescumque B ad quasdam Z ad quaslibet A´ *not.* vel: ad quascumque $A^1$ 171 per — ordines *om.* P | $sive^1$ — etiam] fiendas Q | ad *om.* A | aliis] quibuscumque Q | collegiis] collectiones (!) S 172 ad] *praem.* et A 173 ad actus alios] ac. al. Y ad ac. aliquos Z ad aliquos al. ac. Q ad ac. illos vel ad al. A | huiusmodi = A | si *om.* $B^2$ | sit] *post* approbata Y est N | approbata] appropriata SZ | quod] quia P *add.* tales Q 173-174 responsiones] rationes $S^1$ZY ⌜...⌟ S´ 174 respondentium *om.* Q | praestito] praedicto Z praefecto S | sub *om.* B 175 praemissa B | debent Q | de] sub Y 176 sinit] scivit PZB | fragilitas] frigiditas S | nosse] noscere Q | et *om.* Z 176-177 et — debent] cum illum quem non novit indignum debeat respondens existimare dignum Q 176 praesidens = A respondens *rell.* 177 tales] *post* responsiones P *om.* SZ | intelligi] debent i. de illo Q 178 communem consuetudinem] con. com. NYQ communes condiciones SZ 179 aliquo] aliquibus Z | licet] quamvis BNY *om.* Z 179-180 licet — dicit] quamvis sic promotus non sit dignus; vel potest responderi cum additione illa quam ponit Q 179 ibi] ita Z | aliqua] alia BY 180 non] *praem.* et Q | sinit] scivit ZB *spat. vac.* P | fragilitas] *post* humana (181) Q frigiditas S 181 Et *om.* N | iudex] *praem.* etiam Q *om.* Y | talem *om.* B 183 igitur] enim Q | illam] aliam NY *om.* $B^2$

T [25] Cf. GREGORIUS IX, *Decretales* I tit. 12 c. un. (CIC II 124): «Huiusmodi ergo responsione secure uti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autem illum indignum esse cognoscis, metropolitano... secreto studeas nuntiare...». [26] Cf. supra n. 26.

maximam iuris, quia in odibilibus oportet testem iuratum dicere stricte veritatem, et hoc certam, quia aliter non propter eam esset postea sententia condemnationis ferenda quae fertur; in favorabilibus sufficit iuratum dicere quod credit esse verum, potissime ubi est talis consuetudo vel lex positiva in collegio dicere de credulitate, quia propter veritatem sic testificatam per credulitatem praesidens potest eum promovere ad talem gradum.

29 Universaliter autem, sive in favorabilibus sive in odiis, iurans de illo cuius oppositum magis credit quam aliud, iurans etiam de illo de quo simpliciter est dubius et non magis assentit corde uni parti quam alii, peccat mortaliter iurando, quia adducit Deum tamquam testem illius quod neutro modo est sibi certum, quod deberet esse certum sibi.

### [2. – TERTIUM DUBIUM CONTRA PRAEDICTA]

30 Si obiciatur contra illud quod dictum est 'periurium esse contra praeceptum primae tabulae'[27], quia videtur quod secundum Magistrum periurium sit quoddam mendacium, et ita contra illud [8]

APSZBNYQ(μυ)

184 maximam] regulam Q | iuris] in iure Z | odibilibus = SZ odientibus P condemnabilibus Qμυ dubitabilibus NY credibilibus AB | testem *om.* B$^{*}$ | iurantem Q  184-185 dicere stricte = A triste (*in ras.* Z$^{1}$) d. Z d. Y s. d. *rell.* μυ  185 veritatem *om.* Z$^{*}$ | aliter non = ABQμυ n. a. *rell.* | propter eam] *post* esset PSQ propterea *post* esset B *om.* Z  186 postea] *praem.* vel P *om.* SBNYQ | ferenda] conferenda Z | quae fertur] quae confertur A *praem.* ad sententiam vero Q  186-187 favorabilibus] favoribus (*add.* autem B$^{2}$) B  187 iuramentum NQ | dicere — verum] de credulitate Q *om.* NY  188 vel lex *in ras.* B$^{1}$ | positiva] potissima PSZ | dicere] dicitur Y iurare Q *om.* B | dicere de credulitate *om.* SZ | credulitate] veritate Q$^{+}$  189 per credulitatem *om.* BNYQ  190 eum] *post* promovere B *om.* Q 191 autem *om.* Z | in odiis] mediis (!) Y | iurans] *comp.* S$^{+}$  192 cuius — illo$^{2}$ *om.* N | credat P | quam aliud] q. ad S q. Z *om.* YQ | iurans] iuras S *om.* PQ | etiam] et SZ vel Q 193 simpliciter] *post* est B *om.* Q | et] id est quod Q ideo NY | assentit corde] a. NQ *om.* Y 194 alii] alteri BNYQ | iurando] *om.* BNYQ pro te SZ | tamquam] quasi Z  195 illius] eius Q | quod] quia P | certa P | quod] quo Q  195-196 quod — sibi *om.* NY  195 deberet] debet AB *om.* NY  196 sibi] *ante* certum PSZ *om.* BQ  198 contra$^{1}$] quod P | illud] hoc Q | periurium esse] periurativum SZ´ periuratum Z$^{1}$ | contra$^{2}$] *in corr.* Z$^{1}$ *add.* primum Y 199 praeceptum] *add.* quod dictum est N | videtur quod *om.* SZ  199-200 secundum Magistrum] *ante* quod (199) BNYQ *ante* videtur (199) P | Magistrum] magnum Z$^{+}$  200 ita *om.* B

F *184* BONIFATIUS VIII, *Sextus Decretalium* V tit. 12 'De regulis iuris' reg. 15 (CIC II 1122): «Odia restringi, et favores convenit ampliari».  *199-200* LOMBARDUS, *Sent.* III d. 39 c. 3 n. 1-2 (SB V 219-220).

T [27] Cf. supra n. 12.



praeceptum secundae tabulae *Non dices contra proximum tuum falsum testimonium*, – responderi potest quod in periurio duplex est peccatum: mendacium scilicet, tamquam materiale sive mentiri, et assumptio nominis Dei in vanum, id est non solum inutiliter, sed irreverenter et contra reverentiam; primum pertinet ad secundam tabulam, sed secundum pertinet formaliter ad primam, quia irrevereri prohibetur ibi.

Potest etiam esse periurium absque mentiri: puta, si aliquis simpliciter dubitans iurat partem de qua dubitat, quam forte asserendo non mentiretur, quia non habet oppositum in mente, – aut saltem in aliquo casu, ubi iurans tenetur esse certus, periurium committit si non est certus, et tamen si illud assereret sine iuramento, credens illud plus quam oppositum, non mentiretur. 31

Periculosum est igitur frequenter habere iuramentum in ore, quia in multis sermonibus sine iuramento non peccaretur, ubi addito iuramento peccatur, et graviter si fiat ex deliberatione[28]; propter quod utile est illud consilium Salvatoris in Matth. 5: *Sit sermo vester: est est, non non.* 32

APSZBNYQ(μυ)

201 tuum *om.* P  202 responderi] dici *post* potest Q | duplex est] est quandoque (q. e. B) d. BNYQ  203 scilicet] *ante* mendacium Q *om.* B | tamquam *om.* N | materiale] naturale Y | sive mentiri *om.* Q  204 Dei] Domini NY | id est] hoc e. (e. *om.* Y) BNYQ *om.* Z  204-205 inutiliter — reverentiam] includit mentiri, sed etiam irreverentiam Q 204 sed] et P  205 et] id est SZ hoc est (e. *om.* Y) BNY | primum] *praem.* et Q  206 sed *om.* S | sed secundum] et Z | pertinet *om.* BNYQ | formaliter *om.* Y | primam] personam N | quia] *add.* sic B  206-207 irrevereri] non revereri SZ irreverentia Q *praem.* non (!) NY 207 ibi *om.* SZ  208 Potest] Illud p. SZ | etiam *om.* Z | metiri (!) P | aliquis *om.* Q 209 de] pro BNY | quam] quod P | asserendo] iurando SZ dicendo BNYQ dicendo vel a. P 210 in mente *om.* Q | aut] an SZ  211 ubi iurans] periurans Y | tenetur] intelligitur A$^{+}$ *add.* etiam B | periurium committit = A periuratur μυ peierat Y periurat *rell.*  212 est] ita N *add.* ita YQ | certus *om.* SP | assereret] asseret P asserit SZ | credens] creditus Z  212-213 credens — oppositum *rep. post* iuramento (215) Y  213 plus] postea p. P  213-227 oppositum — sit] *textus iste in cod.* Y *partim lacunosus est, ob inferioris dexterae partis folii resecationem eiusque subsequentem ineptam iuncturam*  213 oppositum] o⌊…⌋ Y  214 est igitur] i. e. BYQ | frequenter] *post* habere Q *post* iuramentum Y  215 quia in] ⌊…⌋ Y | non peccaretur] ⌊…⌋aretur Y n. peccatur A | ubi] nisi SZQ  216 deliberatione] ⌊…⌋beratione Y 217 utile est] e. u. BQ | illud consilium] documentum i. Q | Salvatoris] salvare (!) Z *om.* BNYQ | in = AB | 5 *om.* NYQ  217-218 Sit — non$^{2}$] sic sermo videtur esse Christus (!) S | vester: est] v⌊…⌋ Y  218 est$^{1}$ *om.* Q$^{1}$ | est$^{2}$] cum B *sequitur spat. vac. unius cm.* Z | non non *om.* P

F *201* Ex. 20, 16.  *217* Matth. 5, 37.

T [28] Cf. supra n. 21.

### [C. – DE DISTINCTIONE IURAMENTI ET QUALITER IURAMENTA SPECIALIA SUNT PECCATA]

33 De tertio articulo[29] dico quod dictum humanum vel est de praesentibus et praeteritis, quorum est veritas determinata, – vel de futuris, quorum est veritas incerta et indeterminata. Et de primis quidem dicitur dictum 'assertivum', et hoc extendendo assertionem ad affirmativum vel negativum; de futuris autem, cum sit in potestate promittentis vel iurantis, dicitur esse 'promissorium'. Et secundum hoc, cum iuramentum sit utriusque dicti assertio, duplex est iuramentum: assertorium et promissorium[30]. Utrumque quidem est obligatorium: assertorium quidem, quia obligatur iurans ut verum dicat, ex quo talem testem inducit ad assertionem dicti sui, – promissorium, quia obligatur iurans ut 'illud esse verum' fateatur; et quia assertorium non obligat nisi pro tempore pro quo iuratur, et iuramentum promissorium dicitur obligatio prout respicit futurum, ideo appropriate iuramentum promissorium dicitur obligatorium, quia obligat ad futurum iuramentum faciendum. [9]

---

APSZBNYQ(μυ)

221 De] *praem.* Sed BNY | tertio] secundo PQ | humanum — de] human⌐...⌐e Y 221-222 praesentibus et praeteritis = A praes. praet. P praet. et praes. *rell.* μυ 222 veritas] *ante* est Z *post* determinata Q | de] *om.* PSZ *praem.* est B 222-223 futuris] ⌐...⌐is Y 223 est veritas] v. e. Z | et indeterminata = A | Et *om.* Q | de] in A 224 dictum] verbum NY | assertivum = AQμυ assert⌐...⌐ Y assertorium *rell.* | et] ⌐...⌐ Y *add.* ex Q | hoc] *add.* est B *add.* est in NY | extendendo] extendens *in corr.* $Z^2$ exigendo Y | assertorium PSZB | ad] de N 225 affirmativum] affirmativo N affirmationem Q affectionem (!) B | vel] et A | negationem NQ | de] in Q | autem] ⌐...⌐ Y | cum] *add.* non PSZ 226 promittentis vel *om.* BNYQ 227 iuramentum sit] iu⌐...⌐it Y | assertio] assensus S asserens Z | est] *ante* duplex N erit SZ 227-228 iuramentum] *add.* scilicet PBNYQ 228-229 et — assertorium *om.* Z 228-229 Utrumque — obligatorium *rep. ante* Et (226) $B^+$ 228 quidem est] tamen Q 229 quia *om.* $B^*$ | iurans] *om.* PSZ *add.* sic BNY | ut verum dicat] ad dicendum v. Q 230 inducat S | assertorium (!) Z 230-231 promissorium] promissorius P permissione (!) S 231 quia¹] ut B | iurans = A | esse verum] v. e. NY dictum e. v. B e. v. dictum Z | fateatur] fatentur (!) P faciat BNYQ 231-232 assertorium] assertio Q 232 nisi] *add.* quia P | tempore] te (!) S | pro² *om.* BNY 232-233 et — promissorium] ideo appropriate iuratorium Q 233 promissorium *om.* NY | prout] ut B quia P vero quia Q *om.* NY | ideo] igitur BY 233-234 appropriate] a. vel approbate A appropriante P appropriare Z 234 iuramentum] iuratum *post* promissorium B | dicitur] *add.* esse BNY 235 futurum] factum YQ | iuratum Q | faciendum] implendum Q

T [29] Cf. supra n. 10. [30] Cf. THOMAS, *Sent.* III d. 39 q. un. a. 3 qc. 1 in corp. (ed. Parmen. VII 442*b*-443*a*): «Duplex est iuramentum: unum assertorium et aliud promissorium. Promissorium iuramentum est de eo quod in futurum a iurante faciendum exspectatur vel per se vel per alium; assertorium vero est quod fit ad confirmationem veritatis et praesentis et praeteritae»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* III d. 39 princ. 1 q. 2 in corp. (III f. 150*va*).



Et assimilantur istae duae species iuramenti duabus speciebus obligationis in sophismatibus, scilicet positioni et petitioni: positio obligat ad sustinendum positum tamquam verum, petitio ad exsequendum petitum in facto[31]. 34

Hic tamen est dubium utrum in iuramento promissorio praesupponatur qualitas iuramenti, et illa pensata adducatur testis idoneus ad illud dictum confirmandum, an praesupponatur veracitas testis ut consideretur secundario qualitas dicendi sub testimonio illius. Quia si primum esset verum, videretur sufficere quod iurans de futuro, quando iurat, haberet intentionem faciendi illud quod iurat, licet post mutaret eam; secundum videtur magis consonum communi sententiae, quia in illo iuramento dicitur quis semper manere obligatus donec impleat. 35

Quantum igitur ad periurium assertorium, non oportet in speciali plus tangere quam tactum est in articulo de periurio in communi[32]. 36

[10] Quantum autem ad periurium promissorium vel obligatorium, dico quod tale potest esse dolosum vel incautum vel coactum, vel carens omnibus istis condicionibus indebitis. 37

---

APSZBNYQ(μυ)

236 duabus] tribus Y 237 obligationis] o. vel oblivionis PZ obligatoriis B *comp.* $S'$ *add.* vel obligationis $S^1$ | scilicet *om.* BNY 238 sustinendum] suscipiendum Z 238-239 sequendum Y 239-240 in facto. Hic] In facto hoc SZN 240 est dubium] d. e. N *praem.* non Z *praem.* unum Q 240-241 praesupponatur] praesupponitur ZBY praesupponat S 241 iuramenti] i. vel iurati A iurati PQ | pensata] praesupposita Q 242 illud dictum] d. i. Q 242 praesupponat Y | veracitas] qualitas Q 243 considerararetur APSBQ | qualitas dicendi] veracitas d. Z dicendum Y 244 si] ei P | primum] ipsum Y 245 quando iurat *om.* Q | illud = A | quod] quando Q 246 post] *post* eam Q possit $Z^+$ | mutaret] anullaret (!) $SZ^2$ ⌐...⌐ $Z'$ | videtur magis] m. v. B 247 illo] omni N | iuramento] *add.* in (*om.* Z) communi PSZ 247-251 dicitur — communi *om.* SZ 247 semper *om.* B 248 impleat] *add.* illud Q 250 articulo] arguendo Q quaestione PB 252 Quantum] *praem.* In S | autem] igitur B *om.* $PZ^*NYQ$ | promissorium] non(*om.* $Z^1$) permissorium Z 253 tale *om.* Q | esse] *add.* quadruplex, scilicet Q | dolosum] dolens $S^+$ | vel¹ ... vel² *om.* Q | incautum] incatum $Z^*$ | vel coactum *om.* Y | coactum] incoactum $AS^+$ inchoaturum $Z^+$ | vel³] et YQ 254 omnibus istis] o. Z i. B i. tribus Q

T [31] De modis agendi et obligationibus eorum qui in disputationibus et exercitationibus dialecticis positiones et petitiones seu interrogationes proponunt, fuse agit ARISTOT., *Topica* VIII (AL $V^1$ 156-179; Θ 155b-164*b*). [32] Cf. supra n. 12. 18-21.

38 Dolosum est quando iurans aliquid se facturum, etiam in ipso actu iurandi intendit oppositum, et non intendit se obligare ad illud quod iurat; talis in ipso actu iurandi peccat mortaliter, quia adducit Deum tamquam testem propositi sui de illo implendo, cum proponat oppositum. Tamen post illud iuramentum non remanet obligatus, quia nullus obligatur in obligationibus privatis non intendens se obligare. Nec sequitur quod iste ex dolo suo reportet commodum (quia si non iurasset dolose, esset obligatus!): nullum enim commodum est reportare peccatum mortale, – et si non dolose iurasset, non peccasset mortaliter. Tamen teneretur ille non iurans dolose ad iuramentum, et iste non: et ista intentio non est ita damnosa sicut est illud damnum quod alius incurrit in ipso doloso iuramento, quia ibi peccavit mortaliter.

39 Iuramentum incautum potest dici dupliciter: [11]

Vel quia transit super materiam omnino illicitam (puta, aliquis iurat se facturum oppositum alicuius praecepti: ut si iurat se occisurum aliquem, aut adulteraturum cum aliqua); et tale iuramentum non obligat ad implendum iuramentum iurantis, ita quod post iuramentum debeat illum actum implere. Tamen, quando iuravit, si non

APSZBNYQ(μυ)

255 est *om.* B | aliquid] *post* se BY aliquod *post* se N aliquis Q ad S | facturum] futurum ZBN | etiam = A et B 257 iurat] iuratur NQ | talis] *praem.* et Q | adducit] inducit B 258 testem] vestem (!) S | propositi sui] s. p. Q p. B s. Z | illo] aliquo Q 258-259 proponat] apponat S intendit Z tamen intendat Q *add.* vel intendat P 259 post] potest $Z^{*}$ | remanet] erat N 260 nullus] non A *om.* $Z^{*}$ | nullus obligatur] non o. *post* privatis Q | in obligationibus privatis *om.* Y | non] nisi $PSZ^{2}BN$ 261 obligare] aliud $Z^{+}$ | Nec] *add.* ille $N^{+}$ | iste] ille BNY talis Q | dolo] peccato NYQ *add.* vel ex (ex *om.* B) peccato PB | reportet] *add.* peccatum $Q^{+}$ | commodum] *add.* suum $N^{+}$ 262 quia] quod $Z^{*}$ | quia — obligatus *rep. post* commodum (262-263) $B^{+}$(¶ *sign.* Vacat) 262-263 dolose — iurasset *om.* $Z^{*}$ 262 nullum] malum ASB | enim] quia *ante* nullum Q 263 est] esset Q 263-265 et — intentio] quod non reportaret si non iurasset dolose, licet teneretur implere iuramentum, quae tamen tentio Qμυ 263 si] quando Y qui N 264 Tamen teneretur = A te. (tenetur PSZ) Ta. *rell.* | ille] iste BNY | non *om.* AP 265 iste non] i. (ille B) iurans dolose, non BNY | et ista intentio] ista tentio B illa tentio (t. *om.* P) PN quae tamen tentio Q | est] erit B 266 est *om.* NQ | illud damnum] aliud d. PSZ peccatum mortale Q | quod] et Z | alius] aliis P *om.* Q | incurrit] currit S incurritur Q 266-267 ipso — mortaliter] iurando dolose Q 268 incautum] *comp.* $P^{*}$ | dici] esse BNYQ | duplex PZBYQ 269 transivit Z | materiam] naturam $Z^{+}$ | omnino illicitam] i. o. P 269-270 puta — praecepti *om.* Q 270 se — iurat$^{2}$ *om.* NY | ut] aut A | si] cum quis Q *om.* S 270-271 occisurum] occasurum (!) S 271 aliquem = A | aut = A vel *rell.* (*om.* P) μυ | cum aliqua = A | et *om.* B 272 implendum iuramentum iurantis] impletionem sui iurantem Q | post] plus P 273 illum] *post* actum B istum A *om.* Y | Tamen] quia SZ | quando] quia Y



habuit talem intentionem, peccavit mortaliter, quia adduxit Deum in testimonium falsi; si etiam habuit talem intentionem, peccavit mortaliter, quia velle peccare mortaliter est peccare mortaliter; ergo omni modo talis in ipso actu iurandi peccat mortaliter. Sed post actum non debet implere iuramentum, quia non debet addere peccatum peccato: non enim, quia illicite aliquid iuravit, fit aliquid sibi licitum quod fuit illicitum, quia peccatum mortale non facit condicionem eius magis liberam.

Alio modo est iuramentum incautum, quod transit super materiam aliquam quae de se esset licita, tamen iuranti non est licita: puta, aliquis abiurat opera perfectionis, et in hoc ponit obicem motui Spiritus Sancti. Tale iuramentum observare vergit in peiorem exitum[33], nec post actum servandum est quod iuratur: licet enim absolute liceat non facere opera perfectionis, non licet tamen habere fixum 'velle' numquam faciendi opera perfectionis, quia hoc est habere 'velle fixum' contra motionem Spiritus Sancti[34].

APSZBNYQ(μυ)

274 habuerit P | talem intentionem] i. implendi illud Q 274-276 adduxit — quia *om.* N | adducit Q 275 falsi] sibi $SZ^{*}$ | si etiam] si autem Y sicut Z | habuerit P | talem *om.* Z 276 quia — mortaliter$^{2}$ *om.* $Z^{*}$ | peccare$^{1}$] peccandi $Z^{2}$ 276-277 est — mortaliter *om.* $B^{*}$ 276 est peccare mortaliter *om.* Y | mortaliter$^{3}$ *om.* Z 277 omni modo] omnino *post* iurandi Q ommino m. N | talis] *ante* ergo (276) NYQ *om.* $PSZBZ^{2}$ | peccavit $B^{2}$ | Sed] scilicet $Z^{*}$ 277-278 Sed — iuramentum] Post i. tamen debet illum actum non implere Q 278 debet$^{1}$] oportet A quia P | implere] perficere $Z^{*}$ | addere] adicere SZBNY 279 illicite aliquid iuravit] il. iu. BNY iu. il. Q i. adiuravit P | fit] sit P | aliquid$^{2}$] aliquis S *om.* Q 280 quod] quando S *add.* prius Q | quod fuit illicitum *om.* Z | fuit illicitum, quia *om.* P | illicitum] licitum S 280-281 quia — liberam *om.* NYQ 282 est] *add.* eius SZ | incautum] *comp.* P | quod] quia SZB 282-283 materiam aliquam] a. (aliam Y) m. BNYQ 283 esset] est Q | tamen] sed BNYQ mihi t. $SZ^{2}$ ⌐...⌐ Z′ | iuranti] *post* licita PNYQ modo iuramenti *post* licita B | est] *add.* materia NYQ 283-284 puta] ut cum Q 284 abiurat] adiurat ASZQ acquirat P | opera] opposita $S^{\pm}$ | et] enim *post* hoc Q | posuit Q | ponit obicem] potuit obicem vel p. o. $A^{+}$ | obicem] *sequitur spat. vac. unius cm.* Z | motui] motioni Q 285 Sancti *om.* Z | Tale] Talem $P^{+}$ *praem.* Unde Q | observare *om.* $A^{\pm}$ | vergit] vertit B quam $Z^{*}$ | peiorem] priorem P 286 nec] non $Z^{*}$ et ideo Q *om.* $B^{*}$ | actum] *add.* non Q | servandum est quod] e. iurandum quod (i. q. *om.* $Q^{1}$) s. q. Q | enim *om.* Y 287 opera] omnia o. N | perfectionis] factionis B 287-288 non$^{2}$ — perfectionis *om.* $Z^{*}Y$ 287 non licet tamen = A n. t. l. $Z^{2}$μυ t. n. l. *rell.* 288-289 fixum — habere *om.* N | numquam — fixum *om.* P | habere *om.* $B^{*}$ 289 velle] ⌐...⌐ B′ *spat. vac.* $B^{2}$ | Sancti] Sacri $Z^{+}$

T [33] Cf. supra n. 7. [34] Cf. BONAV., *Sent.* III d. 39 a. 3 q. 3 in corp. (III 879*b*): «Grave tamen peccatum est iurare se numquam ascensurum ad gradum perfectionis, quia in hoc quodam modo [iurans] impugnat ipsius iustitiae perfectionem et Spiritus Sancti inspirationem».

In his igitur duobus iuramentis, scilicet doloso[35] et incauto (duobus modis praedictis)[36], patet quod non manet aliquis obligatus post iuramentum ad implendum illud quod iuratur, sed in ipso actu iurandi peccat mortaliter.

40 Posset poni aliud iuramentum incautum, quando aliquis iurat se [12]
facturum quod tamen non potest facere. Et si, quando iurat, putat se posse, iudicandum est de hoc sicut dictum est in articulo de iuramento in communi: quod si possit in futurum, tenetur, – si tamen non possit, tamen quando iuravit credidit se posse, excusatur in favorabilibus[37].

41 De iuramento coacto, coactione quae potest cadere in constantem virum[38], sunt de hoc opiniones (quaere super IV librum[39]).

42 Iuramentum promissorium, carens istis tribus condicionibus (dolositate, incautela et coactione)[40], obligat ut iurans numquam habeat oppositam voluntatem ei quod iurat: licet differat implere propter aliquas circumstantias propter quas videtur differendum,

---

APSZBNYQ(μυ)

290 In *om.* Z | igitur *om.* Y | iuramentis] iuratis $P^{+}$ *om.* B 290-291 iuramentis — duobus *om.* N 291 quod] *add.* iurans Q | aliquis] aliquid P *om.* Q | post] p' P 291-292 post iuramentum *post* iuratur (292) Q 292 illud *om.* Q | in *om.* Y | ipso] *in corr.* $B^{1}$ *om.* Q 293-294 iurandi] videndi $Z^{2}$ 294 aliud iuramentum] i. ad SZ | quando] quod P *praem.* ut Q | aliquis *om.* Z 295 tamen *om.* YQ | Et] licet Q | si] s. (!) S *om.* Q | quando] cum Q quod Z | iurans ASZ | putat] putet Q potest N peccat SZ 296 posse] *om.* SZ *add.* illud facere et Q | iudicandum] videndum NY iurandum vel videndum A iudicando SZ | est *om.* PSZ | de hoc *ante* iudicandum Q 297 quod = A quia *rell.* μυ | teneretur N | tamen *om.* ZQ 298 tamen] si Y *add.* si N | tamen — posse *om.* Q | iuravit] iurat (iuravit $Z^{2}$) si Z *add.* si PS | excusatur *in corr.* $S^{1}$ 298-299 favorem Q 300 coactione] coactive Z | quae] ⌊...⌋ $B^{+}$ 301 virum] visum P | de hoc = A in $SZ^{+}$ | super IV librum = A s. IV PSZB 302 permissorium S | tribus *om.* SZ 302-303 dolositate = AQ scilicet d. (d.] dolo Qμυ dolore N) *rell.* μυ 303 incautela] cautela $Q^{2}$ et cautela Y | ut iurans] ubi i. Y iurantem ad Q 303-304 habeat] habuit Y habendum Q 304 ei] eius Y | iurat] iuravit BNQ iuratur A | licet] *praem.* et PNYQ | differat] differens (*comp.* Z′) $SZ^{2}$ *add.* illud Q | implere *om.* P 305 aliquas *om.* Q | videtur] *add.* rationabiliter Q | deferendum A

T [35] Cf. supra n. 38. [36] Cf. supra n. 39. [37] Cf. supra n. 28. [38] Ut de coactione seu metu in iure ratio habeatur, oportet ut in constantem virum cadat: cf. GREGORIUS IX, *Decretales* I tit. 40 c. 4 (CIC II 220): «Quae vi metusve causa fiunt, carere debent robore firmitatis..., si... constiterit... talem metum... cadere in virum constantem»; IUSTINIANUS, *Digesta* IV tit. 2 n. 1 (*Corpus Iuris Civilis* I 80*a*): «Ait praetor: 'Quod metus causā gestum erit, ratum non habebo'»; n. 6 (p. 80*a*): «Metum autem non vani hominis, sed qui merito et in homine constantissimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus». [39] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 29 q. un. per totum. [40] Cf. supra n. 37.



non peccat; sed tunc primo est periurus quando habet voluntatem non implendi illud quod iuravit, quia tunc primo vult Deum fuisse falsi testem.

[II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[13] Ad primum argumentum[41] patet: 'in turpi voto muta decretum'; 43
tamen in discernendo peccat mortaliter.

Ad aliud[42] dico quod – ceteris paribus – maximum iuramentum 44
est iurare 'per Deum', quia per nihil aliud licite iuratur nisi in quantum in eo speciali modo est Deus (puta: 'per Evangelium', quia in eo relucet specialiter Deus, – 'per caelum', quia ibi speciali modo habitat Deus, – 'per Ecclesiam', quia ibi speciali modo colitur Deus). Tamen consuetudo est etiam rationabilis, quae hoc obtinet ut quaedam iuramenta fiant cum maiore sollemnitate quam alia; et de illis cum sollemnitate praesumitur quod numquam fiant sine deliberatione; alia, laevia, possunt fieri indeliberate. Statuit ergo Deus et Ecclesia ad terrorem ut per huiusmodi[43] non iuretur nisi sollemniter, et per consequens deliberate et ubi veritas est simpliciter asserenda[44]; per Deum autem iuratur communiter et leviter, et frequenter sine deliberatione.

---

APSZBNYQ(μυ)

306 non] nec Y | sed] si Y | voluntatem *rep. post* implendi (307) $P^{+}$ 307 primo *post* Deum N | fuisse] esse Q 308 falsi testem] t. f. PBNYQ 310 voto] vota $S^{+}$ | muta] immuta B mutat A 311 in discernendo] in decernendo NY in iurando *ante* tamen Q in laude SZ | peccavit BNYQ 312 aliud] illud Z 313 iurare] iuramentum Z | $per^{2}$ *om.* Y | iuratur] iurat Y | in *om.* B 314 eo] hoc N | speciali modo] m. s. Z | est Deus] habitat Deus vel e. (v. e.] e. Deus Y) YQ habitat Deus N | puta *rep. post* Evangelium N 314-316 puta — Deus *om.* SZ 315 relucet specialiter] s. r. Q | per caelum *om.* Y 316 Deus *om.* Y 317 Tamen consuetudo] Cons. t. Q | est etiam] est SZ etiam N et BY *om.* Q | rationalis SZB | quae *om.* NYQ | hoc *om.* NY | obtinet = A exigit Qμυ obtinuit *rell.* 318 quaedam] quidem Y | maiore] iuramenti Z 319 illis] aliis Z factis Q quae fiant N | cum *om.* B | fiat (!) S | sine] cum $S^{\pm}$ 320 alia — indeliberate *om.* Q 320-324 alia — deliberatione *om.* Z 320 indeliberate] sine deliberatione BNY indeliberatione S | Statuit ergo] Ideo st. B St. enim Q 320-321 Deus et *om.* NYQ 321 terrorem] *comp.* B tentorem (!) P | huiusmodi] hoc N | iuretur] iuraretur S 321-322 sollemmiter] *add.* tantum Q 322 ubi] ut N *om.* Y | est simpliciter] s. e. (*add.* communiter Q) SYQ s. convenit (*add.* esse N) BN 323 autem] aliter NY *om.* S | iuratur = AQμυ | communiter et *om.* NY

T [41] Cf. supra n. 2, et ibi in F verba allegata. [42] Cf. supra n. 3. [43] scil. per Evangelia, per caelum, per Ecclesiam etc. Cf. Matth. 5, 33-37. [44] Cf. HIERONYMUS, *In Matth.* I 5, 34-

